AMMIANI MARCELLINI

RERVM GESTARVM LIBRI QVI SVPERSVNT

EDIDIT

WOLFGANG SEYFARTH

ADIVVANTIBVS
LISELOTTE JACOB-KARAU ET ILSE ULMANN

VOL. I

LIBRI XIV–XXV

STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MIM

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Ammianus <Marcellinus>:
[Rerum gestarum libri qui supersunt]
Ammiani Marcellini rerum gestarum libri qui supersunt /
ed. Wolfgang Seyfarth. Adiuvantibus Liselotte Jacob-Karau et Ilse Ulmann. –
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
Einheitssacht.: Res gestae
Vol. 1, Libri XIV–XXV. – Ed. stereotypa ed. 1 (1978). – 1999
ISBN 3-519-01976-0

Das Werk einschließlich aller seiner Teile ist urheberrechtlich geschützt. Jede Verwertung außerhalb der engen Grenzen des Urheberrechtsgesetzes ist ohne Zustimmung des Verlages unzulässig und strafbar. Das gilt besonders für Vervielfältigungen, Übersetzungen, Mikroverfilmungen und die Einspeicherung und Verarbeitung in elektronischen Systemen.

© 1999 B. G. Teubner Stuttgart und Leipzig

Printed in Germany
Druck und Bindung: Druckhaus „Thomas Müntzer" GmbH, 99947 Bad Langensalza

PRAEFATIO

Carolus U. Clark cum splendidissimam editionem Rerum Gestarum ab Ammiano Marcellino compositarum elaboraret[1]), promisit se huius operis omnes codices post codicem V Romam translatum scriptos in praefatione tomi alterius eiusdem editionis esse descripturum. quod ei non contigit, neque mihi opus est talem descriptionem proferre, cum his codicibus nulla insit auctoritas. omnes enim eidem codices recentiores saeculo quinto decimo transcripti sunt neque correctores eorum alium codicem ac codicem V ut testem adhibuerunt atque omnes opiniones uirorum doctissimorum, qui putabant codice V uetustiorem traditionem textus posse indagari, non nisi errores aestimandae sunt.

Quo modo autem opus historicum Ammiani Marcellini inuestigatum sit quoque modo eiusdem uerba usque ad nostra saecula tradita sint aut recte conseruata aut deprauata uel correcta, expositione accuratissima persequar; nam de uita Ammiani Marcellini disputare mihi quoque non opus est, sed ut ipse Clarkius fecit, relego lectores ad uerba Otto Seeckii, qui de hac re plene disseruit.[2]) nuper demum quaestio orta est et tractata, cuius ordinis Ammianus Marcellinus fuerit[3]) atque cuius factionis societatis Romanae ei fuerint, apud quos in urbe aeterna libros Rerum Gestarum recitauerit[4]), quod Ammianum fecisse Libanius, clarissimus ille orator Antiochensis, testatur.[5])

---

1) Ammiani Marcellini Rerum Gestarum libri qui supersunt recensuit rhythmiceque distinxit Carolus U. Clark adiuuantibus Ludouico Traube et Guilelmo Heraeo, vol. I: libri XIV–XXV, Berolini 1910 (ed. alt. lucis ope expressa 1963), vol. II pars I: libri XXVI–XXXI, Berolini 1915 (ed. alt. 1963).

2) RE (Pauly-Wissowa) I (1894) s. v. Ammianus Marcellinus 1845, 34 – 1852, 62.

3) Cf. A. Demandt, Gnomon 47, 1975, 272.

4) Cf. A. Cameron, The Roman Friends of Ammianus, JRS 54, 1964, 15–28; W. Seyfarth, Vom Geschichtsschreiber und seinem Publikum im spätantiken Rom, Wiss. Ztschr. der Univ. Rostock 18, 1969, Gesellsch.- u. sprachwiss. Reihe Heft 4/5, Teil II, 449–455; Ammianus Marcellinus, Römische Geschichte, lateinisch und deutsch und mit einem Kommentar versehen von W. Seyfarth, I, Berlin 1968, 9sqq.

5) Libanius ep. 983.

DE CODICIBVS OPERIS AMMIANI MARCELLINI

Ioannes Franciscus Poggius Bracciolini Florentinus Ammianum Marcellinum Latinis musis restituit, ut ipse de se praedicat, „cum illum eruissem e bibliotecis, ne dicam ergastulis Germanorum".[1]) aetas illius concilii, quod annis 1414–1418 Constantiae habebatur, a uiro quodam doctissimo nostri saeculi „die heroische Epoche der Handschriften-Entdeckungen" appellata est, ac Poggius ipse cognomen „der Heros unter den Entdeckern der antiken Kodizes" accepit.[2]) tunc, annis inter abdicationem Iohannis XXIII. et electionem Martini V. papae lapsis Poggius, qui secretarius apostolicus illi concilio intererat, quattuor itinera faciebat[3]), quibus et nonnulla alia monasteria adiit et bis monasterium Sancti Galli uisitauit. in epistula Guarino Veronensi scripta Poggius narrat:

Itaque nonnulli animi laxandi, et simul perquirendorum librorum, quorum magnus numerus esse dicebatur, gratia eo perreximus. Ibi inter confertissimam librorum copiam quos longum esset recensere, Quintilianum comperimus adhuc saluum et incolumem, plenum tamen situ, et puluere squalentem. Erant enim non in Bibliotheca illi libri, ut eorum dignitas postulabat, sed in teterrimo quodam, et obscuro carcere, fundo scilicet unius turris, quo ne capitalis quidem rei damnati retruderentur. Atqui ego pro certo existimo, si essent, qui haec barbarorum ergastula, quibus hos detinent viros, rimarentur, ac recognoscerent more majorum, similem fortunam experturos in multis, de quibus jam est conclamatum.[4])

Poggius cum iterum monasterium Sancti Galli adiret, opus historicum Ammiani Marcellini repperit: codex, quo hoc opus continetur, in monasterio Fuldensi descriptus erat, sed nescimus, utrum Poggius ipse usque ad hoc monasterium peruenerit an abbas Fuldensis codicem Constantiam transportauerit, neque negari potest Poggium fortasse aut ui aut dolo codicem arripuisse.[5])

Postea hic codex Fuldensis in bibliothecam cardinalis de Colonna translatus est atque nostris temporibus Romae in bibliotheca Vaticana

---

1) Poggii Epistolae ... editas collegit et emendauit ... notisque illustrauit Eq. Thomas de Tonellis J. C., Florentiae 1832 (Ristampa anastatica 1963), IX 32: Poggius insigni uiro Francisco Arretino Iurisconsulto, anni 1448/1449.

2) H. Rüdiger, Die Wiederentdeckung der antiken Literatur im Zeitalter der Renaissance, in: Geschichte der Textüberlieferung der antiken und mittelalterlichen Literatur, Zürich 1961, 511–580, impr. 540; 520.

3) Ibidem 540.

4) Poggii Epistolae I 5 (Constantiae XVIII. Kalendas Ianuarias anno Christi 1417).

5) Rüdiger l. l.

Apostolica conseruatur (V = cod. membr. s. IX Fuldensis, Vaticanus latinus 1873). Poggius ipse in epistula illa Francisco Arretino scripta dicit:

Cardinalis de Columna habet eum codicem, quem portavi litteris antiquis, sed ita mendosum, ut nil corruptius esse possit. Nicolaus Nicolus illum manu sua transcripsit in chartis papyri; is est in biblioteca Cosmi.[1])

Id quod Poggius de codice Fuldensi iudicat, uerum atque certum esse constat. codicem autem Martino V. papae misit, qui Nicolao Niccoli eum transcribere permisit[2]), et „die VI. Novembris 1423" Poggius „Nicolao suo dulcissimo" epistulam scripsit, in qua legimus haec:

Gratum est mihi te absolvisse Marcellinum, idque gratius si librum ad me miseris; reddam enim egomet Pontifici.[3])

quod opus Nicolaus Niccoli scriptura pulcherrima confecit et hic codex Florentiae in bibliotheca Marciana conseruatur (F — Florentinus Marcianus I V 43 chartaceus, cm 27 × 19, ff. 245, lin. 28/30.)[4])

Codex autem Fuldensis unde descriptus sit, per diuturna tempora ignotum fuit et Clarkius in editione sua eum et codicem Hersfeldensem ex uno eodemque archetypo deriuatos esse affirmat. quam sententiam falsam et Fuldensem ex codice Hersfeldensi transcriptum esse uir doctissimus aetatis nostrae R. P. Robinson demonstrauit.[5]) qualis iste codex Hersfeldensis sit, nunc est quaerendum.

Poggius in monasterio Hersfeldensi uetustum codicem Ammiani Marcellini conseruari suspicabatur et diu operam dabat, ut eum possideret, quod ipse in epistula „Nicolao suo" XVIII. Kal. Octobres 1426 scripta confitetur:

... dedi operam, ut habeam inventarium cujusdam vetustissimi Monasterii in Germania, ubi est ingens librorum copia.[6])

Monachus quidam Hersfeldensis illud inventarium Romam attulit idque Poggius quaerebat „cum summa cura", sed cum id obtinuisset, intellexit „inuentarium plenum verbis, re vacuum esse"[7]). cum eodem

1) Poggii Epistolae IX 32 p. 375. „Cosmi" — id est: Cosimo de Medici (1389–1464).

2) W. Shepherd, The Life of Poggio Bracciolini, Liverpool 1802, 109a.

3) Poggii Epistolae II 7 (Romae). „librum" — id est: codicem Fuldensem.

4) W. Shepherd l. l.

5) R. P. Robinson, The Hersfeldensis and the Fuldensis of Ammianus Marcellinus, The Univ. of Missouri Studies vol. XI, 1936, 118–140.

6) Poggii Epistolae III 1 (Romae).

7) Ibidem III 12 (Romae XVI. Kal. Iunii 1427).

monacho Poggius de libris quibusdam comparandis agebat et Nicolao scripsit:

Hic monachus eget pecunia: ingressus sum sermonem subveniendi sibi, dummodo Ammianus Marcellinus, prima Decas Titi Livii, et unum volumen Orationum Tullii... et nonnulla alia opera... dentur mihi pro his pecuniis.[1])

anno autem secuto Nicolaum certiorem fecit:

Monachus Hersfeldensis venit absque libro; multumque est a me increpatus ob eam causam: asseveravit se cito rediturum, nam litigat nomine Monasterii, et portaturum librum. Rogavit me multa: dixi me nil facturum, nisi librum haberemus; ideo spero et illum nos habituros, quia eget favore nostro.[2])

Constat Poggium codicem Hersfeldensem Ammiani Marcellini neque accepisse neque umquam uidisse, quod ualde dolendum est. uno autem saeculo post demum abbas Hersfeldensis Sigismundo Gelenio, quem Erasmus Roterodamus „uirum utriusque linguae non vulgariter doctum probaeque fidei" appellat[3]), hunc codicem uetustum tradidit, ut eo uteretur in editione sua conficienda.[4]) qui codex post editionem Gelenii absolutam periit, sed sex folia eius saeculo undeuicesimo casu reperta nunc in archiuo Marburgensi conseruantur.[5]) quae fragmenta littera **M** significantur iisque intellegendum est et codicem Hersfeldensem litteris minusculis uetustioribus scriptum fuisse, cum codex Fuldensis litteris minusculis recentioris aetatis, scil. Caroli Magni, pulcherrimis confectus sit, et unam lineam codicis Hersfeldensis circiter 46 litteras et unam paginam 24 lineas continuisse.[6]) sunt autem ambo codices, scil. **V** et **M**, membranei neque neglegendum est codicem Fuldensem ex Hersfeldensi accuratissime descriptum esse, quem laborem complures monachi absoluerunt non omnes pari arte insignes. post operam perfectam alius monachus (**V***m2* = corrector eiusdem temporis) codicem cum exemplari illo uetusto contulit correctionesque multas inseruit partim in ipso contextu, partim in marginibus paginarum. plus quam quinquaginta lineas codicis Hersfeldensis a scribis co-

1) Ibidem p. 208.

2) Poggii Epistolae III 29 p. 268 (Romae XXVI. Februarii 1428). haec epistula re uera anno 1429 scripta est (cf. l. l. adn. 2).

3) Opus Epistolarum Des. Erasmi Roterodami denuo recognitum et auctum per P. S. Allan, Oxonii 1906–1947, vol. VI, nr. 1702 (30. 4. 1526): Erasmus Virgilio Polydoro.

4) De hac re uide infra p. XII.

5) Ammiani Marcellini fragmenta Marburgensia edidit H. Nissen, Berlin 1876.

6) Cf. Robinson l. l. 138.

dicis Fuldensis neglectas corrector ille in marginibus (*marg.*) addidit atque ipse alias lineas in hoc codice praeteritas oblitus est.[1])

Inueniuntur in codice Fuldensi etiam aliae correctiones, quas a compluribus uiris doctis XV saeculi insertas esse constat quaeque omnes uno eodemque signo significantur (V*m3*). cum correctiones illae ueteres (V*m2*) ad exemplum codicis Hersfeldensis in contextum Fuldensis insertae sint, correctiones, quas signo V*m3* significamus, sine auctoritate codicis alicuius antiqui perfectae eaque de causa non aliter ac emendationes aliorum uirorum doctissimorum posterioris aetatis aestimandae sunt.

Quae cum ita sint, fundamentum cuiuslibet editionis Rerum Gestarum Ammiani Marcellini codex Fuldensis (V) esse debet illis fragmentis Marburgensibus suo loco adhibitis.

Omnes enim alii codices, qui nostris temporibus exstant, cum ex Fuldensi transcripti sint, ueri testes non sunt habendi, inter quos etiam codex chartaceus E (= Vat. lat. 2969), de quo uiri docti prioris aetatis multa fabulabantur ut de teste antiquioris traditionis. quae non nisi somnia esse et scribam codicis E Fuldensem codicem exscripsisse et multis annotationibus coniecturae propriae affecisse egomet demonstraui.[2]) perfecit autem opus suum hic scriba Romae anno 1445, quod ipse testatur in fine codicis hac subscriptione:

Absolutus Rome die IIII. Iulii Anno incarnationis domini MCCCCXLVo[3]) pontificatus domini Eugenii pp. IIII. Anno XV ex exemplari plane corruptissimo:

Post quae uerba in eadem pagina codicis inuenitur etiam alia subscriptio, quae est talis:

Die 4 Ianuarii 1451 discessi de florentia et veni Romam die XXIa dicti mensis. Die VII februarii rome magna vis nivium cecidit, praeter rationem loci consuetam.

quae uerba ad Poggium pertinere uerisimile non est, cum Poggium annis 1450 et 1451 plurimum Romae moratum esse et die XX. Ianuarii 1451 Romae epistulam scripsisse constat, ut ex epistulis eius apparet[4]), neque constitui posse existimo, quae coniunctio inter Flo-

1) Cf. Robinson l. l. et W. Seyfarth, Der Codex Fuldensis und der Codex E des Ammianus Marcellinus, Abh. der Dt. Akad. der Wiss. zu Berlin, Kl. f. Sprachen, Literatur und Kunst 1962 Nr. 2, Berlin 1962, 24sq.

2) W. Seyfarth l. l.

3) Iulio mense anni 1445 Poggium Romae moratum esse apparet ex eius epistula IX 5 („Roma die XXIV Iulii 1445").

4) Poggii Epistolae X 8–23, impr. X 15.

rentiam et Romam his uerbis exprimatur. nonnulla autem in hoc codice inueniuntur indicia Poggium ipsum codicis E scribendi auctorem fuisse uel fortasse eum scribae alicui dictauisse. neque enim ignoro Poggium senescentem non iam ipsum codices antiquos manu propria transcripsisse, sed ope librarii usum esse, „nam coepit propter aetatem ingravescere calamus", ut ipse scribit.[1]) imprimis multas eius codicis annotationes in margine adscriptas nec non emendationes argutas ad Poggium pertinere mihi persuasum est, quamquam hanc meam sententiam strictis argumentis confirmare non possum.

Codices V et E et fragmenta Marburgensia (M) lucis ope expressa nos ipsi in editione nostra conficienda contulimus atque L. Jacob-Karau in bibliotheca Vaticana Apostolica Romae codices V et E inspiciebat, non omnino contulit, sed nonnullos operis locos secundum eorum lectiones corrigebat. quam ob rem administrationi huius bibliothecae gratias agimus.

De ceteris codicibus uide conspectum codicum (p. XLIX).

Nunc ad editiones Rerum Gestarum Ammiani Marcellini ueniamus.

DE EDITIONIBVS OPERIS AMMIANEI

Editio princeps (*S*) ab Angelo Sabino Romae anno 1474 perfecta est ex codice Reginensi chartaceo uel simili mutilo et deterrimo tam accurate descripta, ut lacunae etiam exemplaris exprimantur. quam editionem Clarkius in apparatu critico editionis suae plane silentio praeteriit, nos autem nonnullas eius lectiones in apparatu nostro annotamus, dummodo in editiones posteriores influxerint.

Alteram Ammiani Marcellini editionem confecit Petrus Castellus Bononiae anno 1517 (*B*). de qua editione Henricus Valesius in praefatione editionis suae hoc modo iudicat:

> Hanc (scil. editionem Sabini) secuta est editio Bononiensis anno 1517, quam curauit P. Castellus vir nec ingenio nec iudicio ullo praeditus. Ac nescius utrùm stuporem hominis mirari magis, an audaciam atque impudentiam debeas. Nam neque vllum codicem manuscriptum consuluit; et coniecturae adeò infeliciter indulsit, vt monstra quaedam ac deliria in Marcellini libros intruserit. Denique lacunas omnes quae in editione Romana fideliter expressae fuerant, ipse insertis vocabulis expleuit, aut ita coire fecit, nullum vt vestigium lectoribus relinqueretur. Itaque haec editio omnium ferè errorum, qui in Marcellini libris occurrunt, seminarium meritò dici potest.

quod iudicium Valesii iustum atque meritum esse nemo negabit, qui editionem Bononiensem examinauerit. multas autem lectiones a Petro

1) Ibidem VIII 2 („In Terra Nova die XVII. Septembris" anni 1438); cf. VIII 15 anni 1440.

Castello in Ammiani Marcellini libros insertas uiri doctissimi iam remouerunt, sed non omnes in apparatu critico nostro erant annotandae, praesertim cum multae phantasmata quaedam appellari possint. imprimis eis locis, quibus Castellus lacunas expleuit, insaniam eius lectoribus nostris ad oculos demonstrare neque possumus neque uolumus, ne ambitum apparatus critici longius extendamus.

Secutae sunt tres Ammiani Marcellini editiones, quae continentur uoluminibus amplis. quarum prima cur „editio Erasmi Basiliensis" appelletur[1]), intellegi non potest. hoc uolumen anno 1518 in aedibus Iohannis Frobenii Basiliae editum continet opera C. Suetonii Tranquilli et Dionis Cassii et scriptorum Historiae Augustae „ex recognitione Des. Erasmi Roterodami", „quibus adiuncti sunt Sex. Aurelius Victor et Eutropius et Paulus Diaconus et Ammianus Marcellinus" aliique scriptores historici, ut in indice huius uoluminis aperte est dictum. Ammiani Marcellini autem libros XIV–XXVI secundum editionem Bononiensem iteratos esse Iohannes Frobenius indubitanter declarat:

...codicem tandem nacti sumus Bononiae typis excusum, quem Petrus quidam Castellus ad Philippi Beroaldi, et Baptistae Pii lectionem se castigare testatur.

et Erasmus Roterodamus ipse in epistula „Illustrissimis Saxoniae ducibus, Federico Sacri Imperii Electori etc. eiusque patrueli Georgio" scripta his uerbis explicat:

Ac Suetonium quidem nescio quo deo propicio, et antehac non ita passim deprauatum, nunc eruditorum meáque opera purum, ni fallor, et integrum habemus, suffragante mihi ad hoc negocii, peruetusto quodam codice, quem è bibliotheca monasterii apud Neruios olim, nunc Tornacenses, uulgato cognomine diui Martini, nobis exhibuit nobilissimus ille Guilelmus Montioius, qui id temporis regias uices ea in urbe gerebat. Reliquos (i. e. scriptores Historiae Augustae), quoniam nullo huiusmodi praesidio subleuabamur, quod unum licuit, multo certe minus deprauatos dedimus.

haec editio Basiliensis (b_1) anno 1527 Coloniae denuo repetita est cum eodem indice librorum, quem supra commemoraui in editione Basiliensi describenda. sed post finem huius indicis legimus:

Coloniae, in aedibus Eucharii Ceruicorni. Anno MDXXVII Mense Aprili.

quam editionem signo b_2 signamus.

Tertium amplum uolumen, quo Res Gestae Ammiani Marcellini in paginis 546–786 continentur, anno 1533 Basiliae in officina Frobe-

1) Cf. editionem Clarkii p. IX et W. Seyfarth, Philologische Probleme um Ammianus Marcellinus, Klio 48, 1967, 215 adn. 2.

niana in lucem prodiit (*G*). post opera Suetonii et scriptorum Historiae Augustae et aliorum scriptorum historicorum Hieronymus Frobenius opus Ammiani Marcellini propria praefatione inducit[1]), in qua ,,Calendis Iulii Anno salutis MDXXXIII" haec confirmat:

In hac prouincia strenuam ac fidelem operam nobis nauauit, uir utriusque literaturae non uulgariter callens, emunctaeque naris, Sigismundus Gelenius. Exemplar manu descriptum gratis et alacriter suppeditauit egregius princeps Abbas Hirsfeldensis. (p. 545)

Non dubium est, quin hic codex, quo Gelenius utebatur, codex Hersfeldensis sit, quem Poggius diu quaeritabat[2]), interim — id est post codicem Fuldensem descriptum — mutilatus; Gelenius enim in fine capitis noni libri tricesimi haec uerba posuit: ,,reliqua in archetypo desiderantur". primae autem editiones omnes, quas supra commemoraui, post librum uicesimum sextum finiuntur. quo modo Gelenius codice Hersfeldensi usus sit, dudum demonstraui.[3]) hic tantummodo dici necesse est Gelenium spectabilem esse testem, dummodo eius lectionibus omni cum cautela utaris, nec non lineas in codice Fuldensi praeteritas nonnullas nobis seruauisse ex codice Hersfeldensi.

Codex Hersfeldensis, postquam Gelenius eum in editione sua conficienda adhibuit, euanuit.[4]) de editione autem Geleniana iudicandum est editorem eius primum inter uiros doctos fuisse, qui linguam Ammiani Marcellini secundum linguam M. Tullii Ciceronis emendare intendebat, quam ob rem multae eius lectiones suspectae sunt, at saeculis sequentibus omnes editores Ammiani Marcellini tales conatus iterabant. initio demum nostrae aetatis uiri doctissimi, inter quos E. Löfstedt atque S. Blomgren antecellunt, speciem linguae Ammiani Marcellini inquirere et restituere studebant, atque nobis quoque nihil antiquius est quam in noua editione uerba auctoris nostri originalia constituere emendationibus superfluis remotis.

Paucis mensibus ante editionem Gelenii, quae re ipsa editio et Gelenii et Frobenii est, Augustae Vindelicorum in aedibus Siluani Otmar Aprili mense prima integra editio Ammiani Marcellini in lucem prodiit sub titulo

Ammianus Marcellinus a Mariangelo Accursio mendis quinque millibus purgatus, et libris quinque auctus ultimis, nunc primum ab eodem inuentis.[5])

1) Vide W. Seyfarth, Der Codex Fuldensis 64sq.
2) Vide supra p. VIIsq.
3) W. Seyfarth, Klio 48, 1967, 213–226; impr. 214–216.
4) Vide supra p. VIII.
5) Cf. Paul Lehmann, Eine Geschichte der alten Fuggerbibliotheken, vol. I, Tübingen 1956, 20.

haec editio, quam „Accursianam" nominant (*A*), prima omnes Ammiani Marcellini libros, qui supersunt, id est XIV—XXXI, continet. Accursius, uir doctissimus, ex Italia in Germaniam arcessitus editionem suam Antonio Fuggero dedicauit et post operam perfectam Augusta Vindelicorum Venetias profectus est, de qua re quinto die Iunii mensis John Cholerus Erasmum Roterodamum fecit certiorem.[1]) quo modo autem editio Gelenii cum Accursiana coniuncta sit atque similitudines inter eas sint ortae, de hac re ante paucos annos disserui[2]). constat etiam Accursium codices V et E Romae uidisse iisque sua in editione conficienda usum esse[3]), cuius rei indicia praecipue in postremis Ammiani Marcellini libris, id est XXVII—XXXI, lector intentus inueniet.

Post editionem Gelenianam, quam a Roberto Stephano Parisiis anno 1544 iteratam non inspeximus (*g*) — nam ipsam Gelenianam contulimus —, Lugduni anno 1552 editio Gryphiana exstitit postque eam ibidem apud Franciscum le Preux annis 1593—1600 „Historia Augusta" in lucem prodiit, quae sex tomos continet. primi tomi initium capit epistula, quae his uerbis inducitur:

Dionysio Gothofredo[4]) Viro Clarissimo et Iuriscons(ulto) praestantiss(imo) Sim. G. Silu. s(alutem) d(icit).

quae epistula scripta est „IIII. Non. August. Anno MDXCII". sequuntur ex antiquioribus editionibus deprompta Desiderii Erasmi „praefatio ad candidum lectorem" et eiusdem „De Historiae Augustae usu iudicium".

Tomus tertius huius editionis, qui anno 1600 Lugduni in lucem prodiit, continet et Res Gestas imperatorum Romanorum „ab Ammiano Marcellino, Libris XVIII, accuratè descriptas" et nonnullos libros minores. cuius tomi in initio posita sunt et praefatio „Ad lectorem" Dionysio Gothofredo scripta et „Eruditorum quorundam[5]) de Ammiano Marcellino testimonia", quae sunt re uera iudicia de hoc scriptore historico pronuntiata, quae parui pretii esse nemo negabit. hoc autem non praetermittendum esse puto editorem horum sex tomorum

1) Opus Epistolarum Des. Erasmi Roterodami, vol. X, Oxonii 1941, nr. 2814 (5. 6. 1533).

2) W. Seyfarth, Der Codex Fuldensis 64sq.

3) W. Seyfarth l. l. 65.

4) Notum est Dionysium Gothofredum „Corpus Iuris Ciuilis" anno 1583 edidisse et primum hunc titulum usurpasse.

5) Sunt autem hi eruditi uiri: Io. Bodinus, Fr. Balduinus, D. Chytraeus, I. Lipsius.

primum omnia opera, quae illis tomis continentur, copiosis notis in marginibus paginarum positis affecisse.

Post editiones supra enumeratas Fr. Lindenbrogius „Ammiani Marcellini Rerum Gestarum qui de XXXI supersunt libros XVIII" „Hamburgi in bibliopolio Frobeniano anno MDCIX" edidit „ad fidem MS. et veterum Codd. recensitos, et observationibus illustratos" (*Lind.*), qua editione Lindenbrogius initium fecit operis Ammiani Marcellini commentariis interpretandi, quam operam post editionem Gruteri (anni 1611) continuauit Henricus Valesius Parisiis anno 1636 editione noua admiratione digna, in qua Excerpta de gestis Constantini nondum edita addidit (*Val.*). anno autem 1681 frater eius, Hadrianus Valesius, Historiographus Regius, libros Ammiani Marcellini, qui supersunt, „necnon Excerpta vetera de Gestis Constantini et regum Italiae", id est „excerpta Valesiana", quae dicimus, denuo edidit (*Hadr. Val.*), postquam editioni fratris „ampliores Observationes, et Collectanea Variarum Lectionum adjecit" eamque „beneficio codicis Colbertini" (scil. codicis chart. C s. XV, Parisini lat. 5821) „multis in locis emendavit, Notisque explicuit". „Disceptationem suam de Hebdomo, ac Indicem rerum memorabilium subjunxit. Praefixit et Praefationem suam, ac Vitam Ammiani à Claudio Chiffletio JC. compositam." dedicauit autem Hadrianus Valesius editionem suam D. Iohanni Baptistae Colberto, illustrissimo illi et clarissimo ministro regis Franciae Ludovici XIV., „Praefecto Aerarii, Curatori Palatiorum et Aedium Regiarum". multis locis, quibus Clarkius lectionem aliquam uoce „uulgo" significat, nos Hadrianum Valesium auctorem huius lectionis repperimus suoque signo, scil. *Hadr. Val.*, notamus.

Secuta est anno 1693 Lugduni Batauorum editio Iacobi Gronovii sub titulo

Ammiani Marcellini Rerum Gestarum Qui de XXXI supersunt, libri XVIII. Ope MSS codicum emendati ab Frederico Lindenbrogio et Henrico Hadrianoque Valesiis cum eorundem integris Observationibus et Annotationibus, item Excerpta vetera de Gestis Constantini et Regum Italiae. Omnia nunc recognita ab Iacobo Gronovio, Qui suas quoque notas passim inseruit et necessariis ad Ammiani illustrationem antiquis nummis ac figuris exornari curavit. Lugduni Batavorum. Apud Petrum van der Aa, MDCXCIII. (*Gron.*)

Quae editio quamquam magni pretii est, tamen Henricum Valesium principem omnium interpretum ueterum maximi aestimandum esse censemus, atque omnes hos ueteres commentarios fundamentum et editionum nouarum et recentium commentariorum esse debere nemo negabit, qui operi Ammianeo interpretando studebit.

Editiones, quae Gronovium secutae sunt, breuiter admodum perstringam: A. W. Ernesti, Lipsiae 1773; I. A. Wagner – C. G. A. Erfurdt, Lipsiae 1808, quae editio tres tomos continens copiosis commentariis affecta est; F. Eyssenhardt, Berolini 1871, de qua editione una cum aliis eiusdem uiri editionibus Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff pessime iudicauit[1]); V. Gardthausen, Lipsiae 1873. postremam editionem, quae est C. U. Clarkii, Berolini 1910–1915 (iterum impr. 1963), iam supra honorifice commemoraui.

Editiones uero commentariis instructae et uersiones infra enumerabuntur (uide p. XXVI—XXVII).

Hoc autem non praetermittendum esse puto: sunt multi loci in libris Ammianeis, quibus decernere non possis, utra lectio sit recta atque linguae auctoris nostri accommodata, saepeque dubitari potest, utrum hanc lectionem an illam probare atque in textum recipere debeas. quae si ita erant, eligebamus lectionem nostra sententia aliis antecedentem, quamquam ratio iusta stricte demonstrari non potest; lectiones autem minoris pretii habendas in apparatu critico ponebamus.

Omnino in textu constituendo rationem editionis meae, quam Latine et Germanice perfeci, secuti sumus ea scilicet consideratione, ut principia mea tunc a me temptata, postea a uiris doctissimis comprobata, in noua editione strictius obtineremus.

DE NOVA EDITIONE

Fortasse sunt qui interrogant, quibus de causis post splendidissimam Clarkii editionem placuerit nouam editionem elaborare. de qua re quamquam explicate iam disserui[2]), tamen nonnullas grauiores sententias hic replicandas esse existimo:

1. quam plurimae emendationes secundum linguam Ciceronianam insertae sequestrandae esse uidebantur;

2. apparatus criticus a Clarkio in duas partes diuisus in unum reducendus erat;

3. cum Clarkius interpunctione sua sententias rhythmice distinxerit, nos sententias singulas secundum regulas grammaticas et logicas separandas esse putauimus, ut lector contextum et citius et melius comprehendere et intellegere posset.

---

1) U. von Wilamowitz-Moellendorff, Erinnerungen, Leipzig 1928, 100: „Aus Berlin kamen die lüderlichen Ausgaben Eyßenharts."

2) Vide supra p. XII adn. 3.

quas rationes iustas atque rectas esse uiri doctissimi aetatis nostrae iam agnouerunt summo meo gaudio.[1]) nec non orthographiam uerborum et nominum secundum consuetudinem aetatis nostrae quam maxime constituimus.

Cum ab initio saeculi nostri uiri doctissimi, quorum principes supra commemoraui (p. XII), linguam originariam Ammiani Marcellini inquirere coepissent atque multas cognitiones nouas et grauissimas consecuti essent, plurimae emendationes priorum temporum in apparatum criticum non erant recipiendae, praesertim cum ad exemplum linguae Ciceronianae aut, quod saepissime contigit, ex licentia quadam philologica factae essent. tempora enim, quibus in seminariis adolescentes doctrinae philologicae studiosi in emendationibus faciendis exercebantur, euanuerunt — deis sit gratia! mea quidem sententia artis philologicae non est auctorem antiquum corrigere, sed ordinem sententiarum eius intellegere, dummodo perspicuus sit neque ab usu dicendi auctoris eiusdem abhorreat, nisi lectionem aliquam corruptam esse apertum sit. tum demum uerba tradita corrigere licet, si re uera corrupta sunt. emendationes autem semel refutatas, de quibus iam conclamatum est, denuo inducere atque argumentis uilissimis corroborare summae insaniae esse puto[2]), atque obseruandum est hoc non semper esse argumentum aequum ad uerba auctoris alio loco usitata prouocare. rarissime enim imprimis Ammianus Marcellinus phrasim aliquam immutabilem compluribus locis adhibet, sed plerumque uerba ipsa uel ordinem eorum uariat. propositum nostrum est uerba auctoris nostri uel conseruare uel restituere. initium fecerunt alii, nos continuamus et opus complendum iunioribus relinquimus. quo modo praeceptis illustrissimis, quae Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff de apparatu critico elaborando constituit, uerissime oboedire putamus.[3])

Apparatum criticum constituimus neque positiuum quem dicunt neque negatiuum, sed medium ut ita dicam, semperque ordiebamur a

---

1) Vide e. g. Ammien Marcellin, Histoire, ... par E. Galletier, vol. I, Paris 1968, introd. p. 54sq. (Jacques Fontaine).

2) Vide e.g. 14, 1, 1, quo loco Klaus Bringmann emendationem Kellerbaueri *saltu* pro *cultu* frustra defensat (Antike und Abendland 19, 1973, 58sq.).

3) Wilamowitz l. l. 99–104. 222; cf. J. Willis, Latin Textual Criticism, University of Illinois Press 1972, impr. 3. 4. 9. — Testimonia quae dicunt linguae Ammianeae iam dudum collecta in apparatu speciali lectoribus beneuolis ante oculos ponere non potuimus duabus de causis, primum quod consensiones cum aliis scriptoribus fortuito inuentae uel dubiosae nihil stricte demonstrare uidentur, deinde quod imprimis in rebus geographicis de fontibus Ammiani Marcellini saepe nulla est claritas (cf. M. F. A. Brok, Die Quellen von Ammians Exkurs über Persien, Mnemosyne 28, 1975, 47–56).

lectione codicis V (uel M) et pergebamus secundum ordinem temporis et in codicibus et in editionibus uel operibus uirorum doctorum recentiorum adhibendis, quo modo solo origines corruptelarum aut emendationum ante oculos lectorum euidenter proponi posse putamus. eis locis, ubi paginae codicis M, id est Hersfeldensis, hodie quoque conseruantur, lectio codicis illius uetustissimi codici V est anteponenda, ita ut hic ordo siglorum oriatur: MVV*m3*E*SBb*$_1$*b*$_2$*AG* etc. ea condicione, ut non ubique omnes codices uel editiones commemorandae sint. sed de hac re uide infra.

Nam primum dicendum est nos omnia codicum uel editionum sigla, quae usque ad hoc tempus ab editoribus adhibebantur, integra conseruasse excepto siglo *b* Clarkii. nos enim siglo *b*$_1$ editionem Basiliensem anni 1518, siglo *b*$_2$ editionem Coloniensem anni 1527 significamus, quas duas editiones ipsi contulimus.

In lacunis supplendis formam uncorum remouimus, quae ne apud Clarkium ipsum quidem constanter conuenienterque in usu erat. in hac quoque re Udalricum de Wilamowitz-Moellendorff sequimur, qui uncos esse superuacaneos censuit.[1]) ratio, quam sequentes editionem nouam confecimus, est talis, ut lectionem auctoris nostri difficillimam superuacanea usurpatione signorum aliquorum non magis impediamus. lector quilibet etiam uncis sequestratis sine ullo labore distinguit, quae lectio sit originaria codicum MV, id est traditionis integrae, quaeque litterae uerba sint inserta uel a scribis uel a uiris doctis recentioris aetatis, dummodo criticum apparatum inspexerit.

Ne lectionem Rerum Gestarum Ammiani Marcellini amplius impediamus, apparatum criticum unum constituimus contra Clarkium, qui apparatum criticum duas in partes diuisit. quis enim est — ut exemplum afferam — qui dubitet, quin integrae lineae apud Gelenium solum conseruatae uerba originaria auctoris sint nostri, quas Gelenius in codice Hersfeldensi ipse uidebat; at Clarkius has lineas in apparatu inferiore collocauit, tamquam non originariae traditionis essent, quod intolerabile esse putamus.

Si lectionem codicis V originariam in contextu nostro conseruamus, codicem V in apparatu critico non commemoramus illis locis exceptis, quibus haec lectio ab editoribus uel scribis quibusdam aut commutata aut deprauata uel a uiris doctissimis recentioris aetatis aut a nobis denuo sit restituta.

Si aliam ac lectionem codicis V in contextum nostrum recipimus, et lectionem codicis V et diuersas alias lectiones in apparatu critico

1) Wilamowitz l. l. 222.

commemorandas esse putamus. sin omnes testes a codice V (uel M) usque ad editionem quandam posterioris aetatis inter se congruunt, non nisi lectio codicis V atque post eam prima lectio ab eadem discrepans commemoratur, e. g.: et V ut *G* uel: sed V et *Val.* etc., id est: primus Gelenius aut Valesius lectionem traditam commutauit.

Disiunctionem uerborum, quam in archetypo non exstitisse apertum est, si in codice V uel falsa est uel plene deficit, omnino neglegimus, nisi hac causa in codicibus posterioribus aut in editionibus lectiones discrepantes uel falsae generatae sunt.

Eis locis, quibus corrector codicis V (V *m 2*) litteras originarias commutauit, in apparatu critico posteriorem lectionem ponimus, sed in uncis explanamus, quo modo ea lectio orta sit, e. g.: germanitatae (i *add. m 2*) V. sin corrector (V *m 2*) litteras quasdam deleuit, in apparatu critico ponimus litteras originarias omnes et demonstramus in uncis, quas litteras corrector deleuerit, e. g.: eius eius (eius *alt. del. m 2*)V.

Si quae aliae correctiones in codice V a manu prima factae inueniuntur, semper in apparatu critico nostro commemorantur.

Si scriba codicis V a praeceptis recte scribendi, quae in usu sint nostris temporibus, aberrauerit, hanc legem obseruamus, ut tales errores neglegamus[1]), e. g. uel mutationem litterarum *e/i*, *e/ae/oe* uel consonantes aut falso iteratas aut falso semel scriptas (e. g. *t/tt*), exceptis his uerbis, quibus uarii sensus exprimuntur (e. g. *caedere/cedere*). quam regulam non modo in codice V, sed etiam in omnibus aliis codicibus et in primis editionibus obseruamus. assimilationem consonantium, quae in codice V omnino uarie adhibetur — nescimus enim, qui usus fuerit in hac re Ammiani Marcellini ipsius —, quam accuratissime usurpamus paucis uocibus exceptis; e. g. *quidquam* scribimus, non *quicquam*. uerisimile est scribam uel scribas archetypi assimilationem consonantium semper usurpasse, quod ex eis locis clarescit, quibus illa assimilatio etiam inter duo uerba adhibetur; e. g. *sub pellibus* in codice V scribitur saepius *suppellibus* (19, 11, 4. 20, 6, 9. 23, 3, 8). contra formas uerborum, si in codice V inueniuntur sermonis uulgaris aut ad sermonem uulgarem spectantes, in apparatum criticum recipimus (e. g. *conditio/condicio*). eandem legem sequimur in aspiratione indicanda (e. g. *rh/hr*).

Compendia, quae in codice V crebro in usu sunt, post hanc praefationem in conspectu uno collecta ponimus, in apparatu autem critico non commemoramus, nisi aut a scribis codicum recentiorum aut ab

1) Cf. Willis 35.

editoribus posterioris aetatis falso sint explanata, quod e. g. saepe in particula *quoniam* contigit (q̄m̄).

Nomina et hominum et locorum et fluminum etc. in codicibus et in editionibus prioribus uarie scripta ad exemplum operis potissimi a uiris doctissimis Pauly et Wissowa perfecti inducimus raris locis tantummodo exceptis.

Interdum lectionem aliquam codicis V Clarkius aliter adducit ac nos in exemplari huius codicis lucis ope expresso uidemus, neque diiudicare possumus, utrum Clarkius recte legerit an nos. praeter paucos locos nos Clarkium sequimur, nisi in codice ipso nostram lectionem rectam esse mihi persuasi.

Ut supra commemoraui, in codice V plurimae correctiones inueniuntur a uiris doctissimis post Poggium inductae, quas siglo V *m 3* significamus. quae correctiones, cum uerba auctoris ipsius tradita non sint aut esse non debeant, in apparatu critico nostro non aliter tractantur ac emendationes editorum et uirorum doctorum recentioris aetatis eamque ob causam separatim annotantur. si lectio V *m 3* iam recta agnoscitur atque a nobis in contextum recipitur, post eam non nisi lectiones discrepantes uel codicum uel editionum in apparatu critico commemorantur, si uim aliquam habere uidentur.

Emendationes textus traditi, quae non nisi cursus causa a Clarkio eiusque collegis receptae sunt, omnino suspectas esse putamus, quod leges cursus legendi nondum obligantes cognitae sunt atque exceptiones saepe inueniuntur aut cursus aliter constitui potest ac Clarkius uolebat. qua de causa etiam multae cruces a Clarkio ascriptae a nobis remotae sunt et mihi persuasi cursum in fine sententiae, non ante eundem legendum esse.

Ad codicem E ueniamus: propriae eius codicis lectiones non aliter agitantur ac emendationes uirorum doctissimorum recentioris aetatis, id est: tantummodo in apparatum criticum recipiuntur, si quid momenti in iis inest ad ueram uel rectam lectionem constituendam. sed plurimae lectiones codicis E, quae aut ualde liberae aut uiles sunt, in apparatum criticum nostrum non recipiuntur.

Editionis Romanae ab Angelo Sabino perfectae lectiones a codice V discrepantes non annotantur, nisi aut cum codice E congruunt aut in editionibus posterioribus lectionem aliquam a codice V abhorrentem produxerint.

Non ignoro Gelenium et editionem Bononiensem Castelli (*B*) et editionem Accursii (*A*) uel habuisse uel uidisse iisque in editione sua perficienda usum esse. qua de causa illae duae editiones maximi momenti sunt, si de lectione aliqua Gelenii iudices; itaque ambo comme-

morantur, si lectionem quamlibet Gelenii in apparatum criticum recipimus. ceterum editiones *B* et *A* non aliter tractantur ac supra definitum est.

Lectiones editionis Basiliensis (b_1) et editionis Coloniensis (b_2) non commemoramus, nisi a lectionibus Castelli (*B*) aberrant, cum lectionibus autem codicis **E** et Gelenii congruunt.

Lectiones Gelenii semper annotantur, quod lectiones originariae codicis Hersfeldensis esse possunt. sed animaduertendum est, quod supra de Gelenio ut teste dubio et incerto disserui (p. XII). quam regulam tantummodo omittendam esse putamus, si praecepta recte scribendi aliquo modo laesa sint leuiter.

Si alii codices XV saeculi ac codex **E** commemorandi sunt, quod interdum contingit, si lectio quaelibet aliter explicari non potest — e. g. Valesius saepe ad codicem Regium, id est codicem chartaceum Neapolitanum s. XV (**N**), prouocat — Valesium aut Clarkium sequimur, cum copiam codicis **N** ipsius inspiciendi non habuerimus. quorum codicum sigla addimus in uncis.

Officii nostri non est, ut quam plurimas emendationes uirorum doctorum memoriae tradamus. multae enim aut obsoleuerunt aut refutatae sunt studiis recentioribus. quam ob causam ne quis nos accusauerit, si emendationes aliquas obliuione obruerimus. sed de hac re iam supra disserui (p. XVI).

Nonnumquam in apparatu critico nostro complura uerba auctoris coniunctim tractantur siue in archetypo non disiuncta siue communem sensum praebentia, quae segregate agitata non intellegerentur. quae si ita sint, usque ad Gelenium totum locum in apparatu adhibemus, post Gelenium autem in emendationibus uel correctionibus posteris non nisi per partes commemoramus.

DE RATIONE TEXTVS REDIGENDI ATQVE RECTE SCRIBENDI

Fundamentum textus redigendi est textus editionis meae, quam Latine et Germanice annis 1968—1971 Berolini edidi commentariis instructam[1].) sed multos locos textus Latini ultra illam editionem secundum nouas cognitiones uirorum doctorum correximus, quamquam principia ipsa illius editionis retinebamus.

In ratione uerba recte scribendi, de qua supra iam nonnulla disserui[2]), secuti sumus thesaurum uerborum notissimum nomine „Georges" exceptis eis locis, quibus aut Ammianum Marcellinum specialem for-

1) Vide supra p. V.
2) Vide supra p. XVIII sq.

mam uerbi alicuius semper usurpasse constat aut uarietates sermonis uulgaris probatae sunt. sin uero „Georges" complures rationes scribendi indicat, eam formam elegimus, quam creberrimam esse putamus, e. g. *inclitus, adolescere.*

Verba ex duabus particulis composita ut *adusque, etiamtum, huiusmodi* una scribimus, nisi propter cursum distrahenda sunt, quod raro contingit.

Si aliquibus in uerbis litterae uel elisae uel additae sunt, quas uerborum species siue syncopen siue anaptyxim nominant, accurate litteras in codice V traditas conseruamus, e. g. 29, 1, 42 *perículo postrémo* (hic enim forma *periculo* ab Accursio et Gelenio usurpata cursus deleretur[1]) atque 29, 2, 4 *domnis* (cf. 14, 6, 6 *domna*), ubi Clarkius linguam Ammianeam corrumpit. lectiones discrepantes in apparatum criticum recipimus.

Verba Graeca, quae Ammianus Marcellinus saepius usurpat, secundum codicem V in textum recipimus, i. e. Graece scribimus, si litteris Graecis tradita sunt, Latine scribimus, si ea Latinis legimus litteris. sic nonnumquam perspicuum est, quo modo temporibus auctoris nostri Romani uerba Graeca transcripserint.[2]) qua in re Clarkium non semper unam et eandem consuetudinem tenuisse perspicuum est.

Numeros semper uerbis scribimus, quamquam scribae codicis V in ea re uariauerunt. si quidem scriba notis numerorum scripserit, hanc formam in apparatu critico ponimus.

Signa cola distinguendi causa poni solita non aliter adhibemus ac legibus rei grammaticae aetatis nostrae congruunt; nam quae Clarkius de ratione textus interpungendi exponit, mihi reicienda esse uidentur, quod perspicuitas textus ualde impeditur, praesertim cum in seminario cum adolescentibus linguae Latinae studiosis libros Ammianeos legeris. ut autem cursus Ammianeus cuilibet lectori facile perspicuus sit, duplex spatium post unumquemque cursum ponitur, ut iam in editione mea bilingui feci. hoc autem non est praetermittendum, quod Clarkius cursum Ammianeum saepe non recte intellexit. itaque plurimae cruces, quas posuit falsi, ut putabat, cursus annotandi causa, tolli potuissent, si aut recte legisset aut cursum non falso intellexisset; e. g. 21, 7, 1 recte legendum est: *uenatíciam praedam cá-*

---

1) Gelenium leges cursus non iam nouisse apparet ex eo, quod saepius ordinem uerborum inuertens cursum Ammianeum perdit, e.g. 20, 7, 18 árte temptáret (V) – tentaret arte (*B G*); 20, 8, 19 electi uíri sunt gráues (V) – electi sunt uiri graues (*G*); 20, 10, 1 secúndae egréssus est (V) – secundae est egressus (*B G*).

2) e. g. 17, 7, 11. 19, 4, 7. 20, 3, 4–11.

peret, nam *uenaticia praeda* unam significationem praebet; 19, 2, 12 cursus non est post *lux occiperet*, sed tandem post uerba *lítuos dáto*; itidem 25, 4, 19 non est cursus *cum haec essent*. non rectum atque iustum esse uidetur cursum postulare, ubi aut non est aut esse non potest, e. g. paulo ante finem sententiae ut: *delictórum inmánium consurgebant* (sic Clarkius 27, 9, 4), contra ego: *delictorum immánium consurgébant* (cursus uelox). omnino formas cursus colimus, quas Clarkius in praefatione editionis suae commemorat (p. IV sq.). sunt autem formae quoque inusitati cursus, e. g.: *génte multitúdo* (31, 6, 5 cf. ann. 67 in editione mea IV p. 362), quae saepius inuenitur. post unumquemque ordinem sententiarum complurium cursum aliquem esse legendum nemo ignorat. qua de causa nullo signo significamus.

DE CONSPECTIBVS ET INDICIBVS

Post finem praefationis subieci conspectum compendiorum in codice V adhibitorum, quae magni momenti esse existimo. nam mihi persuasum est scribam uel scribas archetypi Ammiano Marcellino aequales multo plura compendia usurpasse, quam nos in codice V legimus. posteriores autem scribae plurima compendia remouerunt atque eorum loco uerba plena scriptura in textum receperunt, sed nonnumquam falso intellexerunt sensum compendiorum uel notarum. nonnullae autem notae in codice V conseruatae ex notis Tironis ortae sunt, e. g. ɜ, qua nota uox *eius* exprimitur quamque notam non nisi prima in parte codicis V inuenies, cum ceteri scribae *eius* scribebant. compendium *qm̄* sensum particulae *quoniam* praebet, sed scribae codicis V plerumque *quum* uel *cum* uel simile quoddam scripserunt. solus uir doctissimus Gelenius, qui codice Hersfeldensi utebatur, recte intellegebat, quid compendium *qm̄* significaret. quod si non ita esset, permultis locis particulam *quoniam* in textu Ammianeo non inueniremus, quibus re uera legenda est. praeterea non excludendum est compendia uel nonnullas notas inter se permutatas esse, quod e. g. in particulis *tandem* et *tamen* propter similitudinem factum esse existimo, e. g. 29, 1, 14 (*tamen* ♂ V); 30, 6, 5; 31, 7, 15. sunt etiam loci, quibus uiri doctissimi aetatis nostrae *tandem* emendauerunt pro *tamen* (V 22, 14, 6) uel *tamen* pro *tandem* (V 24, 3, 4). *tam̄* inuenies pro *tamen* (V 16, 12, 46). exitus uerborum saepe uel plerumque abbreuiatos fuisse nemo negabit atque hac de causa non raro de temporibus uerborum in libris Ammianeis dubitari potest. compendiis etiam pronominum multi errores orti sunt neque praetermittendum est nonnulla compendia usque ad hodiernum diem non perspicua esse (e. g. 19, 11, 4). sunt

autem compendia nonnulla ex usu Christiano recepta, e. g. $\overline{XP}$*iani* (27, 7, 5). quibus compendiis, quamquam plerumque recte intellegebantur, ut erant scribae monachi, tamen interdum errores producti sunt, e. g. 19, 1, 7, ubi Clarkius scribit: *fidenter Sapori suam operam nauaturus.* in codice V traditum est: *fidenter ano per amna baturus* (b *in* u *m 2*), quae corruptela orta esse uidetur ex: *fidenter* $\overline{\Delta NO}$ *per* etc., littera *o* semel posita (haplographia litterae *o*) atque littera *A* ex *Δ* orta. quo modo hic locus leuiter sanatur: *fidenter domino operam nauaturus.*

Praeterea additi sunt conspectus codicum et editionum etc. conspectum librorum, qui de opere historico Ammiani Marcellini aut de singulis eiusdem quaestionibus scripti sunt, perfecerunt Liselotte Jacob-Karau et Ilse Ulmann.

Indices ipse composui pleniores quam in mea editione utriusque linguae, quorum pars prima inscribitur „Nomina personalia et geographica", altera pars „Notabilia varia". plerisque nominibus addidi minimas definitiones, ne lector de personis aut rebus geographicis posset dubitare, cum nonnulla nomina complures homines uel complura flumina, montes, oppida etc. significant. interdum personas aliquas recepi titulis solis memoratas, ut Sapor non semper nomine suo, sed etiam uerbis *rex Persarum*, *rex Persidis*, *rex ille longaeuus* inducitur. tales locos posui uncis additis, ut lector hanc personam non nomine, sed titulo nominari intellegat. sin de nomine aliquo dubitatur, siue mutilatum traditum siue a doctis uiris sit permutatum, addidi asteriscum.

Plurimas gratias ago uiro doctissimo Guernero Hartke, qui hanc editionem inchoandam atque perficiendam auctoritate sua atque consiliis prudentibus ualde adiuuit, atque collegis feminis doctis Liselotte Jacob-Karau et Ilse Ulmann, quae multos per annos hanc uiam diuturnam et molestam mecum ierunt atque uiribus unitis et textum Ammianeum et apparatum criticum confecerunt. quam optime potuimus officium nostrum exsecuti sumus atque in fine praefationis mihi Ammianum Marcellinum secuto dicere liceat: faciant reliqua potiores aetate et doctrinis florentes!

Berolini, m. Dec. 1976 Wolfgang Seyfarth

CONSPECTVS ABBREVIATIONVM ET NOTARVM A SCRIBIS CODICIS V SAEPIVS ADHIBITARVM (EXEMPLA)

⊢C	autem	ɔ	con
c̃	consilio	cc̃	circa
ēē	esse	÷, ē	est
s̄t	sunt	ɜ	eius
n̄	non	ů, u	uero
ꝑ	per	p̄	prae
ꝓ	pro		
		ł	nel
em̄	enim	&	et
ĩ	in	nc̄	nunc
tc̄	tunc	ṕ	post
qs̄ı	quasi	qnđ	quando
q:, q;	que	qđ, ꝙ	quod
qm̄, quō	quoniam	scđm	secundum
sic̄	sicut	sup̊	supra
ms	-mus	ꝗ	-orum
t̃	-ter	ꝛ	-tur
aut̄	autem	dū	dum
iā	iam	nom̄	nomen
quē	quem	tam̄	tamen
r̄s	fratres	fr̄i	fratri
nr̄i	nostri	nr̄o	nostro
nr̄m	nostrum	nr̄orū,	nostrorum
nr̄is	nostris	nob̄	nobis
ur̄i	uestri	ur̄m̄	uestrum
om̄s	omnis, omnes	om̄a, omā	omnia
augm̄ta	augmenta	docum̄tis	documentis
spriram̄to	spiramento		
mił	milia	scłi	saeculi
scłis	saeculis	tr̄is	terris
dī	dei	dm̄	deum
res p̄	res publica	fec̄	fecit
*XP*iano	christiano	sp̄s	spiritus
spū	spiritu		

CONSPECTVS EDITIONVM

a) prioris aetatis (uide p. X – XIV)

editio princeps Sabini Romae 1474, ex cod. **R** (uel sim.) mutilo et deterrimo
editio Castelli Bononiensis a. 1517
editio Basiliensis a. 1518
editio Coloniensis a. 1527
editio Accursii Augustana a. 1533, mense Aprili
editio Gelenii Basiliensis a. 1533, mense Iulio
editio Gelenii a Rob. Stephano iterata Parisiis 1544
editio Gryphiana Lugdun. a. 1552
Historiae Augustae tomus tertius: Constantii, Iuliani, Ioviani, Valentiniani, et Valentis res in Imperio gestas, et ab Ammiano Marcellino, libris XVIII. accuratè descriptas, exhibens, Lugduni 1600
editio Fr. Lindenbrogii Hamburgi 1609
editio Gruteri a. 1611
editio L. Boxhornii Zuerii Lugdunensis Batav. a. 1632
editio Henr. Valesii Parisiis 1636
editio Hadr. Valesii Parisiis 1681
editio Jac. Gronovii Lugdunensis Batav. a. 1693

b) recentioris aetatis

Ammiani Marcellini Rerum Gestarum libri qui supersunt ex recens. Val. – Gron. Indicem dignitatum nec non glossar. latinitatis adiecit Aug. Guil. Ernesti, Lipsiae 1773
Amm. Marc. Rerum Gestarum libri qui supersunt ed. Ben. Casp. Hauris 1778
Amm. Marc. libri XVIII qui supersunt ad optt. editt. collati. Praemitt. not. lit. Acc. indd., 2 voll., Biponti 1786 (Argentorati, Treuttel et Würtz)
Amm. Marc. quae supersunt cum notis integris Frid. Lindenbrogii, Henr. et Hadr. Valesiorum et Iac. Gronovii, quibus Thom. Reinesii quasdam et suas adiecit Io. Aug. Wagner. Editionem absolvit Car. G. Aug. Erfurdt, 3 voll., Lipsiae 1808
Amm. Marc. quae supersunt trad. par Th. Savalète, Collection des auteurs latins avec la trad. en français publ. sous la direct. de Dés. Nisard, Paris 1849
Amm. Marc. Rerum Gestarum libri qui supersunt F. Eyssenhardt recensuit, Berolini 1871
Amm. Marc. Rerum Gestarum libri qui supersunt. Recensuit notisque selectis instruxit V. Gardthausen, 2 voll., Lipsiae 1874 – 1875 (editio lucis ope expressa, Stuttgart 1967)
Amm. Marc. Rerum Gestarum libri qui supersunt. Recensuit rhythmiceque distinxit C. U. Clark, Berolini, vol. I: libri XIV – XXV, 1910; vol. II pars I: libri XXVI – XXXI, 1915 (editio lucis ope expressa, Berolini 1963)

Amm. Marc. quae supersunt. Accedunt auctoris ignoti de imperatoribus excerpta. Ad optimorum librorum fidem accurate edita. Editio stereotypa C. Tauchnitiana. Nova impressio, Lipsiae 1921

Amm. Marc. with an English Translation by J. C. Rolfe, in three volumes, London/Cambridge, Massachusetts 1935, 1937, 1939

Le Storie di Ammiano Marcellino a cura di A. Selem, Torino 1965

Amm. Marc. Römische Geschichte. Lateinisch und deutsch und mit einem Kommentar versehen von W. Seyfarth, Berlin, Erster Teil: Buch 14–17, 1968; Zweiter Teil: Buch 18–21, 1968; Dritter Teil: Buch 22–25, 1970; Vierter Teil: Buch 26–31, 1971

Amm. Marc. 23,4,1–17, latein. und deutsch von H. Köchly und W. Rüstow, 1853

Pighi, G. B., Amm. Marc. Rerum Gestarum librorum XIV–XXXI capita selecta, 2 voll., Neuchâtel/Paris 1947–1948

Fontes Latini Historiae Bulgaricae I et II, edd. I. Dujčev, M. Voinov, B. Primov, V. Velkov, Sofia 1958

Ammien Marcellin, Histoire, Paris, Tome I: Livres XIV–XVI, texte établi et traduit par E. Galletier avec la collaboration de J. Fontaine, 1968; Tome II: Livres XVII–XIX, texte établi, traduit et annoté par G. Sabbah, 1970

CONSPECTVS VERSIONVM

Ammianus Marcellinus ou les dix-huit livres de son histoire qui nous sont restés. Traduits en françois par G. de Moulines, 3 voll., Berlin 1775

Amm. Marc. übers. u. mit erläut. Anm. begleitet v. J. A. Wagner, 3 voll., Frankfurt a. M. 1792–1794

Amm. Marc. Römische Geschichte übers. v. L. Tross – C. Buechele, Stuttgart 1827. 1853 (1853. 1854)

Amm. Marc. trad. da F. Ambrosoli, con note, Milano 1829

Amm. Marc. Roman History during the Reigns of the Emperors Constantius, Julian, Jovianus, Valentinian and Valens, Translated by C. D. Yonge. With a General Index, London 1862

Amm. Marc. Femogtyve år af Roms historie i det fjerde årh. e. Kr. Oversat fra Latin ved V. Ullmann I–III. Med en afhdl. om forfatteren og hans vaerk samt navneliste, Kjøbenhavn 1877–1881

Amm. Marc. Istorija. Perevod s lat. J. A. Kulakovskogo i A. Sonni, Kiev, I: kn. 14–19, 1906; II: kn. 20–25, 1907; III: kn. 26–31, 1908

Von Tacitus bis Ammian. Geschichte im Altertum. Tat, Wort und Deutung, hrsg. v. J. Rehork, voll. 9 et 10, Hamburg 1964

Geschichte in Quellen, Bd. I. Altertum, hrsg. v. W. Lautemann u. M. Schlenke, München 1965 (Alter Orient – Hellas – Rom)

Amm. Marc. Soumrak římské říše. Přeložil, předmluvu, historický úvod a poznámky napsal J. Češka, Praha 1974

Amm. Marc. Das Römische Weltreich vor dem Untergang. Sämtliche erhaltene Bücher übers. v. O. Veh, eingeleitet und erläutert v. G. Wirth, Zürich/München 1974

Amm. Marc. quae supersunt. Accedunt auctoris ignoti de imperatoribus excerpta. Ad optimorum librorum fidem accurate edita. Editio stereotypa C. Tauchnitiana. Nova impressio, Lipsiae 1921

Amm. Marc. with an English Translation by J. C. Rolfe, in three volumes, London/Cambridge, Massachusetts 1935, 1937, 1939

Le Storie di Ammiano Marcellino a cura di A. Selem, Torino 1965

Amm. Marc. Römische Geschichte. Lateinisch und deutsch und mit einem Kommentar versehen von W. Seyfarth, Berlin, Erster Teil: Buch 14–17, 1968; Zweiter Teil: Buch 18–21, 1968; Dritter Teil: Buch 22–25, 1970; Vierter Teil: Buch 26–31, 1971

Amm. Marc. 23,4,1–17, latein. und deutsch von H. Köchly und W. Rüstow, 1853

Pighi, G. B., Amm. Marc. Rerum Gestarum librorum XIV–XXXI capita selecta, 2 voll., Neuchâtel/Paris 1947–1948

Fontes Latini Historiae Bulgaricae I et II, edd. I. Dujčev, M. Voinov, B. Primov, V. Velkov, Sofia 1958

Ammien Marcellin, Histoire, Paris, Tome I: Livres XIV–XVI, texte établi et traduit par E. Galletier avec la collaboration de J. Fontaine, 1968; Tome II: Livres XVII–XIX, texte établi, traduit et annoté par G. Sabbah, 1970

CONSPECTVS VERSIONVM

Ammianus Marcellinus ou les dix-huit livres de son histoire qui nous sont restés. Traduits en françois par G. de Moulines, 3 voll., Berlin 1775

Amm. Marc. übers. u. mit erläut. Anm. begleitet v. J. A. Wagner, 3 voll., Frankfurt a. M. 1792–1794

Amm. Marc. Römische Geschichte übers. v. L. Tross – C. Buechele, Stuttgart 1827. 1853 (1853. 1854)

Amm. Marc. trad. da F. Ambrosoli, con note, Milano 1829

Amm. Marc. Roman History during the Reigns of the Emperors Constantius, Julian, Jovianus, Valentinian and Valens, Translated by C. D. Yonge. With a General Index, London 1862

Amm. Marc. Femogtyve år af Roms historie i det fjerde årh. e. Kr. Oversat fra Latin ved V. Ullmann I–III. Med en afhdl. om forfatteren og hans vaerk samt navneliste, Kjøbenhavn 1877–1881

Amm. Marc. Istorija. Perevod s lat. J. A. Kulakovskogo i A. Sonni, Kiev, I: kn. 14–19, 1906; II: kn. 20–25, 1907; III: kn. 26–31, 1908

Von Tacitus bis Ammian. Geschichte im Altertum. Tat, Wort und Deutung, hrsg. v. J. Rehork, voll. 9 et 10, Hamburg 1964

Geschichte in Quellen, Bd. I. Altertum, hrsg. v. W. Lautemann u. M. Schlenke, München 1965 (Alter Orient – Hellas – Rom)

Amm. Marc. Soumrak římské říše. Přeložil, předmluvu, historický úvod a poznámky napsal J. Češka, Praha 1974

Amm. Marc. Das Römische Weltreich vor dem Untergang. Sämtliche erhaltene Bücher übers. v. O. Veh, eingeleitet und erläutert v. G. Wirth, Zürich/München 1974

Amm. Marc. Auszüge übers. v. D. Coste, Leipzig 1879 (Geschichtsschreiber der deutschen Vergangenheit, Bd. 3)
Amm. Marc. Auszüge übers. v. W. Reeb, Leipzig [2] 1923 (Die Geschichtsschreiber der deutschen Vorzeit II 3)

CONSPECTVS COMMENTARIORVM

Jonge, P. de, Sprachlicher und historischer Kommentar zu Ammianus Marcellinus, Groningen, 14,1–7, 1935 (= Diss.); 14,7–11, 1939; 15,1–5, 1948; 15,6–13, 1953; 16, 1972
Fink, M., Historisch commentaar op enkele hoofdstukken uit het 15. boek van Ammianus Marcellinus (cf. Revue Belge de Phil. 1939, 282)
Brok, M. F. A., uide conspectum librorum

CONSPECTVS LIBRORVM

In hoc conspectu non nisi libri uel libelli continentur, qui euidenter de Ammiano Marcellino eiusque Rebus Gestis scripti sunt. opuscula uero, in quibus huius auctoris uel eiusdem operis fortuito modo mentio fit, non enumerantur, ne hic conspectus ultra modum extendatur.

Adler, M., The Emperor Julian and the Jews, Jewish Quart. Rev. 5, 1893, 591sqq.
Aland, K., Kaiser und Kirche von Konstantin bis Byzanz, Kirchengeschichtl. Entwürfe 1960, 257–279
Alföldi, A., Der Untergang der Römerherrschaft in Pannonien, Berlin I 1923, II 1926
–, Die Ausgestaltung des monarchischen Zeremoniells am römischen Kaiserhofe, Mitt. d. Dt. Archäol. Inst. (Röm. Abt.) 49, 1934, 1sqq.
–, Insignien und Tracht der römischen Kaiser, Mitt. d. Dt. Archäol. Inst. (Röm. Abt.) 50, 1935, 1sqq.
–, Die Kontorniaten, ein verkanntes Propagandamittel der stadtrömischen heidnischen Aristokratie in ihrem Kampfe gegen das christliche Kaisertum, Budapest/Leipzig 1943–1944
–, Data to the Stories about the Saddle-tendered Meat, Ethnographia 1944, 122–124
–, Valentinien I., le dernier des grands Pannoniens, Rev. d'Hist. comparée 3, 1946, 1sqq.
–, A Conflict of Ideas in the Late Empire, Oxford 1952
–, Die monarchische Repräsentation im römischen Kaiserreiche, Darmstadt 1970
Alföldy, G., Bevölkerung und Gesellschaft der römischen Provinz Dalmatien, Budapest 1965
Allard, P., Julien l'Apostat, Paris [3] 1906–1910
Allbutt, Sir C., Greek Medicine in Rome, London 1921

Amm. Marc. Auszüge übers. v. D. Coste, Leipzig 1879 (Geschichtsschreiber der deutschen Vergangenheit, Bd. 3)
Amm. Marc. Auszüge übers. v. W. Reeb, Leipzig [2] 1923 (Die Geschichtsschreiber der deutschen Vorzeit II 3)

CONSPECTVS COMMENTARIORVM

Jonge, P. de, Sprachlicher und historischer Kommentar zu Ammianus Marcellinus, Groningen, 14,1–7, 1935 (= Diss.); 14,7–11, 1939; 15,1–5, 1948; 15,6–13, 1953; 16, 1972
Fink, M., Historisch commentaar op enkele hoofdstukken uit het 15. boek van Ammianus Marcellinus (cf. Revue Belge de Phil. 1939, 282)
Brok, M. F. A., uide conspectum librorum

CONSPECTVS LIBRORVM

In hoc conspectu non nisi libri uel libelli continentur, qui euidenter de Ammiano Marcellino eiusque Rebus Gestis scripti sunt. opuscula uero, in quibus huius auctoris uel eiusdem operis fortuito modo mentio fit, non enumerantur, ne hic conspectus ultra modum extendatur.

Adler, M., The Emperor Julian and the Jews, Jewish Quart. Rev. 5, 1893, 591sqq.
Aland, K., Kaiser und Kirche von Konstantin bis Byzanz, Kirchengeschichtl. Entwürfe 1960, 257–279
Alföldi, A., Der Untergang der Römerherrschaft in Pannonien, Berlin I 1923, II 1926
–, Die Ausgestaltung des monarchischen Zeremoniells am römischen Kaiserhofe, Mitt. d. Dt. Archäol. Inst. (Röm. Abt.) 49, 1934, 1sqq.
–, Insignien und Tracht der römischen Kaiser, Mitt. d. Dt. Archäol. Inst. (Röm. Abt.) 50, 1935, 1sqq.
–, Die Kontorniaten, ein verkanntes Propagandamittel der stadtrömischen heidnischen Aristokratie in ihrem Kampfe gegen das christliche Kaisertum, Budapest/Leipzig 1943–1944
–, Data to the Stories about the Saddle-tendered Meat, Ethnographia 1944, 122–124
–, Valentinien I., le dernier des grands Pannoniens, Rev. d'Hist. comparée 3, 1946, 1sqq.
–, A Conflict of Ideas in the Late Empire, Oxford 1952
–, Die monarchische Repräsentation im römischen Kaiserreiche, Darmstadt 1970
Alföldy, G., Bevölkerung und Gesellschaft der römischen Provinz Dalmatien, Budapest 1965
Allard, P., Julien l'Apostat, Paris [3] 1906–1910
Allbutt, Sir C., Greek Medicine in Rome, London 1921

Altheim, F., Der Niedergang der Alten Welt, Frankfurt/M. 1952
–, Greutungen, Beitr. z. Namenforschung 7, 1956, 81–93
–, Rom und Iran in der Spätantike, Das Altertum 2, 1956, 119–126
–, Geschichte der Hunnen, I–V, Berlin 1959–1962
Altheim, F. – R. Stiehl, Die Araber in der Alten Welt, Berlin I 1964, II 1965, III 1966
Anderson, R. L., The Rise and Fall of Middle Classes' Loyalty to the Roman Empire. A Social Study of Velleius Paterculus and Ammianus Marcellinus, Diss. Berkeley 1962
Andreotti, R., L'impresa di Giuliano in Oriente, Historia 4, 1930, 236sqq.
–, L'opera legislativa ed amministrativa dell'imperatore Giuliano, Nuova Riv. Storica 14, 1930, 342sqq.
–, Il regno dell'imperatore Giuliano, Bologna 1936
Angliviel de la Beaumelle, L., Remarques sur l'attitude d'Ammien Marcellin à l'égard du christianisme, Mélanges d'Histoire Ancienne offerts à William Seston, Paris 1974, 15sqq.
Arce, J. J., El historiador Amiano Marcelino y la pena de muerte, Hispania Antiqua. Rev. de Hist. Antigua 4, 1974, 321–344
–, On Festus' Sources for Julian's Persian Expedition, Athenaeum 52, 1974, 340–343
Archambault, P., The Ages of Man and the Ages of the World. A Study of two Traditions, Rev. des Ét. Augustiniennes 12, 1966, 193–228
Armstrong, C. B., The Burial of the Emperor Julian, Proceed. of the Class. Assoc. 69, 1972, 30
Arnheim, M. T. W., Vicars in the Later Roman Empire, Historia 19, 1970, 593–606
–, The Senatorial Aristocracy in the Later Roman Empire, Oxford 1972
Arsac, P., La dignité sénatoriale au Bas-Empire, Rev. hist. de droit français et étranger 47, 1969, 198–243
Aubin, H., Kelten, Römer und Germanen in den Rheinlanden, Westdt. Monatshefte 1, 1925, 157–179
Aubin, H. – Th. Frings – J. Müller, Kulturströmungen und Kulturprovinzen in den Rheinlanden, Bonn 1926
Auerbach, E., Mimesis. Dargestellte Wirklichkeit in der abendländischen Literatur, Bern ^{2}1959
Austin, N. J. E., Ammianus' Account of the Adrianople Campaign. Some Strategic Observations, Acta Classica. Proceed. of the Class. Assoc. of South Africa 15, 1972, 77–83
–, Julian at Ctesiphon. A Fresh Look at Ammianus' Account, Athenaeum 50, 1972, 301–309
–, A Usurper's Claim to Legitimacy. Procopius in A. D. 365–366, Riv. Storica dell'Antichità 2, 1972, 187–194
–, In Support of Ammianus' Veracity, Historia 22, 1973, 331–335
Austin, N. J. E. – W. T. Avery, The Adoratio purpurae and the Importance of the Imperial Purple in the Fourth Century of the Christian Era, Memoirs of the Am. Acad. in Rome 17, 1940, 66–80

Baatz, D., Mogontiacum. Neue Untersuchungen am römischen Legionslager in Mainz, Berlin 1962 (Limesforschungen 4)
–, Zur Geschützbewaffnung römischer Auxiliartruppen in der früheren und mittleren Kaiserzeit, Bonner Jbb. 166, 1966, 194–207

Babut, E.-Ch., Recherches sur la garde impériale et sur le corps d'officiers de l'armée Romaine aux IVe et Ve siècles, Rev. Hist. 114, 1913, 225–260; 116, 1914, 225–293
Baehrens, W. A., Beiträge zur lateinischen Syntax, Philol. Suppl. 12, 2, 1912, 257sqq.
–, Bericht über die Literatur zu Ammianus Marcellinus 1910–1924, Bursians Jber. 203, 1925, 45–90
Balducci, C., La ribellione del generale Silvano nella Gallia, Rendiconti dell'Accad. dei Lincei 2, 1947, 423–427
Balla, L., Savaria invalida. Bemerkungen zur Geschichte der Städte in Pannonien unter Valentinianus I., Acta Univ. Debrecen. de L. Kossuth nomin., ser. hist. 2, 1963, 35–47
Barabino, G., Claudio Mamertino. Il panegirico dell'imperatore Giuliano, Genova 1965
Barb, A. A., The Survival of Magic Arts, in: The Conflict between Paganism and Christianity in the Fourth Century, ed. by A. Momigliano et al., Oxford 1963, 100–125
Barnard, S. E., A Historiographical Study of Ammianus Marcellinus, Diss. New Haven 1967
Barnes, T. D., A Law of Julian, Class. Philol. 69, 1974, 288–291
Barring, L., Geheimagenten und Spione. Das Sachbuch der Spionage vom Altertum bis heute, Bayreuth 1968
Bartalucci, A., I nomina culta dei plebei urbani in Ammiano, Studi Class. e Orient. 9, 1960, 147–160
Baynes, N. H., Rome and Armenia in the Fourth Century, Engl. Hist. Rev. 25, 1910, 625–643
–, The Historia Augusta. Its Date and Purpose, Oxford 1926
–, Zur Quellenfrage für den Bericht des Ammianus Marcellinus über den Constantius-Besuch in Rom, Journ. of Rom. Stud. 25, 1935, 87sqq.
–, The Death of Julian the Apostate in a Christian Legend, Journ. of Rom. Stud. 27, 1937, 22–29
Becker, A., Concorporalis, ALL 13, 1904, 200
Béranger, J., Julien l'Apostat et l'hérédité du pouvoir impérial, Historia-Augusta-Colloquium, Bonn 1970, 75–93
Best, E., The Literate Roman Soldier, Class. Journ. 62, 1966, 122–127
Bickel, E., Gött. Gel. Anz. 180, 1918, 274–305 (rec. ed. Clark)
–, Zu Ammians Exkurs über Gallien, Festschr. f. A. Oxé, Darmstadt 1938, 164–169
–, Die vates der Kelten und die interpretatio Graeca des südgallischen Matronenkultes im Eumenidenkult, RhM 87, 1938, 193–241
Bidez, J., L'évolution de la politique de l'empereur Julien en matière religieuse, Bull. de l'Acad. Royale de Belge, Cl. des Lettres 7, 1914, 414sqq.
–, Julian der Abtrünnige, München ³1940
Binsfeld, J. P., Zu Ammianus Marcellinus 28, 4, 19, RhM 21, 1866, 159–160
Birt, Th., Marginalien zu lateinischen Prosaikern, Philol. 83, 1928, 164–182, impr. 178–179
Bitto, I., Alcune osservazione sulla propaganda di Giuliano l'Apostata, Notizie dal Chiostro del Monastero Maggiore 3–4, 1969, 17–19
Bloch, H., A New Document of the Last Pagan Revival in the West 393–394 A. D., Harvard Theol. Rev. 38, 1945, 199–200
–, The Pagan Revival in the West at the End of the Fourth Century, in: The

Conflict between Paganism and Christianity in the Fourth Century, ed. by A. Momigliano et al., Oxford 1963, 193–218
Blockley, R. C., Constantius Gallus and Julian as Caesars of Constantius II., Latomus 31, 1972, 433–468
–, Ammianus Marcellinus. A Study of his Historiography and Political Thought, Bruxelles 1975 (Collection Latomus)
Blomgren, S., De sermone Ammiani Marcellini quaestiones variae, Uppsala 1937
Blum, W., Curiosi und Regendarii. Untersuchungen zur geheimen Staatspolizei der Spätantike, Diss. München 1969
Boer, W. den, Caesar Flavius Claudius Constantius (Gallus), Tijdschr. voor Geschiedenis 62, 1949, 161–197
–, The Emperor Silvanus and his Army, Acta Classica 3, 1960, 105–109
Bokščanin, A. G., Parfija i Rim, Moskva 1960
Bonfante: cf. Warren Bonfante
Borries, E. von, Die Alamannenschlacht des Jahres 357, Progr. Straßburg 1892
–, Die Quellen zu den Feldzügen Julians gegen die Germanen, Hermes 27, 1892, 170–209
Brakman, C., Ammianea et Anneana, Leyden 1909, impr. 1–20
–, Ammianea, Mnemosyne 47, 1919, 100–110
Bringmann, K., Ammianus Marcellinus als spätantiker römischer Historiker, Antike und Abendland 19, 1973, 44–60
Brok, M., Zu Ammianus Marcellinus 14, 11, 24, Philol. Wochenschr. 1933, 1248
Brok, M. F. A., De perzische Expeditie van Keizer Julianus volgens Ammianus Marcellinus, Diss. Groningen 1959
–, Die Quellen von Ammians Exkurs über Persien, Mnemosyne 28, 1975, 47–56
Brosch, L., Laeti. Untersuchungen über eine Kategorie germanischer Siedler und Soldaten im römischen Gallien, Diss. Hamburg 1954
Brown, P. R. L., Aspects of the Christianization of the Roman Aristocracy. Journ. of Rom. Stud. 51, 1961, 1–11
–, Religious Dissent in the Later Roman Empire, History 46, 1961, 83sqq.
Brunt, P. A., The Roman Mob, Parola del Passato 21, 1966, 3sqq.
Bücheler, F., Coniectanea Latina, Ind. lect. hib. Bonn 1868/69, impr. 16–17
Büdinger, M., Ammianus Marcellinus und die Eigenart seines Geschichtswerkes, Denkschr. kaiserl. Akad. Wien, Phil.-hist. Kl. 44, 1895 (1896), 1–44
Büttner-Wobst, Th., Der Tod des Kaisers Julian, Philol. 51, 1892, 561–580
Burns, Th. S., The Battle of Adrianople: A Reconsideration, Historia 22, 1973, 336–345
Bywater, J., Heraclitus and Ammianus Marcellinus, Journ. of Philol. 6, 1876, 88–90

Cameron, A., The Roman Friends of Ammianus, Journ. of Rom. Stud. 54, 1964, 15–28
–, Ammian as Critic and Historian, Class. Rev. N. S. 17, 1967, 60–63 (rec. Diss. A. Demandt)
–, Claudian. Poetry and Propaganda at the Court of Honorius, Oxford 1970
Cameron, A. – A. Cameron, Christianity and the Tradition in the Historiography of the Late Empire, Class. Quart. 14, 1964, 316–328
Camus, P.-M., Ammien Marcellin. Témoin des courants culturels et religieux à la fin du IVe siècle, Paris 1967
Cart, W. A., Quaestiones Ammianeae, Diss. Berlin 1868

Cazacu, M., Montes Serrorum (Amm. Marc. 27, 5, 3). Zur Siedlungsgeschichte der Westgoten in Rumänien, Dacia 16, 1972, 299sqq.
Cazzaniga, I., Osservazioni critiche a tre passi di Ammiano Marcellino, Parola del Passato 20, 1965, 160sqq.
Češka, J., Le dessous sociale de l'usurpation de Silvain, Sborník Prací Filosofické Fak. Brněnské Univ. 10, 1961, 169–178
–, De honore Juliani apud Ammianum Marcellinum 15, 8,10 prope sperato, Charisteria F. Novotný octogenario oblata, Brno 1962, 155–159
–, Ob istreblenii limigantov, Mnema Vladimír Groh, Praha 1964, 57–69
–, En marge de la visite de Constance à Rome en 357, Sborník Prací Filosofické Fak. Brněnské Univ. 14, 1965, 107–115
–, Lateránský obelisk a křesťanství Constantina Velikého (De obelisco Lateranensi atque Constantini Magni christianitate), Sborník Prací Filosofické Fak. Brněnské Univ. 18, 1969, 95–116
–, Rec. Ammien Marcellin histoire tome I (livres 14–16). Texte établi et traduit par E. Galletier avec la collaboration de J. Fontaine, Paris 1968, Sborník Prací Filosofické Fak. Brněnské Univ. 19, 1970, 246–247
–, Rec. Ammien Marcellin histoire tome II (livres 17–19). Texte établi, traduit et annoté par G. Sabbah, Paris 1970, Sborník Prací Filosofické Fak. Brněnské Univ. 21, 1972, 165–169
–, Ad Ammiani Marcellini libros XIV–XXI a W. Seyfarth novissime editos adnotationes criticae, Eirene 10, 1972, 9–20
–, De lacuna in Ammiano Marcellino 17, 12, 7 nequiquam indicata, Sborník Filosofické Fak. Bratislava 5, 1973, 55–60
–, Ad Ammiani Marcellini libros XXII–XXXI a W. Seyfarth novissime editos adnotationes criticae, Eirene 12, 1974, 87–110
–, Quae valetudini humanae utilia quaeque noxia Ammianus Marcellinus XXVII 4,14 iudicaverit, Class. atque mediaev. Jaroslao Ludvíkovský octogenario oblata, Brno 1975, 113–116
Chalmers, W. R., An Alleged Doublet in Ammianus Marcellinus, RhM 102, 1959, 183–189
–, Eunapius, Ammianus Marcellinus and Zosimus on Julian's Persian Expedition, Class. Quart. 10, 1960, 152–160
Chastagnol, A., Ammianus and the Historia Augusta, Rev. de Philol. 43, 1969, 258sqq.
–, Recherches sur l'histoire Auguste, Bonn 1970 (Antiquitas, R. 4: Beiträge z. Historia-Augusta-Forschung, u. Mitw. v. J. Straub hrsg. v. A. Alföldi, Bd. 6)
Chifflet, C., De Ammiani Marcellini vita et libris monobiblon, Lovanii 1627
Cholmogorov, V. I., Rimskaja strategija v IV. v. n. ė. u Ammiana Marcellina, Vestnik drevnej istorii 1939, 87–97
Cichocka, H., Ammianus Marcellinus a literatura Grecka i Rzymska, Meander 29, 1974, 289–306
–, Mowy i listy w „Res gestae" Ammiana Marcellina, Meander 30, 1975, 157–165
–, Zależność Ammiana Marcellina od Solinusa w ekskursie o Egipcie, Meander 30, 1975, 336–352
–, Ekskurs o Egipcie (XXII 15–16), Meander 30, 1975, 422–430
–, Die Konzeption des Exkurses im Geschichtswerk des Ammianus Marcellinus, Eos 63, 1975, 329–340
Cichocka, H, O powtórzeniach w „Res gestae" Ammiana Marcellina, Eos 64, 1976, 203–222

Clark, Ch. U., The Text Tradition of Ammianus Marcellinus, Diss. New Haven 1904
Classen, C. J., Greek and Roman in Ammianus Marcellinus' History, Museum Africum 1, 1972, 39–47
Conduché, D., Ammien Marcellin et la mort de Julien, Latomus 24, 1965, 359–380
Cornelissen, J. J., Satura, Mnemosyne 6, 1878, 313–314
–, Ad Ammianum Marcellinum adversaria critica, Mnemosyne 14, 1886, 234–304
Cornelius, E., Quomodo Tacitus ... in hominum memoria versatus sit usque ad renasc. lit. saec. XIV et XV, Diss. Marburg 1888, impr. 17–22
Crump, G. A., Ammianus Marcellinus as a Military Historian, Wiesbaden 1975 (Historia Einzelschr. 27)
–, Ammianus and the Late Roman Army, Historia 22, 1973, 91–103
Cumont, F., La marche de l'empereur Julien d'Antioche à l'Euphrate, Etudes Syriennes 1917, 1sqq.

Damsté, P. H., Ad Ammianum Marcellinum adversaria critica, Mnemosyne 55, 1927, 241–259
–, De longaevitatis causis, Mnemosyne 57, 1929, 103–105
–, Ad Ammianum Marcellinum, Mnemosyne 58, 1930, 1–12
Dautremer, L., Ammien Marcellin. Étude d'histoire littéraire, Lille 1889
–, Une anecdote tirée d'Ammien Marcellin, Mélanges Boissier 1903, 159sqq.
Davies, H. H., Some Ancient Brooms and their Symbolism, Class. Bull., St. Louis 34, 1957, 1–3
Dederichs, H., Quaestiones Ammianeae grammaticae et criticae, Diss. Münster 1878
Demandt, A., Zeitkritik und Geschichtsbild im Werk Ammians, Bonn 1965
–, Die tripolitanischen Wirren unter Valentinian I., Byzantion 38, 1968, 333–363
–, Der Tod des älteren Theodosius, Historia 18, 1969, 598–626
–, Die Feldzüge des älteren Theodosius, Hermes 100, 1972, 81–113
–, Gnomon 47, 1975, 272–278 (rec. ed. Seyfarth)
Dillemann, L., Ammien Marcellin et les pays de l'Euphrate et du Tigre, Syria 38, 1961, 87–158
Ditki, A. A., De Ammiano Marcellino commentatio, Progr. von Rössel, Königsberg 1841
Dobiáš, J., Une mention de l'antiquité de Devin? (Ammien Marcellin 30, 5, 2), Listy Filologické 1938, 289–300
Downey, G., Julian the Apostate at Antioch, Church History 8, 1939, 303–315
–, The Economic Crisis at Antioch under Julian the Apostate, Stud. in Rom. Econ. and Soc. History in Honor of Allan Chester Johnson, Princeton 1951, 312–321
–, A History of Antioch in Syria from Seleucus to the Arab Conquest, Princeton 1961
Drechsler, F. J., Kritische Adversarien, Zeitschr. f. öst. Gymn. 39, 1888, 294
Drexler, H., Ammianstudien, Hildesheim/New York 1974 (Spudasmata 31)
Dubois, Ch., Observations sur l'état et le nombre des populations germaniques dans la seconde moitié du 4e siècle d'après Ammien Marcellin, Mélanges Cagnat, Paris 1912, 247–267

Duerr, N., Une médaille d'or du IVe siècle, Helvetica archaeologica 2, 1971, 90–94
Dufraigne, P., Ammien Marcellin satirique et moraliste, Mémoire de diplôme ét. sup. Fac. des Lettres de Paris (cf. REL 1948, 322)
Dummer, J., Fl. Artemius Dux Aegypti, Archiv f. Papyrusforschung 21, 1971, 121–144
Duval, Y., La venue à Rome de l'empereur Constance II en 357 d'après Ammien Marcellin, Caesarodunum 5, 1970, 299sqq.

Egger, R., Der erste Theodosius, Byzantion 5, 1930, 9sqq.
Ehrhardt, A., The First Two Years of the Emperor Theodosius I., Journ. of Eccl. History 15, 1964, 1–17
Ehrismann, H., De temporum et modorum usu Ammianeo, Diss. Argentorati 1886
d'Elia, S., Ammiano Marcellino e il cristianesimo, Annali della Fac. di Lettere e Filosofia dell'Univ. di Napoli 12, 1962, 372–390
Ellis, R., Ammianus Marcellinus 29, 1, 31, Journ. of Philol. 15, 1885, 89
Elmer, G., Der römische Geldverkehr in Lauriacum und Ovilava, Numism. Ztschr. 67, 1934, 31
Emmett, A. M., Three Recent Interpretations of Ammianus Marcellinus, Prudentia 2, 1970, 19–27
Enßlin, W., Kaiser Julians Gesetzgebungswerk und Reichsverwaltung, Klio 18, 1922–1923, 104–199
–, Zur Geschichtsschreibung und Weltanschauung des Ammianus Marcellinus, Klio Beih. 16, 1923
–, Zum Heermeisteramt des spätrömischen Reiches
I. Die Titulatur der magistri militum bis auf Theodosius I., Klio 23, 1930, 306–325
II. Die magistri militum des 4. Jahrhunderts, Klio 24, 1931, 102–147
–, Carpentum oder carruca; Bemerkungen zum Fahrrecht und Amtswagen im spätrömischen Reich und zum Versuch einer Datierung der Historia Augusta, Klio 32, 1939, 89–105
–, Germanen in römischen Diensten, Gymnasium 52, 1941, 5–25
–, Zur Torqueskrönung und Schilderhebung bei der Kaiserwahl, Klio 35, 1942, 268–298
Erman, A., Die Obeliskenübersetzung des Hermapion, Sitzungsber. d. Königl. Preuß. Ak. d. Wiss. Berlin, Phil.-Hist. Kl. 9, 1914, 245–273
Eussner, A., Specimen criticum, Diss. Würzburg 1868
Eyssenhardt, F., Zu Ammianus Marcellinus, RhM 29, 1874, 640
–, Zu Ammianus Marcellinus, Jbb. f. class. Philol. 111, 1875, 509–572

Feger, O., Große geschichtliche Gestalten des Bodenseeraumes: Ammianus Marcellinus, Montfort 12, 1960, 135sqq.
Fehrle, E., Romania bei Ammianus Marcellinus, Philol. Wochenschr. 1925, 381–382
Fellmann, R., Neue Forschungen zur Schweiz in spätrömischer Zeit, Historia 4, 1955, 209–219
Fesser, H., Sprachliche Beobachtungen zu Ammianus Marcellinus, Diss. Breslau 1932
Field, L. F., The Epilogues of Ammianus Marcellinus, Diss. Baltimore 1968
Finke, H., Ammianus Marcellinus und seine Quellen zur Geschichte der römischen Republik, Diss. Heidelberg 1904

Flach, D., Von Tacitus zu Ammian, Historia 21, 1972, 333–350
–, Dios Platz in der kaiserzeitlichen Geschichtsschreibung, Antike und Abendland 18, 1973, 130–143
Fletcher, G. B. A., Notes on Ammianus Marcellinus, Class. Quart. 24, 1930, 193–197
–, Ammianus Marcellinus und Solinus, Philol. 91, 1936, 478
–, Ammianea, Am. Journ. of Philol. 58, 1937, 392–402
–, Stylistic Borrowings and Parallels in Ammianus Marcellinus, Rev. de philol. 11, 1937, 377–395
–, Matters of Sound in Greek and Latin Authors, Class. Rev. 52, 1938, 164–165
–, On Ammianus Marcellinus 21, 2, 4 and 26, 5, 2, Am. Journ. of Philol. 60, 1939, 242
–, On Varro, Tibullus, Tacitus and Ammianus Marcellinus, Studia Latina P. J. Enk septuagenario oblata, Leiden 1955, 75–86
Florio, D., Ammiano Marcellino. Un profilo, Cosenza 1967
Förster, R., Kaiser Julian in der Dichtung alter und neuer Zeit, Berlin 1905
Fontaine, J., Ammien Marcellin. Historien romantique, Bull. de l'Assoc. G. Budé 28, 1969, 417–435
Fortina, M., L'imperatore Graziano, Torino 1953
Frank, E., Symbolic Imagery in Ammianus Marcellinus, Class. Bull. 42, 1966, 46–47
Frank, R. I., Scholae Palatinae. The Palace Guards of the Later Roman Empire, Diss. Berkeley 1965
–, Commendabiles in Ammianus, Am. Journ. of Philol. 88, 1967, 309–318
–, Ammianus on Roman Taxation, Am. Journ. of Philol. 93, 1972, 69–89
Frassinetti, P., In margine ad Ammiano Marcellino, Athenaeum 44, 1966, 298–306
Frézouls, E., La mission du «magister equitum» Ursicin en Gaule (355–357) d'après Ammien Marcellin, Hommages à A. Grenier, Bruxelles 1962, 673–688
Friedrich, W.-H., Eine stilistische Tugend Senecas, in: Argumentationen. Festschr. f. J. König, hrsg. v. H. Delius u. G. Patzig, Göttingen 1964, impr. 94–96
Fuchs, M., De invloed van de rhetorijk op Ammianus Marcellinus, Thèse licence Louvain, Rev. Belge de Philol. et d'Hist. 1938
Funke, H., Majestäts- und Magieprozesse bei Ammianus Marcellinus, Jb. f. Antike u. Christentum 10, 1967, 145–175

Gärtner, H., Einige Überlegungen zur kaiserzeitlichen Panegyrik und zu Ammians Charakteristik des Kaisers Julian, Ak. d. Wiss. u. d. Lit. Mainz, Abh. d. geistes- u. sozialwiss. Kl. 1968, Nr. 10, 499–529
–, Zu Ammianus Marcellinus, Hermes 97, 1969, 362–371
Galdi, M., Sull'uso del perfetto in -ere in Ammiano Marcellino, Riv. ind.-grec.-ital. di Fil. 2, 1918, 1–3
Gardthausen, V., Coniectanea Ammianea codice adhibito Vaticano, Kiel 1869
–, Die Handschriften des Ammianus Marcellinus, Jbb. f. class. Philol. 103, 1871, 829–854
–, Wie und wann kam der Fuldensis in den Vatican?, Hermes 5, 1872, 243–248
–, Interpolationen bei Ammian, Hermes 7, 1873, 453–464
–, Die geographischen Quellen Ammians, Jbb. f. class. Philol., Suppl. 6, 1873, 509–556
–, Zu Ammianus Marcellinus, Jbb. f. class. Philol. 111, 1875, 653–656
–, Die Ammianhandschrift des Accursius, Hermes 7, 1879, 168–170

Geffcken, J., Kaiser Julianus, Leipzig 1914
Gerber, A., Reminiscenzen bei Ammian aus Tacitus (mitget. v. Wölfflin), Philol. 29, 1870, 558–560
Gerland, E., Valentinians Feldzug des Jahres 368 und die Schlacht bei Solicinium, Saalburgjahrb. 7, 1930, 112sqq.
Gilliam, J. F., Ammianus and the Historia Augusta: The Lost Books and the Period 117–285, Historia-Augusta-Colloquium, Bonn 1970, 125–147
Gimazane, J., Ammien Marcellin. Sa vie et son œuvre, Toulouse 1889
Goessler, P., Vadomar, ein alamannischer Gaufürst des Breisgau, Volk u. Vorzeit 1940, 7sqq.
Goffart, W., Did Julian Combat Venal Suffragium? A Note on CTh 2, 29, 1, Class. Philol. 65, 1970, 145–151
Gougenheim, G., Une «scie» à Rome au IVe siècle, Rev. Ét. Lat. 24, 1946, 75–76
Grilli, A., Nota ad Ammiano 15, 10, 5, Parola del Passato 24, 1969, 49
Groningen, B. A. van, Keizer Julianus, Forum der Letteren 10, 1969, 140–153
Groot, A. W. de, rec. M. G. Nicolau, L'origine du «cursus» rythmique et des débuts de l'accent d'intensité en latin, Paris 1930, Gnomon 11, 1935, 208
Gualandri, I., Fonti geografiche di Ammiano Marcellino 22,8, Parola del Passato 23, 1968, 199–211
Günther, O., Quaestiones Ammianeae criticae, Diss. Göttingen 1888
–, Zur Textkritik des Ammianus Marcellinus, Philol. 50, 1891, 65–73
Gundel, H. G., Untersuchungen zur Taktik und Strategie der Germanen nach den antiken Quellen, Diss. Marburg 1937
Gutschmid, A. von, Ammianus Marcellinus, Kleine Schriften V, Leipzig 1894, 567–584

Häußler, R., Vom Ursprung und Wandel des Lebensaltervergleichs, Hermes 92, 1964, 313–341
Hagendahl, H., Studia Ammianea, Diss. Uppsala 1921
–, Zu Ammianus Marcellinus, Strena philol. Uppsal. 1922, 74–90
–, Die Perfektformen auf -ere und -erunt. Ein Beitrag zur Technik der spätlateinischen Kunstprosa, Uppsala 1923, impr. 29–46
–, De abundantia sermonis Ammianei, Eranos 22, 1924, 161–216
Hahn, I., K voprosu o social'nych osnovach uzurpacii Prokopija, Acta Antiqua Acad. Scient. Hungar. 6, 1958, 199–211
–, Der ideologische Kampf um den Tod Julians, Klio 38, 1960, 225–232
Harmon, A. M., The Clausula in Ammianus Marcellinus, New Haven 1910
Hartke, W., De saeculi quarti exeuntis historiarum scriptoribus quaestiones, Diss. Berlin 1932
–, rec. P. de Jonge, Sprachlicher und historischer Kommentar zu Ammianus Marcellinus 14,1–7, Groningen 1935; G. B. Pighi, Studia Ammianea, Milano 1934; I Discorsi nelle storie d'Ammiano Marcellino, Milano 1936; Nuovi Studi Ammianei, Milano 1936, Gnomon 15, 1939, 261–273
–, Geschichte und Politik im spätantiken Rom, Klio Beih. 45, 1940
–, Römische Kinderkaiser. Eine Strukturanalyse römischen Denkens und Daseins, Berlin 1951 (²1972)
–, Eidesleistungen der römischen Kaiser Trajan und Julian auf die Erfüllung großer Planziele. Zu einer Episode bei Ammianus Marcellinus, Philol. 119, 1975, 179–214
Hassenstein, G., De syntaxi Ammiani Marcellini, Diss. Königsberg 1877

Haupt, M., Ammianus Marcellinus, RhM 1, 1842, 475
–, Emendantur Ammiani Marcellini historiae, Opuscula II, Leipzig 1876, 371–394; 490–507
–, Varia, Opuscula III, 2, Leipzig 1876, 644–645
Hecker, H., Zur Geschichte des Kaisers Julianus. Eine Quellenstudie, Progr. Kreuznach 1886
Heering, W., Kaiser Valentinian I., Diss. Jena 1927
Heilmann, J., in censura editionis Clarkianae a Th. Stanglio scripta, Wochenschr. f. class. Philol. 27, 1910, 1062–1063
Heraeus, W., Die römische Soldatensprache, ALL 12, 1902, 255–280
Hermann, J., Observationes criticae Ammianeae, Diss. Bonn 1865
Hertz, M., De Ammiani Marcellini studiis Sallustianis, Diss. Breslau 1874
–, Zu Ammianus Marcellinus, RhM 29, 1874, 367–368; 511
–, Aulus Gellius und Ammianus Marcellinus, Hermes 8, 1874, 257–302
–, Miszellen, Jbb. f. class. Philol. 123, 1881, 764–765
Heyen, J., A propos de la conception historique d'Ammien Marcellin, Latomus 27, 1968, 191–196
Heyne, Ch. G., Censura ingenii et historiarum Ammiani Marcellini, Opuscula VI, 1812, 35–51
Hildebrand, Ph., Zu Ammianus Marcellinus, Philol. Wochenschr. 1926, 620–621
Höpfner, A., La mort du «Magister militum» Théodose, Rev. Ét. Lat. 14, 1936, 119sqq.
Hoffmann, D., Das spätrömische Bewegungsheer und die Notitia Dignitatum, Düsseldorf I 1969, II 1970
Hohl, E., Exkurs: Die Epitome und Ammianus Marcellinus, in: Vopiscus und die Biographie des Kaisers Tacitus, Klio 11, 1911, impr. 227–229
Horkel, J., Animadversiones criticae ad Ammianum Marcellinum, Reden u. Abhandlg., Berlin 1862, 229–256
Huber, K., La battaglia dei Campi Canini. Storiografia, topologia e mitologia, Vox Romanica 27, 1968, 202–211
Hudemann, E. E., Quaestiones Ammianeae, Gymn.-Progr. Landsberg a. d. W. 1864
Humbach, H., Variagnes and Barzimeres, Germania 46, 1968, 320–321

Jacob-Karau, L., Das Bild der Frau in den Res Gestae des Ammianus Marcellinus, Diss. Berlin 1971
–, Aufstände und Volksbewegungen in der Darstellung Ammians, in: Veröff. d. ZI f. Alte Gesch. u. Archäol. d. AdW d. DDR 7, 1975, 147–157
Jacob-Karau, L. – I. Ulmann, Warum Ammian-Forschung heute?, Klio 58, 1976, 87–99
Jannaccone, S., Ammiano Marcellino. Profilo storico-critico, Napoli 1960
Jeep, L., Die verlorenen Bücher des Ammianus, RhM 43, 1888, 60–72
Johnston, C., Ammianus Marcellinus: Fourth-Century History, History Today 25, 1975, 313–322
Jonge, P. de, A Curious Place in Ammianus Marcellinus, Dealing with Scarcity of Corn and Cornprices, Mnemosyne 4, 1948, 73–80
–, Scarcity of Corn and Cornprices in Ammianus Marcellinus, Mnemosyne 4, 1948, 238–245
–, Ammianus Marcellinus. Enige beschouwingen over zijn persoon en zijn werk in verband met zijn tijd, Tijdschr. voor Geschiedenis 65, 1952, 99–112

Jonge, P. de, Ammianus and Vegetius, Studia Latina P. J. Enk septuagenario oblata, Leiden 1955, 99–106
Judeich, Die Schlacht bei Adrianopel, Dt. Zeitschr. f. Gesch.wiss. 6, 1891, 7sqq.

Kallenberg, H., Quaestiones grammaticae Ammianeae, Diss. Halle 1868
Karau, L. – I. Ulmann, Sprachliche Beobachtungen zu einigen Ammian-Stellen, Klio 48, 1967, 227–235
Každan, A. P., Ammian Marcellin v sovremennoj zarubežnoj literature, Vestnik drevnej istorii 1972, 1, 223–232
Kellerbauer, A., Kritische Kleinigkeiten, Bl. f. d. bayer. Gymn.-Schulw. 7, 1871, 11–24; 9, 1873, 81–91; 127–141
Kempf, I. G., Romanorum sermonis castrensis reliquiae collectae et illustratae, Jbb. f. class. Philol. Suppl. 26, 1901, 340–400
Kennedy, M. J., The Literary Work of Ammianus, Diss. Chicago 1912
Kerler, G., Die Außenpolitik in der Historia Augusta, Bonn 1970
Khazanov, A. M., Iz istorii sarmatskogo nastupatel'nogo oružija, in: Istorija, archeologija i ėtnografija Srednej Azii, (Moskva) 1968, 122–127
–, Katafraktarii i ich rol' v istorii voennogo iskusstva, Vestnik drevnej istorii 1968, 1, 180–191
Kiessling, A., rec. ed. Eyssenhardt, Fleckeisens Jbb. 103, 1871, 481–504
–, Coniectanea Ammianea, Ind. schol. Gryphisw. 6, 1874, 1–8
Kiessling, G., Zu Ammianus Marcellinus, RhM 29, 1874, 368
Klebs, E., Über das Verhältnis zwischen Velleius und Ammian, Philol. 49, 1890, 309–312
Klein, K. K., Zur Vorgeschichte der Schlacht von Adrianopel. Der Aufruhr des Sueridus und Colias, Anz. f. d. Altertumswiss. 4, 1951, 189–192
–, Der Friedensschluß von Noviodunum, Anz. f. d. Altertumswiss. 5, 1952, 189–192
Klein, W., Studien zu Ammianus Marcellinus, Klio Beih. 13, 1914
Klotz, A., Cäsarstudien nebst einer Analyse der strabonischen Beschreibung von Gallien und Britannien, Leipzig/Berlin 1910, impr. 75–86
–, Die Quellen Ammians in der Darstellung von Julians Perserzug, RhM 71, 1916, 461–506
–, L. Siccius Dentatus, Klio 33, 1940, 173–179
Klotz, R., Zu Ammianus Marcellinus, Jahns Archiv 10, 1844, 320
–, De emendationibus quae per coniecturam fiunt comm. I, Progr. acad. Lipsiae 1856
Koch, W., Kaiser Julian der Abtrünnige. Seine Jugend und Kriegstaten bis zum Tode des Kaisers Constantius, Jbb. f. class. Philol., Suppl. 25, 1899, 329sqq.
Koehler, G., Untersuchungen zur Geschichte des Kaisers Valens, Diss. Jena 1924
Kohns, H.-P., Versorgungskrisen und Hungerrevolten im spätantiken Rom, Bonn 1961
Korsunskij, A. R., Vestgoty i rimskaja imperija v konce IV. – načale V. veka, Vestnik Moskovskogo Universiteta, Serija IX: Istorija 3, 1965, 87–95
–, O social'nom stroe Vestgotov v IV. v., Vestnik drevnej istorii 1965, 3, 54–74
Kotula, T., Firmus, fils de Nubel, était-il usurpateur ou roi des Maures?, Acta Antiqua Acad. Scient. Hungar. 18, 1970, 137–146
Kurbatov, G. L., Položenie narodnych mass v Antiochii v IV. v., Vizant. Vremennik 8, 1956, 42–60
–, Vosstanie Prokopija (365–366 gg.), Vizant. Vremennik 14, 1958, 3–26

Lacombrade, L'empereur Julien et la tradition romaine, Pallas 9, 1960, 155–164
–, Notes sur les Césars de l'empereur Julien, Pallas 11, 1962, 59–60
Laistner, M. L. W., The Greater Roman Historians, Berkeley/Los Angeles 1966, impr. 141–161
Lammert, F., Die antike Poliorketik und ihr Weiterwirken, Klio 31, 1938, 389–411
Landgraf, G., Analekta, Jbb. f. class. Philol. 125, 1882, 421–422
Langen, P., Emendationes Ammianeae, Schulprogr. Düren 1867, 3–23
–, Beiträge zur Kritik und Erklärung des Ammianus Marcellinus, Philol. 29, 1870, 469–487
–, Zu Ammianus Marcellinus, Philol. 29, 1870, 335–336
Langajolli, D. – P. Parisio, Nuovi studi intorno a Giuliano imperatore, Torino 1889
Laqueur, R., Das Kaisertum und die Gesellschaft des Reichs, in: Probleme der Spätantike. Vorträge a. d. 17. Dt. Historikertag, Stuttgart 1930
Latte, K., Kaiser Julian, Die Antike 4, 1928, 325–341
Leclercq, H., Marcellin (Ammien), Dictionnaire d'archéol. chrét. et de liturgie 10, Paris 1932, 1773sqq.
Lee, G. M., Latinism and Graecism, Latomus 24, 1965, 954
Leipoldt, J., Der römische Kaiser Julian in der Religionsgeschichte, Sitz.-Ber. d. Sächs. Ak. d. Wiss. zu Leipzig, Phil.-Hist. Kl. 110, 1, Berlin 1964
Leo, F., rec. ed. Clark, vol. I, Gött. Gel. Anz. 173, 1911, 132–134
Lerat, L., Ammien Marcellin, Julien et Vesantio, Mélanges A. Piganiol, Paris 1966, 1037sqq.
Liesenberg, F., Die Sprache des Ammianus Marcellinus, Progr. Blankenburg (Harz) 1888–1890
Löffler, E., Der comes Theodosius, Diss. Halle 1885
Löfstedt, B., Bemerkungen zum Adverb im Lateinischen, Indogerm. Forsch. 72, 1967, 79–109
Löfstedt, E., Beiträge zur Kenntnis der späteren Latinität, Diss. Uppsala 1907
–, Philologischer Kommentar zur Peregrinatio Aetheriae. Untersuchungen zur Geschichte der lateinischen Sprache, Uppsala 1911
–, Syntactica. Studien und Beiträge zur historischen Syntax des Lateins, Lund I 1928, II 1933
–, Vermischte Studien zur lateinischen Sprachkunde und Syntax, Lund 1936
–, Late Latin, Oslo 1959
–, Coniectanea. Untersuchungen auf dem Gebiete der antiken und mittelalterlichen Latinität, Amsterdam 1968
Loewe, G., Zu Ammianus, Acta soc. phil. Lips. 5, 1875, 334–335
Louis, R., Emplacement de Cora (Amm. Marc. 16, 2, 3–6), Bull. de la Soc. Archéol. de Bordeaux 1937, 179–188
Van Looy, H., Ad Ammianum Marcellinum XXX 9,3. Notule de critique textuelle, L'Antiquité Classique 35, 1966, 210–212
Lugli, G., „Roma aeterna" e il suo culto sulla Velia, Accad. naz. dei Lincei 11, 1949, 14sqq.
Lumbroso, G., Aneddoti di Archeologia Alessandrina. VIII. Descrizione dell' Egitto nei libri smarriti di Ammiano Marcellino, Riv. di filol. 3, 1875, 192–195

Maas, P., Studien zum poetischen Plural bei den Römern, ALL 12, 1902, 479–550, impr. 532

Mackail, I. W., Ammianus Marcellinus, Journ. of Rom. Stud. 10, 1920, 103–119
–, Classical Studies (The Last Great Roman Historian), London 1925
Mac Mullen, R., Some Pictures in Ammianus Marcellinus, Art Bull. 46, 1964, 435–455
Madvig, J. N., Adversaria critica ad scriptores Graecos et Latinos, III, Havniae 1884, 251–273
Maenchen-Helfen, O. J., The Date of Ammianus Marcellinus' Last Books, Am. Journ. of Philol. 76, 1955, 384–399
Malotet, A., De Ammiani Marcellini digressionibus quae ad externas gentes pertineant, Paris 1898
Manitius, M., RhM 80, 1931, 406
Mannert, K., Geographie der Griechen und Römer, Bd. 1–10, Nürnberg/Leipzig 1799–1825
Marié-Brillard, M. A., Les foules chez Ammien Marcellin, Sévriennes 67, 1972, 4–12
Marrou, H. I., Ammien Marcellin et les Innocents de Milan, Recherches de Science Religieuse 40, 1952, 179–190
Martínez, J. A., Opresión económica, protesta, descontento y crisis en Ammiano Marcelino (353–378), Estud. de hist. económ. 1, 1900, 145–169
Martroye, M. F., Un passage d'Ammien Marcellin (27, 7, 5), Bull. Soc. des Antiq. 1922, 165–172
Matthews, J. F., Symmachus and the Magister Militum Theodosius, Historia 20, 1971, 122–128
Mazzarino, S., La propaganda senatoriale nel tardo impero, Doxa 4, 1951, 121–148
–, Sulla carriera prefettizia di Sex. Petronius Probus, Helikon 7, 1967, 414–418
–, Intorno alla carriera di un nuovo corrector di Lucania et Brittii e all'adventus di Constanzo II a Roma, Helikon 9–10, 1969–1970, 604–621
–, La tradizione sulle guerre tra Shābuhr I e l'impero Romano: „Prospettiva" e „Deformazione Storica", Acta Antiqua 19, 1971, 59–82
Meslin, M., Le merveilleux comme langage politique chez Ammien Marcellin (argumentum), Rev. Ét. Lat. 50, 1972, 4–5
Meurig-Davies, E. L. B., Emendations of Ammianus Marcellinus, I–II, Oxford 1946
–, Ammianus Marcellinus 15, 8, 15, Eranos 46, 1948, 75–76
–, Adversaria, Eranos 46, 1948, 158–159
–, Notes on Ammianus Marcellinus, Latomus 7, 1948, 213–221
–, Notes on Ammianus Marcellinus, Class. Quart. 42, 1948, 7–9; 113
–, Notes sur l'établissement du texte d'Ammien Marcellin, Rev. Ét. Lat. 26, 1948, 102–104
–, Notes on Ammianus Marcellinus, Classica et Mediaevalia 10, 1948 (1949), 182–194
–, Ammianea, Eranos 47, 1949, 87–88
–, Ammianea Nonniana, Eranos 47, 1949, 170
–, Ammianea alia, Eranos 48, 1950, 128–130
–, Notes sur le texte d'Ammien Marcellin, Rev. Ét. Lat. 28, 1950, 88–93
–, Elephant Tactics. Amm. Marc. 25,1,14; Sil. 9,581–583; Lucr. 2, 537–539, Class. Quart. 45, 1951, 153–155
Michael, H., De Ammiani Marcellini studiis Ciceronianis, Diss. Breslau 1874
–, Die verlorenen Bücher des Ammianus Marcellinus, Breslau 1880

Michael, H., Beiträge zur Charakteristik des Ammianus Marcellinus, Phil. Abh. M. Hertz z. 70. Geb. dargebr., Berlin 1888, 229–239
–, Das Leben des Ammianus Marcellinus, Gymn.-Progr. Jauer 1895
Mignard, G. M. R., Rome et l'aristocratie romaine d'après Marcellin, Dipl. ét. sup. Fac. Lettres Paris 1948
Miller, J., Bericht über die Literatur zu Ammianus Marcellinus aus den Jahren 1925–1932, JAW 247, 1935, 52–57
–, Bericht über die Literatur zu Ammianus Marcellinus aus den Jahren 1933 bis 1937, JAW 278, 1942, 2–23
Moeller, E. A. G., De Ammiano Marcellino, Diss. Regimont. 1863
–, Zur Charakteristik des Constantius. Eine Untersuchung auf der Grundlage des Ammianus Marcellinus und in Vergleichung mit anderen zeitgenössischen Autoren, Progr. d. Handelsacad. Danzig 1871
Momigliano, A., Pagan and Christian Historiography in the Fourth Century A. D., in: The Conflict between Paganism and Christianity in the Fourth Century, ed. by A. Momigliano et al., Oxford 1963, 79–99
–, Ammiano Marcellino e la Historia Augusta. Atti dell'Accad. delle Scienze di Torino, Classe di Scienze morali, storiche e filol. 103, 1968–1969, 423–436
–, L'età del trapasso fra storiografia antica e storiografia medievale (320–550 d. C.), Rev. storica italica 81, 1969, 286–303
–, The Lonely Historian Ammianus Marcellinus, Annali Sc. norm. sup. di Pisa, Cl. di lett. e filos., s. III, 4, 1974, 1393–1407
Mommsen, Th., Über den kritischen Apparat zum Ammian, Hermes 6, 1872, 231–242 (= Ges. Schr. 7, Berlin 1909, 363–374)
–, Weiteres über den Apparat zum Ammian, Hermes 7, 1873, 91–101 (= Ges. Schr. 7, 375–383)
–, Über die Ammianhandschrift des Accursius, Hermes 7, 1873, 171–175 (= Ges. Schr. 7, 384–388)
–, Zur Kritik Ammians, Hermes 15, 1880, 244–246 (= Ges. Schr. 7, 389–391)
–, Ammians Geographica, Hermes 16, 1881, 602–636 (= Ges. Schr. 7, 393–425)
–, Zu Ammian, Hermes 17, 1882, 165 (= Ges. Schr. 7, 392)
–, Zu Ammian und Ennodius, Hermes 24, 1889, 153–154 (= Ges. Schr. 7, 430–431)
–, Das römische Heerwesen seit Diokletian, Hermes 24, 1889, 195–279 (= Ges. Schr. 6, Berlin 1910, 206–283)
–, Bemerkungen zu einzelnen Stellen Ammians, Ges. Schr. 7, 426–429
Mooney, R. N., Character Portrayal and Distortion in Ammianus Marcellinus, Diss. Univ. of Michigan 1955
–, Nature Lore in Ammianus Marcellinus, Class. Bull. 33, 1957, 61–63; 67–68
Moreau, J., Sur un passage d'Ammien Marcellin, XXX 5, 11–12, Annuaire de l'Inst. de Phil. et d'Hist. Orient. de l'Univ. Libre de Bruxelles 13, 1953 (Mél. J. Levy), 423–431
–, Euhages et vates gaulois, Bull. de la soc. nat. des antiq. de France 1958 (1960), 180–190
–, Constantius I. Constantinus II. Constantius II. Constans, Jb. f. Antike u. Christentum 2, 1959, 158–184
Müller, A., Militaria aus Ammianus Marcellinus, Philol. 64, 1905, 573–632
Müller, C. A., De Ammiano Marcellino, Progr. d. Friedr.-Wilh.-Gymn. Posen 1852
Müller, C. F. W., Kritische Bemerkungen zu lateinischen Prosaikern, Gymn.-Progr. Landsberg a. d. W. 1865

Müller, C.F.W., Zu Ammianus Marcellinus, Fleckeisens Jbb. 19 (107), 1873, 341–365
Müller, E., Kaiser Julian, Hannover 1901
Müller-Seidel, I., Die Usurpation Julians des Abtrünnigen im Lichte seiner Germanenpolitik, Hist. Ztschr. 180, 1955, 225–244

Naudé, Ch. P. Th., Ammianus Marcellinus in die lig van die antieke geskiedskrijwing, Diss. Leiden 1956
–, Battles and Sieges in Ammianus Marcellinus, Acta Classica 1, 1958, 92–105
–, Fortuna in Ammianus Marcellinus, Acta Classica 7, 1964, 70–88
Naumann, F., De verborum cum praepositionibus compositorum usu Ammiani Marcellini, Schulprogr. Stendal 1891
Negri, G., L'imperatore Giuliano l'Apostata. Studio storico, Milano 1901 (lucis ope impr. 1954)
Neronova, V. D., Otraženie krizisa Rimskoj imperii v „Istorii" Ammiana Marcellina, Učenye zapiski Permskogo universiteta 20, 4, 1961, 17–100
–, Ammian Marcellin o varvarach, Učenye zapiski Permskogo universiteta 1966, 65sqq.
Neuscheler, E., Ammianus Marcellinus als Quelle für die Alamannengeschichte, Beitr. z. Gesch., Lit. u. Sprachkunde vornehml. Württembergs, Festg. f. K. Bohnenberger, Tübingen 1938, 40–52
Nischer, E. von, Julians Feldzug am Rhein 356–361, Mannh. Geschichtsbl. 15, 11, 1914
–, Die Schlacht bei Straßburg 357, Klio 21, 1927, 391sqq.
–, Das römische Heer und seine Generale nach Ammianus Marcellinus, Hermes 63, 1928, 430–456
–, Die Quellen für das spätrömische Heerwesen, Am. Journ. of Philol. 53, 1932, 21–40; 97–121
Nissen, H., Ammiani Marcellini fragmenta Marburgensia, Berlin 1876
Norden, E., Römer und Burgunden. Ein Beitrag zur römisch-germanischen Forschung, Auszug aus einem Vortrag, Sitz. Ber. Ak. Bln. 1921, 598
–, Die germanische Urgeschichte in Tacitus' Germania, Leipzig/Berlin 1923
–, Alt-Germanien, Leipzig 1934
Norman, A. F., Magnus in Ammianus, Eunapius and Zosimus. New Evidence, Class. Quart. 51, 1957, 129–133
–, Two Points on Ammianus Marcellinus (argumentum), Proceed. of the Class. Assoc. 56, 1959, 29–30
Novák, R., Ephemerides, Listy filologické 12, 1885; 13, 1886; 14, 1887; České museum filologické 4, 1898
–, Curae Ammianeae, Pragae 1896
–, Kritische Nachlese zu Ammianus Marcellinus, Wiener Studien 33, 1911, 293–322
Nutton, V., Ammianus and Alexandria, Clio Medica 7, 1972, 165–176

Oelenheinz, L., Einige neue Erläuterungen zu römischen Schriftstellern (Amm. Marc. 29,1,31), Wochenschr. f. Klass. Philol. 32, 1915, 932–934
Ohlenschlager, F., Der Name „Pfahl" als Bezeichnung der römischen Grenzlinie, Neue Heidelberger Jbb. 5, 1895, 63
Opitz, Th., rec. H. Ehrismann, De temporum et modorum usu Ammianeo, Argentorati 1886, ALL 3, 1886, 579–581
–, rec. G. Reinhardt, De praepositionum usu apud Ammianum, Cöthen 1886, ALL 3, 1886, 581
Owens, E. E. L., Ammianea, Class. Rev. N. S. 6, 1956, 99–102

Pack, R., Studies in Libanius and Antiochene Society in the Fourth Century, Ann Arbor 1935
–, Note on a Progymnasma of Libanius, Am. Journ. of Philol. 69, 1948, 299–304
–, Ammianus Marcellinus and the Curia of Antioch, Class. Philol. 48, 1953, 80–85
–, Julian, Libanius and Others. A Reply, Class. Philol. 48, 1953, 173–174
–, The Roman Digressions of Ammianus Marcellinus, Transact. and Proceed. of the Am. Philol. Assoc. 84, 1953, 181–189
–, St. Peter in Ammianus?, Harvard Theol. Rev. 47, 1954, 319–321
Paschoud, F., D'Ammien, de Claudien, et d'une signification actuelle possible des études latines, Ét. de Lettres 3, 1970, 130–148
Pasoli, E., Note Ammianee. A proposito d'una recente edizione di Ammiano, Helikon 7, 1967, 456–465
Peters, I., Die Germanenpolitik der Kaiser Konstantius und Julian im Rahmen der römischen Reichspolitik des IV. Jahrhunderts, Diss. Heidelberg 1945
Petschenig, M., Zu Ammianus Marcellinus, ALL 6, 1889, 268–269
–, Zu Ammian, Philol. 48, 1889, 722; 50, 1891, 64; 336–353; 498; 544; 565; 730; 742; 51, 1892, 64; 265; 283; 360; 519–529; 622; 669; 680–691; 734
–, rec. O. Günther, Quaestiones Ammianeae criticae, Diss. Göttingen 1888, Neue philol. Rundsch. 1889, 70–72
–, Bericht über die Literatur zu Ammianus Marcellinus, Bursians Jber. 72, 1892, 1–19
–, Allitteration bei Ammian, Philol. 56, 1897, 556–560
Pighi, G. B., De studiis Jacobi Lumbroso Ammianeis, Aegyptus 13, 1933, 275–293
–, Studia Ammianea. Annotationes criticae et grammaticae in Ammianum Marcellinum, Milano 1935
–, I discorsi nelle storie d'Ammiano Marcellino, Milano 1936
–, Nuovi studi Ammianei, Milano 1936
–, Latinità cristiana negli scrittori pagani del IV secolo. I, Studi dedicati alla memoria di P. Ubaldi, Pubbl. del Sacro Cuore 5, 16, 1937, 41–72
–, Note di critica verbale (Amm. 14–19), Aevum 11, 1937, 368–402
–, Quomodo Ammianus diphthongos enuntiaverit, Mélanges Marouzeau, Paris 1948
–, Ammianus Marcellinus, Reallexikon f. Antike u. Christentum 1, 1950, 386
Poincignon, La rhétorique d'Ammien Marcellin, Mémoire de dipl. d'ét. sup. Fac. des Lettres de Paris (cf. Rev. Ét. Lat. 15, 1937, 345)
Püttmann, J. L. E., De Murcis (ad Amm. Marc. 15, 12), Leipzig 1779 (= Opusc. jur. crim., Leipzig 1789)

Reiche, F., Chronologie der letzten sechs Bücher des Ammianus, Diss. Jena 1889
Reinhardt, G., De praepositionum usu apud Ammianum, Diss. Halle, Cöthen 1888
–, Der Perserkrieg des Kaisers Julian, Schulprogr. des Herzogl. Friedrichs-Realgymnasiums, Dessau 1892
Reiter, A., De Ammiani Marcellini usu orationis obliquae, Gymn.-Progr. Amberg 1887
Remennikov, A. M., Vestgoty i Rimskaja imperija nakanune našestvija Gunnov, Vestnik drevnej istorii 1967, 1, 95–106

Remennikov, A. M., Voennoe iskusstvo plemen podunav'ja v ėpochu vojn s Rimskoj imperiej, Vestnik drevnej istorii 1970, 2, 162–167

Reuscher, R. H., Quaestiones Ammianeae, Progr. d. Realsch. Frankfurt/O. 1859

Ricciotti, G., L'imperatore Giuliano l'Apostata secondo i documenti, Milano 1956

Richter, W., Die Darstellung der Hunnen bei Ammianus Marcellinus (31,2,1–11), Historia 23, 1974, 343–377

Ridley, R. T., Notes on Julian's Persian Expedition (363), Historia 22, 1973, 317–330

Robinson, R. P., The Hersfeldensis and the Fuldensis of Ammianus Marcellinus, Philol. Studies in Honor of W. Miller, ed. by R. P. Robinson, Columbia Univ. of Missouri 11, 1936, 118–140

Roca, J., Dieciséis cartas del emperador Juliano, Boletin del Instit. de Estud. Helen. 5, 1971, 79–83

Rolfe, J. C., On Ammianus Marcellinus 23,3,9, Am. Journ. of Philol. 67, 1936, 137–139

–, Some Notes on Ammianus Marcellinus, Transact. and Proceed. of the Am. Philol. Assoc. 70, 1939, 342–351

Rollet, Les caractères dans les livres 14 à 25 d'Ammien Marcellin, Mémoire de dipl. d'ét. sup. Fac. des Lettres de Paris (cf. Rev. Ét. Lat. 15, 1937, 345)

Rosen, K., Studien zur Darstellungskunst und Glaubwürdigkeit des Ammianus Marcellinus, Diss. Heidelberg 1968

–, Beobachtungen zur Erhebung Julians 360–361 n. Chr., Acta Classica 12, 1969, 121–149

Rossbach, O., Zu Ammian und den codices Petrini, Philol. 51, 1892, 512–518

Rostagni, A., Giuliano l'Apostata, Turino 1920

Rougé, J., Une émeute à Rome au IVe siècle. Ammien Marcellin 27, 3, 3–4. Essai d'interprétation, Rev. Ét. Anciennes 63, 1961, 59–77

–, L'Histoire Auguste et l'Isaurie au IVe siècle, Rev. Ét. Anciennes 68, 1966, 282–315

Rowell, H. T., Ammianus Marcellinus. Soldier-Historian of the Late Roman Empire, Cincinnati 1964

–, The First Mention of Rome in Ammianus' Extant Books and the Nature of the „History", Mélanges d'archéol., d'épigr. et d'hist. offerts à Jérôme Carcopino, Paris 1966, 839–848

Rozental', N. N., Social'no-političeskie vozzrenija jazyčeskoj intelligencii pozdnej Rimskoj imperii, Trudy Odesskogo gos. universiteta im. I. I. Mečnikova, vypusk 49, Sbornik rabot istor. fak. 2, 1947, 89–114

Rudberg, G., Zum antiken Bild der Germanen, Studien zur ältesten Germanenliteratur, Oslo 1933

Rühl, F., Zu Ammianus Marcellinus 22, 8, 45, Fleckeisens Jbb. 103, 1871, 480

–, Über die Ammianhandschrift des Accursius, RhM 28, 1873, 337–339

Runkel, F., Die Schlacht bei Adrianopel, Diss. Rostock 1903

Samberger, Ch., Die „Kaiserbiographie" in den Res Gestae des Ammianus Marcellinus. Eine Untersuchung zur Komposition der ammianeischen Geschichtsschreibung, Klio 51, 1969, 349–482

Scala, R. von, Doxographische und stoische Reste bei Ammianus Marcellinus, Festgaben zu Ehren M. Büdingers, Innsbruck 1898, 117–150

Scarborough, J., Ammianus Marcellinus 22, 16, 18. Alexandria's Medical Reputation in the Fourth Century, Classica et Mediaevalia 4, 1969, 140–142
Scheda, G., Die Todesstunde Kaiser Julians, Historia 15, 1966, 380–383
Schickinger, H., Die Gräcismen bei Ammianus Marcellinus, Progr. Nikolsburg 1897, 13–30
Schneider, E., Quaestiones Ammianeae, Diss. Berlin 1879
Schnetz, J., Die regio Capellatii bei Ammianus Marcellinus 18, 2, 15, Ztschr. f. Ortsnamenforschung 1935, 113–124
Schröder, P., Bentleys Handexemplar des Ammianus Marcellinus, RhM 35, 1880, 336–349
Schüffner, M., Ammianus Marcellinus in rerum gestarum libris quae de sedibus ac moribus complurium gentium scripserit, quibus rebus differant ab aliis scriptoribus, quibus cum iis congruant exponitur, Gymn.-Progr. Meiningen 1877
Schuster, M., Die Hunnenbeschreibungen bei Ammianus, Sidonius und Jordanes, Wiener Studien 58, 1940, 119–130
Schuurmans, C., Valentinien I. et le sénat romain, L'Antiquité Classique 18, 1949, 25–38
Seeck, O., Die Reihe der Stadtpräfekten bei Ammianus Marcellinus, Hermes 18, 1883, 289–303
–, Zur Chronologie und Quellenkritik des Ammianus Marcellinus, Hermes 41, 1906, 481–539
–, Regesten der Kaiser und Päpste für die Jahre 311 bis 476 n. Chr. Vorarbeit zu einer Prosopographie der christlichen Kaiserzeit, Stuttgart 1919
Selem, A., L'assedio di Aquileia del 361 in Ammiano Marcellino, Atti Accad. di Scienze, Lett. e Arti di Udine 1963–1966, Ser. 7 V
–, Ammiano Marcellino ed i problemi sociali del suo tempo, Annali della Scuola norm. sup. di Pisa, Cl. Lettere, Storia e Filosofia 33, 1964, 147–153
–, Considerazioni circa Ammiano ed il Cristianesimo, Riv. di Cult. Class. e Medioevale 6, 1964, 224–261
–, La critica recente su Ammiano Marcellino, Cultura e Scuola 11, 1964, 78–88
–, Il senso del tragico in Ammiano, Annali della Scuola norm. sup. di Pisa 34, 1965, 404–414
–, L'atteggiamento storiografico di Ammiano nei confronti di Giuliano dalla proclamazione di Parigi alla morte di Costanzio, Athenaeum 49, 1971, 89sqq.
–, A proposito del comando militare di Giuliano in Gallia secondo Ammiano, Riv. di Cult. Class. e Medioevale 13, 1971, 193sqq.
Seyfarth, W., Der Codex Fuldensis und der Codex E des Ammianus Marcellinus, Abh. d. Dt. Akad. d. Wiss. zu Berlin, Kl. f. Spr., Lit. u. Kunst 1962, 2, Berlin 1962
–, Ein Handstreich persischer Bogenschützen auf Antiochia. Sprachliche und historische Rechtfertigung einer Stelle bei Ammianus Marcellinus (23, 5, 3), Klio 40, 1962, 60–64
–, Ammianus Marcellinus und das Fatum, Klio 43–45, 1965, 291–306
–, Glaube und Aberglaube bei Ammianus Marcellinus, Klio 46, 1965, 373–383
–, Miles cautus. Eine merkwürdige Parallele zwischen Ammianus Marcellinus und einer afrikanischen Inschrift, Miscellanea critica. Aus Anlaß des 150jährigen Bestehens ... B. G. Teubner, Bd. 2, Leipzig 1965, 334–336
–, Um die Problematik der Spätantike, Forschungen und Fortschritte 40, 1966, 177–180
–, Philologische Probleme um Ammianus Marcellinus, Klio 48, 1967, 213–235

–, Nomadenvölker an den Grenzen des spätrömischen Reiches, in: Das Verhältnis von Bodenbauern und Viehzüchtern in historischer Sicht, Berlin 1968, 207–213
–, Von der Bedeutung der Plebs in der Spätantike, in: Die Rolle der Plebs im spätrömischen Reich, Bd. 2, Berlin 1969, 7–18
–, Vom Geschichtsschreiber und seinem Publikum im spätantiken Rom, Wiss. Ztschr. d. Univ. Rostock. Gesell.- u. sprachwiss. Reihe 18, 1969, Teil II, 449–455
–, Sextus Petronius Probus. Legende und Wirklichkeit, Klio 52, 1970, 411–426
–, Germanen in römischen Diensten im 4. Jahrhundert, in: Römer und Germanen in Mitteleuropa. Hrsg. v. H. Grünert, Berlin 1975, 241–251
Sofer, L., De casuum obliquorum apud Ammianum Marcellinum usu, Diss. Wien 1889
Sokolov, V. S., Ammian Marcellin kak poslednij predstavitel' antičnoj istoriografii, Vestnik drevnej istorii 1959, 4, 43–62
Solari, A., La campagna Lenziese dell'imperatore Graziano, Byzantion 7, 1932, 69–74
–, La rivolta Procopiana a Constantinopoli, Byzantion 7, 1932, 143–148
–, I partiti nella elezione di Valentiniano, Riv. Filol. N. S. 10, 1932, 75sqq.
–, Il non intervento nel conflitto tra la Persia e Valente, Riv. Filol. N. S. 10, 1932, 352sqq. (= Klio 26, 1933, 114sqq.)
–, Il consiglio di guerra ad Adrianopoli nel 378, Riv. Filol. N. S. 10, 1932, 501–505
–, La elezione di Gioviano, Klio 26, 1933, 330sqq.
–, Strategia nella lotta tra Procopio e Valente, Riv. Filol. N. S. 11, 1933, 492–496
–, Le digressioni erudite di Ammiano, Rendiconti della Classe di Scienze Morali, Storiche e Filol. dell'Accad. Naz. dei Lincei 4, 1949, 17–21
–, Particolarismo religioso bizantino di Ammiano, Rendiconti della Classe di Scienze Morali, Storiche e Filol. dell'Accad. Naz. dei Lincei 4, 1949, 502–508
Sontheimer, W., Der Exkurs über Gallien bei Ammianus Marcellinus (15,9–12), Klio 20, 1926, 19–53
Spigno, C. di, Limiti e pregi della storiografia di Ammiano Marcellino, Rendiconti della Classe di Scienze Morali, Storiche e Filol. dell'Accad. dei Lincei 5, 1950, 387–396
–, Appunti per una lettura del libro XIV di Ammiano Marcellino, Orpheus 7, 1960, 133–151
–, Studi su Ammiano Marcellino: il regno di Costanzo II: I. Il cesarato di Giuliano, Helikon 2, 1962, 442–464; II. La politica interna, Helikon 3, 1963, 301–327
–, Aspetti e problemi della storia degli studi Ammianei, Helikon 3, 1963, 524–534
–, Per l'interpretazione di un passo Ammianeo (XIV 1, 2), Rendiconti Istit. Lombardo 104, 1970, 92–98
Stallknecht, B., Untersuchungen zur römischen Außenpolitik in der Spätantike (306–395 n. Chr.), Diss. Bonn 1967
Stangl, Th., Zu Ammianus Marcellinus, Philol. 46, 1888, 97
–, Zu Ammianus Marcellinus, Seneca de providentia und Plinius Panegyricus, Philol. 64, 1905, 310–314
–, rec. ed. Clark, vol. I, Wochenschr. f. Klass. Philol. 27, 1910, 1058–1063
Steele, B., Ammianus Marcellinus, Class. Weekly 16, 1922, 27

Stoian, J., A propos de la conception historique d'Ammien Marcellin (ut miles quondam et Graecus), Latomus 26, 1967, 73–81

Stolte, B. H., A Note on Ammianus Marcellinus 30, 7, 8, in: Archeol. en historie, opgedr. aan H. Brunsting, Bissum 1973, 153–155

Straub, J., Vom Herrscherideal in der Spätantike, Diss. Berlin 1938

–, Die Wirkung der Niederlage bei Adrianopel auf die Diskussion über das Germanenproblem in der spätrömischen Literatur, Philol. 95, 1943, 255–286

–, Christliche Geschichtsapologetik in der Krise des römischen Reiches, Historia 1, 1950, 52sqq.

–, Heidnische Geschichtsapologetik in der christlichen Spätantike (Antiquitas Reihe 4, Bd. 1), Bonn 1963

–, Regeneratio Imperii. Aufsätze über Roms Kaisertum und Reich im Spiegel der heidnischen und christlichen Publizistik, Darmstadt 1972

Stroheker, K. F., Der senatorische Adel im spätantiken Gallien, Tübingen 1948

–, Politische Kräfte in der Auflösung des weströmischen Reiches, Orpheus 1, 1954, 68sqq.

–, Zur Rolle der Heermeister fränkischer Abstammung im späten vierten Jahrhundert, Historia 4, 1955, 314–330

–, Alamannen im römischen Reichsdienst, Eranion, Festschrift H. Hommel, Tübingen 1961, 127–148

Sudhaus, H., De ratione quae intercedat inter Zosimi et Ammiani de bello a Iuliano imperatore cum Persis gesto relationes, Diss. Bonn 1870

Syme, R., Ammianus and the Historia Augusta, Oxford 1968

Szidat, J., Der Feldzug Constantius' II. an der mittleren Donau im Jahre 358 n. Chr., Historia 21, 1972, 712–720

Tassi, A. M., Costanzo II e la difesa della maestà imperiale nell'opera di Ammiano Marcellino, Critica Storica 6, 1967, 157–180

Thörnell, G., Ad Scriptores Historiae Augustae et Ammianum Marcellinum adnotationes, Skrifter utg. K. human. Vetenskaps-Samfundet, Uppsala/Leipzig 1927

–, Analecta critica, Eranos 32, 1934, 155–158

Thomas, P., Observationes ad scriptores latinos, Mnemosyne 49, 1921, 68–69

Thompson, E. A., Ammianus Marcellinus and the Romans, Greece and Rome 11, 1941–1942, 130–134

–, The Historical Method of Ammianus Marcellinus, Hermathena 59, 1942, 44–66

–, Ammianus' Account of Gallus Caesar, Am. Journ. of Philol. 64, 1943, 302–315

–, Three Notes on Julian in 361 A. D., Hermathena 62, 1943, 83–95

–, The Historical Work of Ammianus Marcellinus, Cambridge 1947

–, Constantin, Constantius II. and the Lower Danube Frontier, Hermes 84, 1956, 372–381

–, Christianity and the Northern Barbarians, Nottingham Medieval Studies 1, 1957, 4sqq.

–, Eunapius, Ammianus Marcellinus and Zosimus on Julian's Persian Expedition, Class. Quart. N. S. 10, 1960, 152–160

–, The Visigoths from Fritigern to Euric, Historia 12, 1963, 105–126

–, Ammianus Marcellinus, in: Latin Historians, ed. by T. A. Dorey, New York 1966, 143–157

Tibullo, G., Da Tacito ad Ammiano Marcellino, Annali della Fac. di Lettere e Filosofia della Univ. di Napoli 12, 1969–1970, 87–103
Tränkle, H., Ammianus Marcellinus als römischer Geschichtsschreiber, Antike und Abendland 11, 1962, 21–33
–, Der Caesar Gallus bei Ammian, Mus. Helvet. 33, 1976, 162–179
Traube, L., Varia libamenta critica, München 1883, 11–15
–, Die Überlieferung des Ammianus Marcellinus, Mélanges Boissier, Paris 1903, 443–448
Tross, L., Kritischer Versuch über einige Stellen des Ammianus Marcellinus, Athenaeum 3, 1818, 29–33
–, Observationum criticarum libellus, Gymn.-Progr. Hamm 1828

Udal'cova, Z. V., Mirovozzrenie Ammiana Marcellina, Vizant. Vremennik 28, 1968, 38–59
Ulmann, I., Metaphern in den Res Gestae des Ammianus Marcellinus, Diss. Berlin 1975
Unger, R., De Ammiani Marcellini locis controversis epistola critica, Neustrelitz 1868
–, De locis quibusdam Claudiani, Ammiani et Martialis, Gymn.-Progr. Friedland 1869
Urlichs, L., Zu Ammianus Marcellinus (Über die Zeit, wo der Fuldaer Codex nach Rom kam), RhM 26, 1871, 638

Valensi, L., Quelques réflexions sur le pouvoir impérial d'après Ammien Marcellin, Bull. de l'Assoc. G. Budé, Paris 1957, 62–107
Valesius, H., Ad Ammianum Marcellinum, in: Emendatt. libri V et de crit. lib. II, ed P. Burmann 1740, 62–63
Verdière, R., Note de lecture. Ammien Marcellin 27, 6, 12, Latomus 29, 1970, 1072
Vogel, F., Zu Ammianus Marcellinus, Jb. f. Philol. 127, 1883, 865–866
Vogt, J., Ammianus Marcellinus als erzählender Geschichtsschreiber der Spätzeit, Ak. d. Wiss. u. d. Lit. Mainz, Abh. d. geistes- u. sozialwiss. Klasse 1963, Nr. 8, 801–825
Vollert, W., Kaiser Julians religiöse und philosophische Überzeugung, Beitr. z. Förderung christl. Theol. 3, 1899, H. 6
Vonck, C. V., Ad Ammianum Marcellinum (14, 5, 4), in: C. V. Vonck, Lection. Latin. libri II, 1745, 38
Vulić, U., Constantius' Sarmatenkrieg 358/59, Byz. Ztschr. 29–30, 1930, 374sqq.

Waas, M., Germanen im römischen Dienst im 4. Jahrhundert n. Chr., Diss. Bonn 1965
Walter, F., Zu Ammianus Marcellinus, Philol. Wochenschr. 33, 1913, 94; 541; 1662; 44, 1924, 401–403
–, Zu lateinischen Schriftstellern, Philol. 80, 1925, 437–438
–, Zu Ammianus Marcellinus, Justinus, Julius Valerius, Philol. Wochenschr. 52, 1932, 893–894
–, Zu lateinischen Historikern, Philol. Wochenschr. 52, 1932, 1012
–, Zu Ammianus Marcellinus, Philol. 88, 1933, 476–477; 90, 1935, 127–128
Warmington, B. H., The Career of Romanus, comes Africae, Byz. Ztschr. 49, 1956, 55–64
Warren Bonfante, L., Emperor, God and Man in the Fourth Century. Julian the Apostate and Ammianus Marcellinus, Parola del Passato 19, 1964, 401–427

Wassermann, F. M., The Frontality of the Portraiture of the Late Empire and Ammianus' Description of Constantius, Class. Weekly 47, 1953, 4
Weinstein, S., Quibus in rebus Ammianus Marcellinus Sallustium et Tacitum respexerit, Progr. Radautz 1914
Weis, B. K., Das Restitutionsedikt Kaiser Julians, Diss. Heidelberg 1933
—, Kaiser Julians Obelisken-Brief an die Alexandriner, Hermes 92, 1964, 106—115
Wesseling, P., Observationes ad Ammianum 15, 5. 25, 8, in: P. Wesseling, ed. Frotscher 1832, 40—41; 80—86
Wessely, C., Zu Ammian 29, 1, 31, Stud. z. Paläogr. u. Papyruskunde 17, 1917, 53
Wiegand, W., Die Alamannenschlacht von Straßburg 357 n. Chr., Straßburg 1887
—, Die Alamannenschlacht bei Straßburg, Westdt. Ztschr. f. Gesch. u. Kunst 7, 1888, 63—73
Wilamowitz-Moellendorff, U. von, Memoriae oblitteratae, Hermes 11, 1876, 301—302
Winkelmann, F., Probleme der Herausbildung der Staatskirche im römischen Reich des 4. Jahrhunderts, Klio 53, 1971, 281—299
Wirz, H., Ammians Beziehungen zu seinen Vorbildern Cicero, Sallust, Livius, Tacitus, Philol. 36, 1877, 627—636
Wistrand, E., De Amm. Marc. 27,7,7 interpretando, Eranos 32, 1944, 78—80
Witte, E., Ammianus Marcellinus quid iudicaverit de rebus divinis, Diss. Jena 1891
Wölfflin, E., Stilistische Nachahmer des Tacitus, Philol. 29, 1870, 557—560
—, Ammianus Marcellinus, Bursians Jber. 1873—75, 792
Wolff, G., Zu Ammianus Marcellinus 17, 1, 7, Germania 12, 1928, 108—109
Zangemeister, C., Ungedruckte Emendationen R. Bentleys zu Nonius und Ammianus Marcellinus, RhM 33, 1878, 468—477

Alonso Nuñez, J. M., La visión historiográfica de Ammiano Marcelino, Valladolid 1975
Blockley, R. C., Tacitean Influence upon Ammianus Marcellinus, Latomus 32, 1973, 63—78
Češka, J., Textová kritika ve filologické praxi, Brno 1973
Hind, J. G. F., The British „Provinces" of Valentia and Orcades (Tacitean Echoes in Ammianus Marcellinus and Claudian), Historia 24, 1975, 101—111
Jankowski, N., Restaurationsversuche römischer Herrschaft in den linksrheinischen Gebieten unter Julianus, Ethnogr.-Archäol. Ztschr. 17, 1976, 331—343
Krawczuk, A., Ammiana Marcellina relacje i fikcje, Sprawozdania z Posiedzeń Komisji Naukowich (Polska Akademia Nauk. Oddział w Krakowie) 16, 1972, 375—376
Kohns, H. P., Die Zeitkritik in den Romexkursen des Ammianus Marcellinus. Zu Amm. Marc. 14, 6, 3—26; 28, 4, 6—35, Chiron 5, 1975, 485—491
Santos Yanguas, N., El pensamiento historiológico de Amiano Marcelino, Estud. Clás. 20, 1976, 103—122
Szidat, J., Zu Ammian 20, 4, 21: Excubitor nomine, Chiron 5, 1975, 493—494

CONSPECTVS CODICVM

C	codex chart. Colbertinus s. XV, Paris. Lat. 5821
C*m2*	eiusdem codicis corrector aeui aequalis
C*m3*	eiusdem codicis corrector aeui recentioris
D	codex chart. s. XV, Vat. Lat. 1874 (desinit 25, 3, 13)
E	codex chart. a. 1445, Vat. Lat. 2969
E*m2*	corrector eiusdem temporis
E*m3*	correctores recentioris aetatis
F	codex chart. ca. a. 1423, Florent. S. Marc. I V 43
H	codex membr. a. 1462, Paris. Lat. 5819
K	codex membr. s. XV Malatestianus, Cesanae, Bibl. XIV 4 sinistr.
M	codex membr. s. IX/X Hersfeldensis, cuius sex fragmenta in arch. Marburgensi adseruantur, sed qui Gelenio integer aderat
N	codex chart. Neapolitanus s. XV (Codex Regius Valesii), Paris. Lat. 6120
N*m2*	eiusdem codicis librarii correctiones
P	codex membr. s. XV Petrinus, Rom. Basil. S. Petri E 27 (desinit lib. 26)
Q	codex membr. a. 1488 Corvinianus, Mutinae Bibl. Est. Lat. 425 (VI G 21) a. Q. 4, 17
R	codex chart. s. XV Reginensis, Vat. Reg. Lat. 1994 (desinit lib. 26)
T	codex membr. s. XV, Paris. Lat. 5820
T*m2*	eiusdem codicis scriptoris correctiones
T*m3*	corrector coaequalis
U	codex membr. s. XV Urbinas, Vat. Urb. Lat. 416
V	codex membr. s. IX Fuldensis, Vat. Lat. 1873
V*m2*	corrector eiusdem temporis
V*m3*	correctores s. XV, inde a Poggio
W	codex chart. s. XV Bessarionis, Venet. Bibl. S. Marc. 388 Bess.
W*m2*	corrector coaequalis
Y uel **Z**	codex chart. s. XV, Vat. Lat. 3341

CONSPECTVS SIGLORVM

*	litteram erasam indicat
♂	uocem manu altera (i. e. a correctore aequali) emendatam
†	ante uocem, sensum obscurum esse
[ ]	litteras in rasura manu altera scriptas

S	editio Sabini
B	editio Castelli
b_1	editio Basiliensis
b_2	editio Coloniensis
A	editio Accursii
G	editio Gelenii
g	editio Gelenii a Rob. Stephano iterata

Bae.	Baehrens	*Lind.*	Lindenbrog
Btl.	Bentley	*Lips.*	Lipsius
Boxh.	Boxhorn	*Löfst.*	Löfstedt
Cl.	Clark	*Madv.*	Madvig
Corn.	Cornelissen	*Meurig-D.*	Meurig-Davies
Erf.	Erfurdt	*Momms.*	Mommsen
Ern.	Ernesti	*C. F. W. M.*	C. F. W. Müller
Eyss.	Eyssenhardt	*Nov.*	Novák
Gdt.	Gardthausen	*Pet.*	Petschenig
Gron.	Gronovius	*Salm.*	Salmasius
Gron. pater	Gronovius pater	*Sey.*	Seyfarth
Grut.	Gruterus	*Sonth.*	Sontheimer
Hagend.	Hagendahl	*Tr.*	Traube
Her.	Heraeus	*Val.*	Henricus Valesius
Kell.	Kellerbauer	*Hadr. Val.*	Hadrianus Valesius
Kießl.	Kießling	*Wagn.*	Wagner

AMMIANI MARCELLINI
RERVM GESTARVM

LIBER XIV

1. Galli Caesaris saeuitia.
2. Isaurorum incursiones.
3. Persarum commentum irritum.
4. Saracenorum irruptiones et mores.
5. Magnentianorum supplicia.
6. Senatus populique Romani uitia.
7. Galli Caesaris immanitas et saeuitia.
8. Orientis prouinciarum descriptio.
9. De Constantio Gallo Caesare.
10. Pax Alamannis petentibus datur a Constantio A.
11. Constantius Gallus Caesar euocatur a Constantio A. et capite truncatur.

Post emensos insuperabilis expeditionis euentus languentibus par- 1
tium animis, quas periculorum uarietas fregerat et laborum, nondum tubarum cessante clangore uel milite locato per stationes hibernas / Fortunae saeuientes procellae tempestates alias rebus infudere communibus per multa illa et dira facinora Caesaris Galli, qui ex squalore imo miseriarum in aetatis adultae primitiis ad principale culmen insperato cultu prouectus ultra terminos potestatis delatae procurrens / asperitate nimia cuncta foedabat. propinquitate enim regiae stirpis / gentilitateque etiamtum Constantii nominis efferebatur in fastus, si plus ualuisset, ausurus hostilia in auctorem suae felicitatis ut uidebatur. cuius acerbitati uxor graue accesserat incentiuum germani- 2
tate Augusti turgida supra modum, quam Hanniballiano regi fratris filio antehac Constantinus iunxerat pater, Megaera quaedam mortalis, inflammatrix saeuientis assidua, humani cruoris auida nihil mi-

2 [freger]at **V** || 3 stationum hiberna *BG* || 4 saeuientis **E***m2 BAG* | infundere communibus **VE** infundere conantur *BG* infudere communibus *A* || 6 immo **V** imo **E***A* nimio *SBG* | in *om. BG* || 7 cultu **V** *def. Sey.* saltu *Kell. Kießl.* | ultro **VE***A* ultra **E***m2 BG* || 8 proquitate ♂ **V** || 9 quae ♂ **V** | etiamnum *BAG* | constantini **V** Constantii *Lind.* | efferabatur **V** efferebatur **E***SBAG* | fastus *ex* fastos **V** || 10 uideba*tur (*fu.* n) **V** || 11 aceruitati ♂ **V** | germanitatae (i *add. m2*) **V** || 12 regi* (*fu.* i) **V** || 14 adsidue *BAG*

tius quam maritus. qui paulatim eruditiores facti processu temporis ad nocendum per clandestinos uersutosque rumigerulos compertis leuiter addere quaedam male suetos falsa et placentia sibi discentes / affectati regni uel artium nefandarum calumnias insontibus affige-
3 bant. eminuit autem inter humilia supergressa iam potentia fines mediocrium delictorum nefanda Clematii cuiusdam Alexandrini nobilis mors repentina; cuius socrus cum misceri sibi generum flagrans eius amore non impetraret, ut ferebatur, per palatii pseudothyrum introducta oblato pretioso reginae monili id assecuta est, ut ad Honoratum tum comitem orientis formula missa letali homo scelere nullo contactus, idem Clematius, nec hiscere nec loqui permissus occideretur.

4 Post hoc impie perpetratum, quod in aliis quoque iam timebatur, / tamquam licentia crudelitati indulta per suspicionum nebulas aestimati quidam noxii damnabantur. quorum pars necati, alii puniti bonorum multatione actique laribus suis extorres nullo sibi relicto praeter querellas et lacrimas stipe collaticia uictitabant et ciuili iustoque imperio ad uoluntatem conuerso cruentam claudebantur opulen-
5 tae domus et clarae. nec uox accusatoris ulla, licet subditicii, in his malorum quaerebatur aceruis, ut saltem specie tenus crimina praescriptis legum committerentur, quod aliquotiens fecere principes saeui: sed quidquid Caesaris implacabilitati sedisset, id uelut fas
6 iusque perpensum confestim urgebatur impleri. excogitatum est super his, ut homines quidam ignoti uilitate ipsa parum cauendi ad colligendos rumores per Antiochiae latera cuncta destinarentur relaturi quae audirent. hi peragranter et dissimulanter honoratorum circulis assistendo peruadendoque diuites domus egentium habitu, / quidquid noscere poterant uel audire, latenter intromissi per posticas in regiam nuntiabant id obseruantes conspiratione concordi, ut fingerent quaedam et cognita duplicarent in peius, laudes uero suppri-

3 dicentes *BAG* || 4 adfingebant *G* || 5 minuit V eminuit *G* | iam potentia V *def. Sey.* iam impotentia *Wagn.* impotentia *Momms.* || 7 more V *corr. m3* | commisceri V*BAG* cum c. V*m3*E cum misceri *Val.* || 7. 8 flagrans, eius amorem *Cl. dubit. in app.* || 8 impetrato *BAG* | palatii* (*fu.* am) V || 10 omo *ex* odio V omnino V*m3* (*in marg.*) E odio *SBAG* homo *Lind.* || 11 idem Clematius *ut gloss. del. Wagn. Momms.* || 15 dampnabantur V || 16 laribus *ex* labibus V || 17 conalaticia (a *pr. add. m2*) V collaticia E*SBAG* || 18 opulent*ae (*fu.* i) V opulentie V*m3 in marg.* opulentae E*SBAG* || 19 accussatoris (s *pr. del. m2?*) V | subditi et V subditicii *Lind.* || 20 praescriptus VE praescriptis *BAG* || 21 facere V *corr. m3* || 22 fas*** (*fu.* ius) V || 26 himeragranter VE hi peragrantes E*m2* hi peragranter *B* (hip-) *AG* | et** V || 27 diuitum V*m3* | habitus ♂ V habitu si *SBG* || 28 quicquam *BG*

merent Caesaris, quas inuitis compluribus formido malorum impendentium exprimebat. et interdum acciderat, ut si quid in penetrali 7
secreto nullo citerioris uitae ministro praesente paterfamilias uxori susurrasset in aurem uelut Amphiarao referente aut Marcio, quondam uatibus inclutis, postridie disceret imperator. ideoque etiam parietes arcanorum soli conscii timebantur. adolescebat autem obstina- 8
tum propositum erga haec et similia multa scrutandi stimulos admouente regina, quae abrupte mariti fortunas trudebat in exitium praeceps, cum eum potius lenitate feminea ad ueritatis humanitatisque uiam reducere utilia suadendo deberet, ut in Gordianorum actibus factitasse Maximini truculenti illius imperatoris rettulimus coniugem.

Nouo denique perniciosoque exemplo idem Gallus ausus est inire 9
flagitium graue, quod Romae cum ultimo dedecore temptasse aliquando dicitur Gallienus, et adhibitis paucis clam ferro succinctis uesperi per tabernas palabatur et compita quaeritando Graeco sermone, cuius erat impendio gnarus, quid de Caesare quisque sentiret. et haec confidenter agebat in urbe, ubi pernoctantium luminum claritudo / dierum solet imitari fulgorem. postremo agnitus saepe iamque, si prodisset, conspicuum se fore contemplans non nisi luce palam egrediens ad agenda quae putabat seria cernebatur. et haec quidem medullitus multis gementibus agebantur.

Thalassius uero ea tempestate praefectus praetorio praesens, ipse 10
quoque arrogantis ingenii, considerans incitationem eius ad multorum augeri discrimina non maturitate uel consiliis mitigabat, ut aliquotiens celsae potestates iras principum molliuerunt, sed aduersando iurgandoque cum parum congrueret eum ad rabiem potius euibrabat / Augustum actus eius exaggerando creberrime docens, idque, incertum qua mente, ne lateret, affectans. quibus mox Caesar acrius efferatus uelut contumaciae quoddam uexillum altius erigens sine re-

3 citeriora eis **V** interiore eius **E** citeriore eius *BAG* citerioris *Val.* || 5 in-[cli]tis post tridie **V** || 7 seruandi *BG* scrutantis *Cl. in app. (cf. 30, 5, 5; 15, 3, 2)* || 8 abruptae **V** abrupta **E***BG* abrupta è *A* abrupte *Lind.* | fortuna strudebat **V** f. struebat **E** f. stridebat *SBAG* fortunas trudebat *Lind.* || 13 [pernitiosoque] **V** || 13. 14 exemplo — flagitium *add.* **V***m2 in marg.* || 17 quisque *om. SBG* | sentirent *BG* || 19. 20 si prodiset sed (sed *del. m2*) **V** si prodisset **E***SBAG* || 20 fore se *tr. SBAG* | lutem **V** *corr. m3* || 22 multum **V** multis *G* | agebatur **VE** agebantur **E***m2BAG* || 23 thalassus **V** Thalassius *G* || 23. 24 quoque ipse *tr. SBG* || 24 at **V** ac **V***m3 (in marg.)* **E** ad *BAG* || 25 ut *add. G* || 27 piarum **V** *corr. m3* | eum *om. G* | ab **V** ad **E***SBAG* | potius *om. SBG* || 28 eius eius (*alt. del. m2*) **V** || 29 quibus ut mox (*lac. 6 litt.*) **V** *sine lac.* **E***BA* quibus mox *G* ut *lin. 25 ex marg. perperam illatum putat Her.*

spectu salutis alienae uel suae ad uertenda opposita instar rapidi fluminis irreuocabili impetu ferebatur.

2 Nec sane haec sola pernicies orientem diuersis cladibus affligebat. / namque et Isauri, quibus est usitatum saepe pacari saepeque inopinis excursibus cuncta miscere, ex latrociniis occultis et raris alente impunitate adolescentem in peius audaciam ad bella grauia proruperunt, diu quidem perduelles spiritus irrequietis motibus erigentes, hac tamen indignitate perciti uehementer, ut iactitabant, quod eorum capti quidam consortes apud Iconium Pisidiae oppidum in amphitheatrali spectaculo feris praedatricibus obiecti sunt praeter morem. / 2 atque, ut Tullius ait, ut etiam fame monitae plerumque ad eum locum, ubi aliquando pastae sunt, reuertuntur, ita omnes instar turbinis degressi montibus impeditis et arduis loca petiuere mari confinia, per quae auiis latebrosis sese conuallibusque occultantes, cum appeterent noctes, — luna etiamtum cornuta ideoque nondum solido splendore fulgente — nauticos obseruabant. quos cum in somnum sentirent effusos, per ancoralia quadripedo gradu repentes seseque suspensis passibus iniectantes in scaphas eisdem nihil opinantibus assistebant / et incendente auiditate saeuitiam ne cedentium quidem ulli parcendo obtruncatis omnibus merces opimas uel utiles nullis repugnantibus 3 auertebant. haecque non diu sunt perpetrata. cognitis enim pilatorum caesorumque funeribus nemo deinde ad has stationes appulit navem, sed ut Scironis praerupta letalia declinantes litoribus Cypriis 4 contigui nauigabant, quae Isauriae scopulis sunt controuersa. procedente igitur mox tempore cum aduenticium nihil inueniretur, relicta ora maritima in Lycaoniam adnexam Isauriae se contulerunt ibique densis intersaepientes itinera praetenturis prouincialium et uiatorum

1 uertenda **VE** *def. Meurig-D.* uerrenda *BAG* euertenda *Btl.* subuertenda *Her.* | supposita **V** opposita *Btl.* apposita *Wagn.* || 3 pernicies sola *tr. BAG* || 4 usitatum est *tr. BAG* || 5 ex] et **V** ex *G* || 6 perruperunt **V** *def. Pighi* proruperunt *G* || 7.8 inrequietum (♂) mentes **V** motibus — uehe *add.* **V** *m2 in marg.* uehementer **E***A* uehementes *B* uehementi *G* | attamen *BG* || 8 latitabant **E** iactabant *BG* || 9 quidam capti *tr. BG* | Leonium *BG* || 10 specteculo (e *alt. ex* i *m2*)**V** *corr. m3* | obiaecti (e *add. m2*)**V** || 11 bestiae *post* etiam *add. Val.* (*cf. Cic. Cluent. 67*) | fame] ferae *G* || 12 patae ♂ **V** | digressi **E***SBAG* || 14 uiis **VE***A* in his *B* in *G* auiis *Kießl.* | que *om. BG* | occultates ♂**V** | apparerent **E** appeteret *BG* || 15 noctis**V***BA* noctibus **E** nox *G* noctes *Val.* | luna* (*fu.* e)**V** || 17 quadripedum ♂ **V** || 18 eisdem enim nihil **V***BA* eisdem nihil **E***G* || 19 incitante *BG* | cendentium **VE** cadentium *BG* cedentium *A* || 20 uelut uiles *G* || 21 sunt *om. BG* || 21.22 pilatorum caesarumque ♂ **V** uiatorum caesorumque *B* u. caesorum *G* || 22 adhastationes *ex* ath-**V***m2* || 23 l*etalia (l *pr. add. m2*; * *fu.* a)**V** || 24 qua *BAG* || 25 aduectitium **E***BG* || 27 inter asipientis **V** inter accipientis **E** inter obsidentium *BG* interea sepientes *A* intersepientes *Lind.* intercipientes *Tr.*

opibus pascebantur. excitauit hic ardor milites per municipia plurima, quae isdem conterminant, dispositos et castella et quisque serpentes latius pro uiribus repellere moliens nunc globis confertos, aliquotiens et dispersos multitudine superabatur ingenti, quae nata et educata inter editos recuruosque ambitus montium eos ut loca plana persultat et mollia missilibus obuios eminus lacessens et ululatu truci perterrens. coactique aliquotiens nostri pedites ad eos persequendos 6 scandere cliuos sublimes, etiam si lapsantibus plantis fruticeta prensando uel dumos ad uertices uenerint summos, inter arta tamen et inuia nullas acies explicare permissi nec firmare nisu ualido gressus / hoste discursatore rupium abscisa uoluente superne periculose per prona discedunt aut ex necessitate ultima fortiter dimicantes ruinis ponderum immanium consternuntur. quam ob rem circumspecta cautela 7 obseruatum est deinceps et, cum edita montium petere coeperint grassatores, loci iniquitati milites cedunt. ubi autem in planitie potuerint repperiri, quod contingit assidue, nec exertare lacertos / nec crispare permissi tela, quae uehunt bina uel terna, pecudum ritu inertium trucidantur.

Metuentes igitur idem latrones Lycaoniam magna parte campestrem,/ 8 cum se impares nostris fore congressione stataria documentis frequentibus scirent, tramitibus deuiis petiuere Pamphyliam diu quidem intactam, sed timore populationum et caedum milite per omnia diffuso propinqua magnis undique praesidiis communitam. raptim igitur 9 properantes, ut motus sui rumores celeritate nimia praeuenirent, / uigore corporum ac leuitate confisi per flexuosas semitas ad summitates collium tardius euadebant. et cum superatis difficultatibus arduis ad supercilia uenissent fluuii Melanis alti et uerticosi, qui pro muro tuetur accolas circumfusus, augente nocte adulta terrorem quieuere paulisper lucem opperientes. arbitrabantur enim nullo impediente transgressi inopino accursu apposita quaeque uastare, sed incassum

3 consertos *SBG* || 4 multitudine* (*fu.* s) **V** | ingenti* (*fu.* s) **V** *def. Karau/Ulmann* uigenti *Pet.* indigena *Seeck* || 5 recurbosque ♂ **V** || 6 lacescens **VE***B* lacessens *AG* || 8 fructiceta **E** frutecta *G* || 10 gressos **V** gressus **E***SBAG* || 11 periculoso ♂ **V** || 12 rumis ♂ **V** || 14 obserseruatum* ō* (t *ex* n *?*) **V** || 15 iniquitate **V** iniquitati *Horkel* | milites (tes *ex* tum *m2*) **V** || 16 ne[c] **V** || 22 caedium *SBAG* | diffusa **V** diffuso **E***BAG* || 24 rumores (s *add. m2*) *celeritate (*fu.* s) **V** rumores celeritate **E** rumorem c. *SBAG* || 25 plexuosas **V** flexuosas **E***BAG* || 28 circumfusos b_2G | urgente *G def. Pet.* | adultate prorem quae quieuere **V** (*lac. 16 litt.*) quae quieuere (priorem *in lac. add. m3*) **E** adulta teporeque quieuere *BA* a. temporeque q. *G* terrorem *Val. def. Meurig-D.* horrorem *Btl.* tetrioreque *Pet.* torporem *Damsté* || 29 nulla ♂ **V** || 30 uastar[e] **V**

10 labores pertulere grauissimos. nam sole orto magnitudine angusti gurgitis sed profundi a transitu arcebantur et, dum piscatoris quaerunt lenunculos uel innare temere contextis ratibus parant, effusae legiones, quae hiemabant tunc apud Siden, isdem impetu occurrere ueloci. et signis prope ripam locatis ad manus comminus conseren- 5
das denseta scutorum compage semet scientissime praestruebant, / ausos quoque aliquos fiducia nandi uel cauatis arborum truncis /
11 amnem permeare latenter facillime trucidarunt. unde temptatis ad discrimen ultimum artibus multis cum nihil impetraretur, pauore uique repellente extrusi et, quo tenderent, ambigentes uenere prope 10
12 oppidum Laranda. ibi uictu recreati et quiete, postquam abierat timor, uicos opulentos adorti equestrium adiumento cohortium, quae casu propinquabant, nec resistere planitie porrecta conati digressi sunt retroque concedentes omne iuuentutis robur relictum in sedibus
13 acciuerunt. et quoniam inedia graui afflictabantur, locum petiuere 15
Paleas nomine uergentem in mare ualido muro firmatum, ubi conduntur nunc usque commeatus distribui militibus omne latus Isauriae defendentibus assueti. circumstetere igitur hoc munimentum per triduum et trinoctium et, cum neque accliuitas ipsa sine discrimine posset adiri letali nec cuniculis quidquam geri nec procedebat ullum ob- 20
sidionale commentum, maesti excedunt postrema ui subigente maiora
14 uiribus aggressuri. proinde concepta rabie saeuiore, quam desperatio incendebat et fames, amplificatis uiribus ardore incohibili in excidium urbium matris Seleuciae efferebantur, quam comes tuebatur Castri-
15 cius tresque legiones bellicis sudoribus induratae. horum aduentum 25
praedocti speculationibus fidis rectores militum tessera data sollemni / armatos omnes celeri eduxere procursu et agiliter praeterito Calycadni

1 laborem **V** *corr. m3* | magnitudinem **V** *corr. m3* || **2** sed] et *BG* | piscatores **V** piscatorios **E***m2BAG* || **3** contextisunt ratibus **VE** (connexi *m2 in marg.*) contextis ratibus *BAG def. Karau/Ulmann* c. cratibus *Kießl. reiec. Pet.* || **3. 4** effusae legionem **V** effuse legiones **EAG** (-sae) effuse legionem *B* || **4** sidenisdem **VE***A* (-den) Sedenistem *BG* || **6** densetas ♂ **V** densas *BAG* | compages *BAG* | temet **V** *lac. 5 litt.* **E** et *BA om. G* semet *Val.* || **7** caluatis **V** *corr. m3* | arborem **V** *corr. m3* || **9** multum **V** multis *Val. in adn. def. Karau/Ulmann* militum *Cl.* || **10** ambientes **V***B* ambigentes **EAG** | uenire **V** *corr. m3* || **11** ubi *G* || **13** [resi]stere **V** || **14** omnes **V***m3 in marg.* | iubentutisrubor **V** *corr. m3* || **15** acciperunt **V** *corr. m3* acceperunt **E** | grati **V** grauati **V***m3* acti **E** graui *SBAG* || **19. 20** possit adire **V***B* p. adiri **V***m3***E***G* adiri *A* posset a. *Cl.* || **20** geri posset **VE***A* g. possit *BG* posset *del. Cl.* || **21** commentum mentum (mentum *alt. del. m2*) **V** | postremo ira subeunte *BG* || **24** seleucia **V** Seleuciae **V***m3***E***A* insolentia *SBG* | efferabantur *Pet.* ferebantur *Her.* | tuebantur *SBA* || **26** fides **V** fidi uel fideles **V***m3 in marg.* fideles **E***m2* fidis *BAG* | sollemni (l *alt. del. m3?*) **V** || **27** calydcanni **V** Calycadni **EBAG** (Cali-)

fluminis ponte, cuius undarum magnitudo murorum alluit turres, in speciem locauere pugnandi. neque tamen exsiliuit quisquam nec permissus est congredi. formidabatur enim flagrans uesania manus / et superior numero et ruitura sine respectu salutis in ferrum. uiso 16 itaque exercitu procul auditoque liticinum cantu represso gradu parumper stetere praedones exsertantesque minaces gladios postea lentius incedebant. quibus occurrere bene pertinax miles explicatis or- 17 dinibus parans hastisque feriens scuta, qui habitus iram pugnantium concitat et dolorem, proximos iam gestu terrebat. sed eum in certamen alacriter consurgentem reuocauere ductores rati intempestiuum anceps subire certamen, cum haud longe muri distarent, quorum tutela securitas poterat in solido locari cunctorum. hac ita per- 18 suasione reducti intra moenia bellatores obseratis undique portarum aditibus propugnaculis insistebant et pinnis congesta undique saxa telaque habentes in promptu, ut, si qui se proripuisset interius, multitudine missilium sterneretur et lapidum. illud tamen clausos uehe- 19 menter angebat, quod captis nauigiis, quae frumenta uehebant per flumen, Isauri quidem alimentorum copiis affluebant, ipsi uero solitarum rerum cibo iam consumendo inediae propinquantis aerumnas exitiales horrebant. haec ubi latius fama uulgasset missaeque rela- 20 tiones assiduae Gallum Caesarem permouissent, quoniam magister equitum longius ea tempestate distinebatur, iussus comes orientis Nebridius contractis undique militaribus copiis ad eximendam periculo ciuitatem amplam et opportunam studio properabat ingenti. / quo cognito abscessere latrones nulla re amplius memorabili gesta / dispersique ut solent auia montium petiere celsorum.

1 merorum **V** murorum **E** *A* Meroem *BG* || 5 laticinum **V** liticinum **E** *A* latronum *BG* | canto **V** *corr. m3* || 6 extantesque **V** *BG* excitantesque **V***m3* (*in marg.*) *A* extrahentesque **E** exertantesque *Lind.* (**W***m2*) eiectantesque *Cl. in app.* (*cf. 16, 12, 36*) | minates **V** *corr. m3* micantes **E** minantes *SBG* || 8 hastesque **V** hastisque *uel* hastaque **V***m3 in marg.* hostisque (i *ex* e *m2*) **E** hastisque *BAG* || 9 proximo **V** proximos *Hadr. Val.* || 10 ratim **V** rati **E** *BAG* || 12 securi quae poterant *B* securi poterant *G* | locarum cunctorum **V** locari c. **V***m3* **E** *A* locorum c. locare *B* loca cuncta conlocare *G* | hacuti **V** hacutique **E** hac icti *SAG* ac icti *B* hac ita *Val.* (**N**) *uel* itaque || 15 tela ♂ **V** | siquise **V** si quis se **E***m2* si quis sese *BAG* | proripuisse (*lac. 3 litt.*) terius **V** proripuisset exterius **E** p. ulterius *BAG* interius *Val.* citerius *Gron. def. Fletcher* || 17 quod] quae ♂ **V** || 18–20 ipsi – horrebant *om.* **E** || 19 cibos *BAG* | propinquitatis **V** propinquantis *BAG* || 20 exitalis **V** ex Italis *B* exitiales *A* exitialeis *G* || 22 destinabatur **V** distinebatur **E** *BAG* || 23 contractum **V** contractis **E** *BAG* | at **V** *corr. m3* || 25 ream amplius ♂ **V** || 26 dispersisque ♂ **V** | petere **V** petiuere **V***m3* (*in marg.*) **E** petiere *BAG*

3 Eo adducta re per Isauriam rege Persarum bellis finitimis illigato / repellenteque a collimitiis suis ferocissimas gentes, quae mente quadam uersabili hostiliter eum saepe incessunt et in nos arma mouentem aliquotiens iuuant, Nohodares quidam nomine e numero optimatum / incursare Mesopotamiam, quotiens copia dederit, ordinatus explorabat nostra sollicite, si repperisset usquam locum, ui subita perrupturus. /
2 et quia Mesopotamiae tractus omnes crebro inquietari sueti praetenturis et stationibus seruabantur agrariis, laeuorsum flexo itinere / Osdroenae subsiderat extimas partes nouum parumque aliquando temptatum commentum aggressus; quod si impetrasset, fulminis modo cuncta uastaret. erat autem, quod cogitabat, huiusmodi.
3 Batnae municipium in Anthemusia conditum Macedonum manu priscorum ab Euphrate flumine breui spatio disparatur refertum mercatoribus opulentis, ubi annua sollemnitate prope Septembris initium mensis ad nundinas magna promiscae fortunae conuenit multitudo ad commercanda, quae Indi mittunt et Seres, alia plurima uehi terra
4 marique consueta. hanc regionem praestitutis celebritati diebus / inuadere parans dux ante dictus per solitudines Aboraeque amnis herbidas ripas suorum indicio proditus, qui admissi flagitii metu exagitati ad praesidia desciuere Romana, absque ullo egressus effectu / deinde tabescebat immobilis.
4 Saraceni tamen nec amici nobis umquam nec hostes optandi ultro citroque discursantes, quidquid inueniri poterat, momento temporis parui uastabant miluorum rapacium similes, qui, si praedam dispexerint celsius, uolatu rapiunt celeri ac, si impetrauerint, non im-
2 morantur. super quorum moribus licet in actibus principis Marci et

1 pe (*lac. 4 litt.*) isauriam V per Isauriam *BAG* Eo adducti repetunt I. E | regem VE rege *SBAG* | inligatum V*m3* || 2 repellentemque V*m3* || 4 aliquoties V *corr. m3* | iubant / Noodares V iuuant / N. V*m3* E*SBAG* (Noh-) || 5 mesopotamiam. ~ quotiens V || 7 inquieta risu et V inquietari subet (*?*) (sola *m3*) E inquietari sueti *BAG* || 9 osdruenae V*BG* Osdruene E Osdroenae *A* | subsederat *SBAG* | extimans VE aestimans *BAG* extimas *Val.* | partumque VE (a *in* o *m2*) *BA* parumque *G* partimque *Tr.* parumue *Nov.* || 10 fluminis *Hermann* || 11 instar modo *B* instar *G* | uastarat V uastaret E*BAG* | agitabat *SBAG* || 12 Arthemisia E Athemusia *BG* || 13 breuis partio V *corr. m3* || 13, 14 mercatoribus — sollemnitate *add.* V*m2 in marg.* || 15 mensis *om. SBG* || 16 et Seres alia VE *def. Blomgren* et alia *BG* et Seres aliaque *ACl.* || 20 et V ad E*BAG* | disciuere (u *ex* p) V desciuere E discurrere *SBAG* | abusque ullo V ab hisque nullo E absque ullo E*m3BAG* || 22 sa*ra(*fu.* c)ceni V | nobiscum quam VE n. unquam E*m2* nobis u. *BAG* | hostis optundi VE (ndi *in* mi *m3*) habendi *BG* hostes optandi *A* || 24 rapaciuiti V rapacium V*m3*E *Val.* (N) rapaci uitae *SBAG* | despexerint *S Btl. prob. Pet.* || 25 aut si V*BAG def. Pighi* aut si nil E aut nisi *Hadr. Val.* ac si *Momms.* | impetrarint *SBAG*

postea aliquotiens memini rettulisse, tamen nunc quoque pauca de isdem expediam carptim. apud has gentes, quarum exordiens initium 3 ab Assyriis ad Nili cataractas porrigitur et confinia Blemmyarum, / omnes pari sorte sunt bellatores seminudi coloratis sagulis pube tenus amicti equorum adiumento pernicium graciliumque camelorum per diuersa reptantes in tranquillis uel turbidis rebus; nec eorum quisquam aliquando stiuam apprehendit uel arborem colit aut arua subigendo quaeritat uictum, sed errant semper per spatia longe lateque distenta sine lare sine sedibus fixis aut legibus. nec idem perferunt diutius caelum aut tractus unius sol illis umquam placet. uita est 4 illis semper in fuga uxoresque mercennariae conductae ad tempus ex pacto, atque, ut sit species matrimonii, dotis nomine futura coniux hastam et tabernaculum offert marito post statum diem, si id elegerit, discessura et incredibile est, quo ardore apud eos in uenerem uterque soluitur sexus. ita autem, quoad uixerint, late palantur, ut alibi mu- 5 lier nubat, in loco pariat alio liberosque procul educat nulla copia quiescendi permissa. uictus uniuersis caro ferina est lactisque abun- 6 dans copia, qua sustentantur, et herbae multiplices et, si quae alites capi per aucupium possint, et plerosque nos uidimus frumenti usum et uini penitus ignorantes.

Hactenus de natione perniciosa; nunc ad textum propositum reuer- 7 tamur.

Dum haec in oriente aguntur, Arelate hiemem agens Constantius / 5 post theatrales ludos atque circenses ambitioso editos apparatu diem sextum idus Octobres, qui imperii eius annum tricensimum terminabat, insolentiae pondera grauius librans, si quid dubium deferebatur aut falsum, pro liquido accipiens et comperto inter alia excarnificatum Gerontium, Magnentianae comitem partis, exsulari maerore multauit. utque aegrum corpus quassari etiam leuibus solet offensis, / 2 ita animus eius angustus et tener, quidquid increpuisset, ad salutis

1 meminerit tulisse **V** meminerim retulisse **E***BAG* memini rettulisse *Kießl.* meminerim me rettulisse *Nov.* || 3 ad] at **V** *corr. m3* | corrigitur **VE***m2* porrigitur **V***m3BAG* || 5 amicitiae quorum **V** amiciti aequorum **V***m3* admicti quorum **E** amicti equorum *BAG* || 8 quaerit aut **V** *corr. m3* querit **E** quaeritant *BAG* | per *add.* b_2*G reiec. Damsté Miller Pighi* || 9 nec idem *om. BG* || 10 haud *G* | solis **E** soli *SBAG* || 13 potestatum **V** post statutum **V***m3* p. testatum **E** p. statum *BAG* || 14 cin cridebile **V** *corr. m3* | quod **V** *corr. m3* | inuenire **VE** in uenerem **E***m2BAG* in uenere *Tr.* || 16 deducat **V** educat *Lind.* inde educat *Nov.* || 16.17 copiaque sciendi **V** c. quiescendi **V***m3* copia q. **E***BAG* || 21 reuertantur **V** *corr. m3* || 23 harelate **V** Arelate **E***BAG* | hiemmem **V** *corr. m3* || 24 die **VE** diem *BA* ad diem *G* || 26 insolentia *BAG* || 28 Magentiane *S* Magontianae *BG*

suae dispendium existimans factum aut cogitatum insontium caedi-
3 bus fecit uictoriam luctuosam. si quis enim militarium uel honoratorum aut nobilis inter suos rumore tenus esset insimulatus fouisse partes hostiles, iniecto onere catenarum in modum beluae trahebatur / et inimico urguente uel nullo quasi sufficiente hoc solo, quod nominatus esset aut delatus aut postulatus, capite uel multatione bonorum/ aut insulari solitudine damnabatur.

4 Accedebant enim eius asperitati, ubi imminuta esse amplitudo imperii dicebatur, et iracundiae suspicionumque uanitati proximorum cruentae blanditiae exaggerantium incidentia et dolere impendio simulantium, si principis periclitetur uita, a cuius salute uelut filo pendere
5 statum orbis terrarum fictis uocibus exclamabant. ideoque fertur neminem aliquando ob haec uel similia poenae addictum oblato de more elogio reuocari iussisse, quod inexorabiles quoque principes factitarunt. et exitiale hoc uitium, quod in aliis nonnumquam intepescit, in illo aetatis progressu efferuescebat obstinatum eius propositum accendente adulatorum cohorte.

6 Inter quos Paulus eminebat notarius ortus in Hispania glaber quidam sub uultu latens, odorandi uias periculorum occultas perquam sagax. is in Britanniam missus, ut militares quosdam perduceret / ausos conspirasse Magnentio, cum reniti non possent, iussa licentius supergressus fluminis modo fortunis complurium sese repentinus infudit et ferebatur per strages multiplices ac ruinas uinculis membra ingenuorum affligens et quosdam obterens manicis crimina scilicet

4 intecto **V** intextus **V***m3* iniecto **E***SBAG* | beluas **V** *corr. m3* beluarum **E** | abstrahebatur **V***m3 in marg.* || 5 nulla **VE** nullo *BAG* || 6 essedant (d *del.*, t *add. m3*) **V** esset aut **E***SBAG* | post celatus **V** p. tulatus **V***m3* postulatus **E***B AG* | mutatione **V** *corr. m3* || 7 insularis ♂ **V** || 8 accidebant **V** accedebant **E***m2 Val.* accendebat (-tur *?*) *B* accendebant *AG* | enim *om. BAG* | asperitatem *BAG* | ubi] iactata uulgo crimina, quibus *BAG* | inminutae (*lac. 6 litt.*)**V** imminuta **E** imminui *BAG* inminuta uel laesa *Val.* inminuta esse *Tr.* || 9 suspicionum quantitati **VE** suspicionum *BA* suspicionem b_2G suspicionumque uanitati *Her.* s. quantitati *Tr.* || 10 cruentiae **V** cruentae **E***BAG* | dolore **V** dolorem **E** dolere *BAG* || 11 si principis *add.* **V***m2 in lac. 11 litt.* | per[di]tur **V** *def. Pighi* proditur *Val. in adn.* periclitetur *Gdt.* periclitaretur *C. F. W. M.* || 13 ob *add. BAG* | pene **VE** poenae *BAG* || 14 inexorabilis—principis **V** inexorabiles—principes **E***BAG* || 15 intepiscit ♂ **V** || 16 progresso **V** progressu **E***SB AG* | efferuiscebat ♂ **V** || 18 hortus ♂ **V** | uel ut alii Dacia *post* Hispania *add. Her. c. c.* (*cf. 15, 3, 4*) | glaber **V** *def. Karau/ Ulmann* glabro *G* coluber *Btl.* | quidem b_2G || 19 modesto *post* latens *add. Her.* || 20 brittania **VE** Brittaniam *S* (Brit-) *BAG* || 21 conspirass*e (*fu.* a) **V** | iussa] his se *BA* his *G* || 22 fortunus **V** fortunis **E***SBAG* | conplu[rium] **V** complurimum *G* || 24 et — obterens *add.* **V***m2* | ***crimina (*fu.* dis) **V**

multa consarcinando a ueritate longe discreta. unde admissum est facinus impium, quod Constanti tempus nota inusserat sempiterna. / Martinus agens illas prouincias pro praefectis aerumnas innocentium 7 grauiter gemens saepeque obsecrans, ut ab omni culpa immunibus parceretur, cum non impetraret, minabatur se discessurum, ut saltem id metuens perquisitor maleuolus tandem desineret quieti coalitos homines in aperta pericula proiectare. per hoc minui studium suum 8 existimans Paulus, ut erat in complicandis negotiis artifex dirus, / unde ei Catenae indutum est cognomentum, uicarium ipsum eos, quibus praeerat, adhuc defensantem ad sortem periculorum communium traxit. et instabat, ut eum quoque cum tribunis et aliis pluribus ad comitatum imperatoris uinctum perduceret; quo percitus ille exitio urguente abrupto ferro eundem adoritur Paulum. et quia languente dextera letaliter ferire non potuit, iam destrictum mucronem in proprium latus impegit. hocque deformi genere mortis excessit e uita iustissimus rector ausus miserabiles casus leuare multorum. quibus 9 ita sceleste patratis Paulus cruore perfusus reuersusque ad principis castra multos coopertos paene catenis adduxit in squalorem deiectos atque maestitiam, quorum aduentu intendebantur eculei uncosque parabat carnifex et tormenta. et ex iis proscripti sunt plures actique in exsilium alii, nonnullos gladii consumpsere poenales. nec enim quisquam facile meminit sub Constantio, ubi susurro tenus haec mouebantur, quemquam absolutum.

Inter haec Orfitus praefecti potestate regebat urbem aeternam ultra 6 modum delatae dignitatis sese efferens insolenter, uir quidem prudens/ et forensium negotiorum oppido gnarus, sed splendore liberalium doc-

2 tempus notare iusserat sempiterna **V** t. nota re iusserat s. **E** (nota inusserat *corr. m2*) t. notam inusserat sempiternam *B* temporibus n. i. s. *AG* || 3 regens *BG* | praefecto *G* || 4 seque *SB* saepe *G* || 6 traditos *SBG* || 7 prolectare **V***A* proiectare **V***m3* (*in marg.*) **E***SBG* || 9 et **V** ei *Val.* | cataene **V** catenae **E** Cathenae *SA* Catena *B* (cath-) *G* | indinuum **V** inditum **V***m3* (*in marg.*) **E***SB AG* indutum *Cl.* (*cf. 15, 3, 4*) || 10 parserat *SBAG* | ab **V** *corr. m3* || 12 quae **V** quo **E***BAG* || 13 urguente (u *alt. del.*, e *alt. add. m3*) **V** | abrepto *BAG* | langente **V** *corr. m3* || 14 districtum *SBAG* || 16 remora **V***A* autem uir liberatus **E** re nota *B* re mora *G* rector *Henr. Ernst* remoto (*scil.* Paulo) *Val. in adn.* || 17 reuersus est *G* || 18 pondere catenae *B* (cath-) *G* | adductis **VE***A* adductos *B* adducens *G* adduxit *Val.* || 19 aculei **E***B* || 20 tormentae texis proscripta **V** tormenti t. proscripti **E** tormenta exteris proscripta *SBA* t. et ex iis *G def. Karau/ Ulmann* || 20. 21 plures acrique mexilium **V** pluresque acti in exilium **E***BA* plures actique in e. *G* || 22 usurro **V** *corr. m3* || 24 ur (*lac. 8 litt.*) Nam (*in lac.* bem etate *add. m2*) **V** urbem (*lac. 7 litt.*) Nam (*in lac.* aeternam *add. m2*) **E** u. aeternam *A* urbem *G*

trinarum minus quam nobilem decuerat institutus. quo administrante seditiones sunt concitatae graues ob inopiam uini, cuius auidis usibus uulgus intentum ad motus asperos excitatur et crebros.

2 Et quoniam mirari posse quosdam peregrinos existimo haec lecturos forsitan (si contigerit), quam ob rem, cum oratio ad ea monstranda deflexerit, quae Romae geruntur, nihil praeter seditiones narratur et tabernas et uilitates harum similes alias, summatim causas perstringam nusquam a ueritate sponte propria digressurus.

3 Tempore quo primis auspiciis in mundanum fulgorem surgeret uictura, dum erunt homines, Roma, ut augeretur sublimibus incrementis, foedere pacis aeternae Virtus conuenit atque Fortuna plerumque dissidentes, quarum si altera defuisset, ad perfectam non uenerat
4 summitatem. eius populus ab incunabulis primis ad usque pueritiae tempus extremum, quod annis circumcluditur fere trecentis, circummurana pertulit bella; deinde aetatem ingressus adultam post multiplices bellorum aerumnas Alpes transcendit et fretum; in iuuenem erectus et uirum ex omni plaga, quam orbis ambit immensus, reportauit laureas et triumphos; iamque uergens in senium et nomine solo
5 aliquotiens uincens ad tranquilliora uitae discessit. ideo urbs uenerabilis post superbas efferatarum gentium ceruices oppressas latasque leges fundamenta libertatis et retinacula sempiterna uelut frugi parens et prudens et diues Caesaribus tamquam liberis suis regenda
6 patrimonii iura permisit. et olim licet otiosae sint tribus pacataeque centuriae et nulla suffragiorum certamina, sed Pompiliani redierit securitas temporis, per omnes tamen quot orae sunt partesque terrarum, ut domna suscipitur et regina et ubique patrum reuerenda cum auctoritate canities populique Romani nomen circumspectum et uerecundum.

1 quod ministrante (d *del. m3*) V quo ministrante E *B A* quo administrante *G* || 2 (*lac. 6 litt.*) huius (*in lac.* uini *add. m2*) V uini huius E *B G* u. cuius *A* || 3 mittentus V interitus E motus *B A G* || 4 haec *add.* V *m2 in ras. 5 litt.* || 5 [si] V || 6 gerentur V *corr. m3* gererentur E *A* || 7 similis V *B* similes E *A G* | aliam V alias E *S B A G* | praestringam *S B A G* || 8 degressurus V digressurus E *S B A G* || 9. 10 surgeretur ictura V surgeret urbs itura E surgeretur uictura *B* surgeret ut u. $b_1 b_2 G$ s. uictura *A* s. duratura *Pet. Tr.* || 11 foedera V E foedere *B A G* || 12 aliter adfuisset V altera abfuisset E a. defuisset *B A G* || 13 incunabu*lis (*fu.* l) V || 15 adultimam V *corr. m3* aduletam E || 18 laureace triumphos V laurearum t. E laureae t. *B A G* laureas et t. *uel* l. triumphorum *Kießl.* || 19 atranquilliora V *corr. m3* || 20 superbum V superbas E *B A G* || 21 liberatis V libertatis E *B A G* || 23 pacatae[que] (ae *ex* i *m2*) V || 24 certamina et V *m3* || 25 quotque V E quotquot *S B A G* quot orae *Seguine* (*cf. Cic. Balb. 9*) | partes quae V E partes *S B A G* || 26 domna V E (*cpd.*) domina V *m3 S B A G* | suspicitur *G* | patruum V *corr. m3* || 27 canicies V | uerendum *B A G*

Sed laeditur hic coetuum magnificus splendor leuitate paucorum 7
incondita, ubi nati sunt, non reputantium, sed tamquam indulta
licentia uitiis ad errores lapsorum atque lasciuiam. ut enim Simonides
lyricus docet, beate perfecta ratione uicturo ante alia patriam esse
conuenit gloriosam. ex his quidam aeternitati se commendari posse 8
per statuas aestimantes eas ardenter affectant quasi plus praemii de
figmentis aereis sensu carentibus adepturi quam ex conscientia ho-
neste recteque factorum easque auro curant imbratteari, quod Acilio
Glabrioni delatum est primo, cum consiliis armisque regem superasset
Antiochum. quam autem sit pulchrum exigua haec spernentem et
minima ad ascensus uerae gloriae tendere longos et arduos, ut memo-
rat uates Ascraeus, Censorius Cato monstrauit. qui interrogatus, quam
ob rem inter multos ... statuam non haberet, „malo", inquit, „am-
bigere bonos, quam ob rem id non meruerim, quam, quod est grauius,
cur impetrauerim mussitare."

Alii summum decus in carruchis solito altioribus et ambitioso uestium 9
cultu ponentes sudant sub ponderibus lacernarum, quas in collis in-
sertas iugulis ipsis annectunt, nimia subtegminum tenuitate perflabi-
les, †expectantes crebris agitationibus maximeque sinistra, ut lon-
giores fimbriae tunicaeque perspicue luceant uarietate liciorum effi-
giatae in species animalium multiformes. alii nullo quaerente uultus 10
seueritate assimulata patrimonia sua in immensum extollunt cultо-
rum, ut putant, feracium multiplicantes annuos fructus, quae a primo
ad ultimum solem se abunde iactitant possidere, ignorantes profecto
maiores suos, per quos ita magnitudo Romana porrigitur, non diui-
tiis eluxisse, sed per bella saeuissima nec opibus nec uictu nec indu-

2 sint *AG* || **3** uitiis *om. BG* | ad **V**E*BG* et *A* atque *Harmon c. c.* || **5** commendare ♂ **V** || **6** quas **VE** quasi *BAG* | de] ex *BAG* || **7** sensis **VE** sensu **E***m2* (*?*) *Val.* sensibus *SBAG* || **8** inbracteari **V** | acilicio **V** Acilio **E***BAG* || **10** exiguam **V** *corr. m3* || **11** ardos ♂ **V** || **12** ca*to (*fu.* n) **V** || **13** multos (*lac. 3 litt.*) **VE** (*sine lac.*) m. nobiles *BAG def. Karau/Ulmann* m. se inferiores *Btl.* m. solus *Tr.* m. ipse *Nov. Pet.* m. *Her.* | statum **V** *corr. m3* | mallo **V** *corr. m3* || **16** ambiti **VE***m2 A* ambitu **E** (*?*) *SB* ambitioso *G* || **17** ponunt *BG* | subdant **VE** sudant **V***m3* **E***m2* (*in marg.*) *SBAG* | in *del. Nov.* | colli *BG* || **17.18** inserta singulis **VE** exerta s. *BAG* insertas cingulis *Val. in adn.* i. iugulis *Gron.* (**W***m2*) || **18** adnectant **V** (d *ex* t *m2*) *BA* (ann-) *G* adiectant **E** adnectunt *Gron.* | nimia (i *pr. supra* e *m2*) **V** || **18. 19** per pia uilis expectantes **V***m2* (*add. in lac. 24 litt.*) **E** peruia filis extantes *BAG* perflabiles expandentes eas *Val.* explicantes eas *Btl. Tr.* exsertantes *Troß* exceptantes *Her.* perflabiles, e. manuum *Pighi* expandentes *def. Češka* || **19** acogitationibus **VE** agitationibus **E***m2 Val. in adn.* a locis omnibus *BAG* || **20** perspicua *BAG* | effricacae **V** effricate **E** effigiatae *SBAG* || **21** querente **VE***A* quaerente *BG* || **22** seuerate **V** *corr. m3* || **23** ferocium **V** feracium **E***BAG* || **24** solum **V** solem *G* || **25** ista *BG*

mentorum uilitate gregariis militibus discrepantes opposita cuncta
11 superasse uirtute. hac ex causa collaticia stipe Valerius humatur ille
Publicola et subsidiis amicorum mariti inops cum liberis uxor alitur
Reguli et dotatur ex aerario filia Scipionis, cum nobilitas florem ad-
ultae uirginis diuturnum absentia pauperis erubesceret patris.
12 At nunc si ad aliquem bene nummatum tumentemque ideo ho-
nestus aduena salutatum introieris primitus, tamquam exoptatus
suscipieris et interrogatus multa coactusque mentiri miraberis num-
quam antea uisus summatem uirum tenuem te sic enixius obseruan-
tem, ut paeniteat ob haec bona tamquam praecipua non uidisse ante
13 decennium Romam. hacque affabilitate confisus cum eadem postridie
feceris, ut incognitus haerebis et repentinus hortatore illo hesterno ...
numerando, quí sis uel unde uenias diutius ambigente. agnitus uero
tandem et ascitus in amicitiam, si te salutandi assiduitati dederis
triennio indiscretus et per totidem dierum defueris tempus, reuerteris
ad paria perferenda, nec, ubi esses, interrogatus et, ni inde miser
discesseris, aetatem omnem frustra in stipi te conteres summittendo. /
14 cum autem commodis interuallata temporibus conuiuia longa et
noxia coeperint apparari uel distributio sollemnium sportularum, /
anxia deliberatione tractatur, an exceptis his, quibus uicissitudo debe-

1 a *ante* gregariis *add. AG* || 2 hic **VE** hinc *BAG* hac **E***m2 (?) Eyss.* | causa *om. BAG* | humator **V** *corr. m3* || 3 inobs **V** | liberas ♂ **V** || 4 reguli *add.* **V***m2 in lac. 10 litt.* | dotatum rex **V** dotantur ex **E***BG* dotatur ex *A* | filii **V** filiae **E***BG* filia *A* | mobilitas **V** nubilitas **E** nobilitas *BAG* || 5 diuturnam **E***m2BAG* | absentiam **V** absentia *Val. in adn.* | erubisceret (i *ex* e *m2*) **V** || 6 ideo] loculis *BAG* || 7 inquoieris **VE** introiueris *BAG* || 7.8 exoptatum susciperis (*lac. 4 litt. in fin. us.*) **V** exoptatus suscipieris **E** e. susceperis *B* e. susciperis *AG* || 8 mirabiris ♂ **V** miraris *BG* || 9 desisse nixius **V** d. emixius **E** d. mixius *SA* d. mixus *B* te sic enixius *G* || 10 praeniteat **VE** prae te feras *BA* poeniteat *G* | ob] ut **V** *om. G* ob *Val.* || 11 Romam hac quae **VE** Romae. Hac quoque *BA* Romanaque *G* || 12 ut incognitus herebis **V***m2* (*add. in lac. 21 litt. super eadem erasa*) **E** ut i. haeres *BG* ut i. haerebus *A* | hortatores **VE** hortator *BA* hortatore *G* || 12.13 hesterno (*lac. 5 litt.*) numerando **VGE** (*sine lac.*) h. dies numerando *BA* demirando *Loisel.* (*Gron.*) uaria enumerando *uel* foenera n. *Wagn.* te non numerando *Pet.* nunc mirando *Her.* clientes numerando *Cl. in app.* suos enumerando *Rolfe prob. Demandt* nummos e. *De Moulines* (*Pighi*) || 14 in — salu- *add.* **V***m2 in lac. 21 litt. super eadem erasa* | adsiduitate **V***BAG* assiduitati **E** *Hadr. Val.* || 15 dierum *uel* mensium *add. Val. in adn.* mensium *def. Dederichs* | tempus *om. SBAG* || 16 sparia **V** spatia **E** paria *SBAG* | et non temisero **V***m2* (*add. in lac. 10 litt.*) **E** et non e medio *BA* et num è medio *G* et ni inde miser *Nov.* et ni ante miser *Tr.* et ni tandem (isero = dierum *l. 15*) *Her.* et ni inde uel sero *Cl. in app.* || 17 om*nem (*fu.* o) **V** | frustram stipite **V** (frustram s *add.* **V***m2 in lac. 9 litt.*) frustra st. **E** frustra in st. *SBAG* stipi te *Demandt* || 18 cum autem commotus *add.* **V***m2 in lac. 15 litt.* commotus *om. G* commodis *Val. in adn.*

tur, peregrinum inuitari conueniet et, si digesto plene consilio id placuerit fieri, is adhibetur, qui pro domibus excubat aurigarum aut artem tesserariam profitetur aut secretiora quaedam se nosse confingit. homines enim eruditos et sobrios ut infaustos et inutiles uitant / 15 eo quoque accedente, quod et nomenculatores assueti haec et talia uenditare mercede accepta lucris quosdam et prandiis inserunt subditicios ignobiles et obscuros.

Mensarum enim uoragines et uarias uoluptatum illecebras, ne lon- 16 gius progrediar, praetermitto illuc transiturus, quod quidam per ampla spatia urbis subuersasque silices sine periculi metu properantes equos uelut publicos signatis quod dicitur calcibus agitant familiarium agmina tamquam praedatorios globos post terga trahentes ne Sannione quidem, ut ait comicus, domi relicto. quos imitatae matronae complures opertis capitibus et basternis per latera ciuitatis cuncta discurrunt. utque proeliorum periti rectores primo cateruas densas 17 opponunt et fortes, deinde leues armaturas, post iaculatores ultimasque subsidiales acies, si fors adegerit, iuuaturas, ita praepositis urbanae familiae suos pense digerentibus sollicite, quos insignes faciunt uirgae dextris aptatae, uelut tessera data castrensi iuxta uehiculi frontem omne textrinum incedit; huic atratum coquinae iungitur ministerium, dein totum promisce seruitium cum otiosis plebeiis de uicinitate coniunctis; postrema multitudo spadonum a senibus in pueros desinens obluridi distortaque liniamentorum compage deformes, ut, quaqua incesserit quisquam, cernens mutilorum hominum agmina detestetur memoriam Semiramidis reginae illius ueteris, quae teneros mares castrauit omnium prima uelut uim iniectans naturae / eandemque ab instituto cursu retorquens, quae inter ipsa oriundi

1 pleno ♂V || 3 noscere *SBG* || 4.5 uitante V*B* uirtute E uitant *AG* uitant eo *Val.* || 5 nomenclatores *BAG* || 6 lucris] coenis *BAG* | subditios V subdititios E*SBAG* || 9 quot V quo E quod *SBAG* | per** (*fu.* li) V || 9.10 ampla – periculi *add.* V*m2 in marg.* || 10 properanter V properantes *Hadr. Val.* || 11 signatis] ferratis *Btl.* ignitis *Pet.* | calcis VE*A* calceis *BG* calcibus *Btl. Tr.* || 13 quos emit ate V quos imitatae E *Val.* quo comitatu *BAG* || 14 capitibus] carpentis *Btl. Haupt* carpentibus *Pet.* | later*a (*fu.* i) V || 16 armaturos ♂V || 17 inuasuras *SBAG* || 18 suspensae V suis pensa *Pet.* sua pensa *Haupt* suspense... et sollicite *Nov.* (*cf. 25, 2, 3*) suos pense *Karau/Ulmann* | sollicitae V solicite E*BAG* || 19 dexteris VE*B* dextris *AG Cl. c. c.* || 20 omnem et extrinum incidit VE (*om.* omnem) omnem et externum incidit *SBA* (incedit) omne textrinum incedit *G* | adiungitur *SBAG* || 21 deinde *SBAG* || 22 uici*nitate (*fu.* i; i *alt. add. m2*) V | coniunctes (♂) post trema V || 23 desinent *B* | oblurida *BA* coloris obluridi *G* | deformis *AG* || 27 eundemque V eandemque E*BAG*

crepundia per primigenios seminis fontes tacita quodam modo lege uias propagandae posteritatis ostendit.

18 Quod cum ita sit, paucae domus studiorum seriis cultibus antea celebratae nunc ludibriis ignauiae torpentis exundant uocabili sonu perflabili tinnitu fidium resultantes. denique pro philosopho cantor et in locum oratoris doctor artium ludicrarum accitur et bibliothecis sepulchrorum ritu in perpetuum clausis organa fabricantur hydraulica / et lyrae ad speciem carpentorum ingentes tibiaeque et histrionici gestus instrumenta non leuia.

19 Postremo ad id indignitatis est uentum, ut, cum peregrini ob formidatam haud ita dudum alimentorum inopiam pellerentur ab urbe praecipites, sectatoribus disciplinarum liberalium impendio paucis / sine respiratione ulla extrusis tenerentur mimarum asseculae ueri, quique id simularunt ad tempus, et tria milia saltatricum ne interpellata
20 quidem cum choris totidemque remanerent magistris. et licet, quocumque oculos flexeris, feminas affatim multas spectare cirratas, / quibus, si nupsissent, per aetatem ter iam nixus poterat suppetere liberorum, ad usque taedium pedibus pauimenta tergentes iactari uolucriter gyris, dum exprimunt innumera simulacra, quae finxere fabulae theatrales.

21 Illud autem non dubitatur, quod cum esset aliquando uirtutum omnium domicilium Roma ingenuos aduenas plerique nobilium ut Homerici bacarum suauitate Lotophagi humanitatis multiformibus offi-
22 ciis retentabant. nunc uero inanes flatus quorundam uile esse, quidquid extra urbis pomerium nascitur, aestimant praeter orbos et caelibes nec credi potest, qua obsequiorum diuersitate coluntur homines
23 sine liberis Romae. et quoniam apud eos ut in capite mundi morborum

1 fortes **VE** fontes *BAG* || 4 lidibriis ♂ **V** | torrentes **V** torpentis *Hadr. Val.* | uocabuli **V** uocali **E***BAG* uocabili *Pet.* || 4. 5 perflauili tinnitum (m *del. m2*) **V** perflabili cantu *B* p. tinnitu *A* p. tinnitu sono uocali *tr. G* uocali sono ac p. tinnituque *Val. in adn.: asynd. def. Blomgren* || 6 bybliothecus **V** bibliotecis **E***B* bibliothecis *AG* || 8 de speciem carp[entorum] (p *ex* b) **V** in sp. c. **E***m2* ad sp. c. *BAG* || 10 indignitis ♂ **V** | formidatam *ex* formauatam (*?*) **V** || 11 ita *add.* **V***m2* || 12 praecipit esse catoribus **V** praecipites sectatores **E** praecepit esse auctoribus *B* praecipites, sectatoribus *AG* || 13 minimarum adsaeculae **VE** (asseclae) Mimmarum asseclae *BA* mimarum a. b_2G || 14 ne] cum ne **V***BA* cum **E** ne *G* || 17 [si] **V** | ter iam nixius **V** ter iam nixus **E***BAG* ter iam enixis ius *Momms. prob. Nov. Seeck* || 18 terge[n]tis **VE** tergenteis *BG* terentes *A* tergentes *Val.* || 18. 19 iactare uoluetur cyris **V** iacturae u. c. **E** iactare uolubilibus gyris *B* iactari u. g. *AG* i. uolucribus gyris *Val. in adn.* uolucriter *Gron.* || 19 innumeras **VE** innumera **E***m2SBAG* || 27 quō puteos **VE** qui patres sunt his *BA* quoniam apud eos *G* | mundiorum **VE** mendicorum *BA* mundi morborum *G*

acerbitates celsius dominantur, ad quos uel sedandos omnis professio medendi torpescit, excogitatum est adminiculum sospitale, ne qui amicum perferentem similia uideat, additumque est cautionibus paucis remedium aliud satis ualidum, ut famulos percontatum missos, quem ad modum ualeant noti hac aegritudine colligati, non ante recipiant domum, quam lauacro purgauerint corpus. ita etiam alienis oculis uisa metuitur labes. sed tamen haec cum ita tutius obseruentur, quidam uigore artuum imminuto rogati ad nuptias, ubi aurum dextris manibus cauatis offertur, impigre uel usque Spoletium pergunt. haec nobilium sunt instituta. 24

Ex turba uero imae sortis et paupertinae in tabernis aliqui pernoctant uinariis, nonnulli sub uelabris umbraculorum theatralium latent,/ quae Campanam imitatus lasciuiam Catulus in aedilitate sua suspendit omnium primus; aut pugnaciter aleis certant turpi sono fragosis naribus introrsum reducto spiritu concrepantes; aut, quod est studiorum omnium maximum, ab ortu lucis ad uesperam sole fatiscunt uel pluuiis per minutias aurigarum equorumque praecipua uel delicta scrutantes. et est admodum mirum uidere plebem innumeram mentibus ardore quodam infuso e dimicationum curulium euentu pendentem. / haec similiaque memorabile nihil uel serium agi Romae permittunt; / ergo redeundum ad textum. 25 26 27

Latius iam disseminata licentia onerosus bonis omnibus Caesar / nullum post haec adhibens modum orientis latera cuncta uexabat / nec honoratis parcens nec urbium primatibus nec plebeiis. denique 7 2

1 aceruitatis **VE** acerbius *BA* acerbitates *G* | sidandos omnes **V***B* (sed-) sedandos omnis **E***AG* || 2 torrescit **VE***B* torpescit *AG* | ne quis *BAG* || 3 cautionibus **V** *def. Pet.* cautioribus *Btl.* | pauidis *Pet.* || 4 ut *add. Lind.* || 5 non haec **V** non hac **E***BA* noti hac *G* || 9 dexteris *SBG* | inpiger **VE***BA* impigre **E***m2* (*in marg.*) *G* | perdunt **V** pergunt **E***AG* perducit *SB* || 10 est **VE** *om. BAG* sunt *Kießl.* || 11 in me sortes **V** imae sortes **E** Mimae fortes *BA* imae sortis *G* | pernuctant **V** pernoctantur **E** pernoctantes *BA* pernoctant *G* || 12 [ul]ariis **V** uinariis **E***m2* (*in marg.*) *G* atriis *SBA* | non nullis **V***BA* nonnulli **E***G* n. sub *Her.* || 13 lascrilam **VE** lasciuiam **E***m3BAG* | c[a]tulus **V** || 14 certanturpisono **V** certant pisono **E** artantur pilam *B* certant, turpi sono *AG* | [n]aribus **V** || 16 abortulus **VE** ab ortu lucis **E***m2* (*in marg.*) *Lind.* ab ortu *BAG* || 17 perminuas **VE** praemia *BAG* per minutias *Lind.* | praecipua uel dedita *SB* uel praecipuas delicias *G* || 19 infiso cum **V** infixo cum **E** infuso cum *SBAG* i. e *Cl.* | currulium *ex* currilium **V** currulium **E** currilium *SBA* curulium b_2G || 20 et similia quae **VE***B* et similia *A* similiaque *G: tradita tuetur Her. coniungens cum* pendentem *uel* perpendentem; *pleon. reiec. Löfst.* || 21 at **V** ad **E***AG* est ad *SB* || 22 dissimulata **VE***AG* dixi. multa *SB* disseminata *Val. in adn.* | onerosos **V** onerosus **E***AG* onerosis *SB* || 23 h[aec] **V**

Antiochensis ordinis uertices sub uno elogio iussit occidi ideo efferatus, quod ei celebrari uilitatem intempestiuam urgenti, cum impenderet inopia, grauius rationabili responderunt; et perissent ad unum, /
3 ni comes orientis tunc Honoratus fixa constantia restitisset. erat autem diritatis eius hoc quoque indicium nec obscurum nec latens, quod ludicris cruentis delectabatur et in circo sex uel septem aliquotiens deditus certaminibus pugilum uicissim se concidentium perfusorumque
4 sanguine specie ut lucratus ingentia laetabatur. accenderat super his incitatum propositum ad nocendum aliqua mulier uilis, quae ad palatium (ut poposcerat) intromissa insidias ei latenter obtendi prodiderat a militibus obscurissimis. quam Constantina exsultans ut in tuto iam locata mariti salute muneratam uehiculoque impositam per regiae ianuas emisit in publicum, ut his illecebris alios quoque ad indi-
5 canda proliceret paria uel maiora. post haec Gallus Hierapolim profecturus, ut expeditioni specie tenus adesset, Antiochensi plebi suppliciter obsecranti, ut inediae dispelleret metum, quae per multas difficilesque causas affore iam sperabatur, non ut mos est principibus, / quorum diffusa potestas localibus subinde medetur aerumnis, disponi quidquam statuit uel ex prouinciis alimenta transferri conterminis, / sed consularem Syriae Theophilum prope astantem ultima metuenti multitudini dedit id assidue replicando, quod inuito rectore nullus
6 egere poterit uictu. auxerunt haec uulgi sordidioris audaciam; et cum ingrauesceret penuria commeatuum, famis et furoris impulsu Eubuli cuiusdam inter suos clari domum ambitiosam ignibus subditis inflammauit rectoremque ut sibi iudicio imperiali addictum calcibus incessens et pugnis conculcans seminecem laniatu miserando discerpsit. /

1 antichisis **VE** antiochensis **E***m2* (*in marg.*) *Lind.* Antiochiae *BAG* | uerticis **VE** uerendi duces *BAG* uertices *Lind.* || 2 celebrari **V** *def. Frassinetti* celerari *Wagn. Troß* || 3 perisset *SBG* || 4 onoratus **V** || 5 ɔ **V** *om.* **E** eius *SBAG* | ludricis **VE** ludicris *SBAG* || 6 uetitus **VE** (intentus *m2 in marg.*) uetitis *SBAG* deditus *Pet.* || 7 pugillum **VE** pugilum *SBAG* || 8 accederat **V** accedebat **E***B* accenderat **E***m2 Val.* accendebat *AG* || 10 poposcerit **V***BA* poposcerat **E***G* poposcit *Her.* | insidia se in **V** insidias in se **E** insidiei *B* insidias ei *AG* || 11 constantia **VE** Constantius *B* Constantina *AG def. Karau* | toto **V** tota **E** thoro *B* tuto *AG* || 13 is **V** his **E** iis *SBAG* || 14 pa*ria (*fu.* t) **V** | ierapolim **V** || 15 antiochem si **V** Antiochensi **E***BAG* | simpliciter *SBG* || 17 et **V** est **E***SBAG* | principibus (p *alt. ex* b) **V** || 18 locabilis **VE***BA* localibus **E***m3G* || 19 quisquam **V***B* quicquam **E***AG* || 21 multutudini dediti **V** multitudini dedit **E***G* multitudine deditum *SBA* (-dini) multitudini dedidit *Btl. Momms.* m. dedit id *Eyss.* | neplicando **V** replicando **E***SBAG* || 23 p*enuria (*fu.* a) commeatuum **fames **V** penuria commeatuum famis **E***A* p. c. fames *BG* | furor *BG* | eubi*li **V** (*fu.* l) **E** Cubuli *SB* Eubuli *AG* || 25 incesses **V** incessens **E***SBAG* || 26 laniatum **VE** laniatu *BAG*

post cuius lacrimosum interitum in unius exitio quisque imaginem periculi sui considerans documento recenti similia formidabat. eodem 7
tempore Serenianus ex duce, cuius ignauia populatam in Phoenice Celsein ante rettulimus, pulsatae maiestatis imperii reus iure postulatus
5 ac lege incertum qua potuit suffragatione absolui aperte conuictus / familiarem suum cum pilleo, quo caput operiebat, incantato uetitis artibus ad templum misisse fatidicum quaeritatum praesagia, an ei firmum portenderetur imperium ut cupiebat et tutum. duplexque 8
isdem diebus acciderat malum, quod et Theophilum insontem atrox
10 interceperat casus et Serenianus dignus exsecratione cunctorum / innoxius modo non reclamante publico uigore discessit.

Haec subinde Constantius audiens et quaedam referente Thalassio 9
doctus, quem obisse iam compererat lege communi, scribens ad Caesarem blandius adiumenta paulatim illi subtraxit sollicitari se simu-
15 lans, ne † uitiae militare otium fere tumultuosum in eius perniciem conspiraret, solisque scholis iussit esse contentum palatinis et protectorum cum Scutariis et Gentilibus et mandabat Domitiano, ex comite largitionum praefecto prouecto, ut, cum in Syriam uenerit, Gallum, quem crebro acciuerat, ad Italiam properare blande hortaretur uere-
20 cunde. qui cum uenisset ob haec festinatis itineribus Antiochiam, / 10
praestrictis palatii ianuis contempto Caesare, quem uideri decuerat, / ad praetorium cum pompa sollemni perrexit morbosque diu causatus / nec regiam introiit nec processit in publicum, sed abditus multa in eius moliebatur exitium addens quaedam relationibus superuacua, /
25 quas subinde mittebat ad principem. rogatus ad ultimum admissus- 11
que in consistorium ambage nulla praegressa inconsiderate et leuiter „proficiscere“, inquit, „ut praeceptum est, Caesar, sciens, quod, si cessaueris, et tuas et palatii tui auferri iubebo prope diem annonas“./ hocque solo contumaciter dicto subiratus abscessit nec in conspectum

3 ex ducis *S* ex Dacis *BA* || 3.4 celse inante **V** Celsem ante **E** Coelen a. *BAG* || 5 a[c l]ege **VE** a lege *SBAG* || 7 praesa anei (i *add. m2?*) **VE** expresse an ei *BAG* praesagia **W***m2***N***m2* praesagium *Hertz* praesagiis *Corn.* praesagio *Tr.* || 8 cūtum **V** cunctum **E***BA* iunctum *G* tutum *C. F. W. M.* cautum *Corn. Pet.* || 10 intercepit *SBAG* | senianus **V** Serenianus **E***SBAG* || 13 quē mouisse **VE** quem m. *SG* quae m. *BA* quem obisse *Lind. prob. Seeck* || 15 uitiae militare **V** uitae militaris **E** quod militare *BAG* uti est m. *Val. in adn. def. Češka* ut est m. *Momms. Bae.* || 18 prouecto *om.* **E***BAG* || 19 acciperat **V** acceperat **E***SBAG* acciuerat *Val. in adn.* | uerecundae **V** uerecundeque **E** et uerecunde *BAG asynd. def. Blomgren* || 22 morboque *BG* | uexatus *BG* || 25 quas] quae *BAG* | dimittebat **V** mittebat *Pet.* | ad[1]] at **V** ad **E***SBAG* || 28 iubeo *SBG*

12 eius postea uenit saepius arcessitus. hinc ille commotus ut iniusta perferens et indigna praefecti custodiam protectoribus mandauerat fidis. quo comperto Montius tunc quaestor, acer quidem, sed ad lenitatem propensior, consulens in commune aduocatos palatinarum primos scholarum allocutus est mollius docens nec decere haec fieri nec prodesse addensque uocis obiurgatorio sonu, quod, si id placuerit, post statuas Constanti deiectas super adimenda uita praefecto con-
13 ueniet securius cogitari. his cognitis Gallus ut serpens appetitus telo uel saxo iamque spes extremas opperiens et succurrens saluti suae quauis ratione colligi omnes iussit armatos et, cum starent attoniti, / 1
14 districta dentium acie stridens, „adeste", inquit, „uiri fortes, mihi periclitanti uobiscum. Montius nos tumore inusitato quodam et nouo / ut rebelles et maiestati recalcitrantes Augustae per haec, quae strepit, incusat iratus nimirum, quod contumacem praefectum, quid rerum ordo postulat, ignorare dissimulantem formidine tenus iusserim custo-
15 diri." nihil morati post haec militares auidi saepe turbarum adorti sunt Montium primum, qui deuertebat in proximo, leui corpore senem atque morbosum et hirsutis resticulis cruribus eius innexis / diuaricatum sine spiramento ullo ad usque praetorium traxere prae-
16 fecti. et eodem impetu Domitianum praecipitem per scalas itidem funibus constrinxerunt eosque coniunctos per ampla spatia ciuitatis / acri raptauere discursu. iamque artuum et membrorum diuulsa compage superscandentes corpora mortuorum ad ultimam truncata de-
17 formitatem uelut exsaturati mox abiecerunt in flumen. incenderat autem audaces usque ad insaniam homines ad haec, quae nefariis egere conatibus, Luscus quidam curator urbis subito uisus eosque ut heiu-

1 ɔ VE eius *A om. SBG* | arcersitus V *def. Heilmann* accersitus E*SBAG* arcessitus *Val.* | iniusta *ex* iniuste V || 3 afen V afer E *Btl.* asper *BAG* uafer *Val. in adn.* (*Nm2*) acer *Gron.* || 5 dicens *SBAG* || 6 uoces V uocis *Val.* | obiurgat*orio (*fu.* i) V | sono E*SBAG* | placere V placeret E*SBAG* placuerit *Cl.* || 7 constantini V Constantii *Val.* Constanti *Harmon c. c.* | adimentia VE*B* adimenda *AG* || 8 *securius (*fu.* a) V || 9 succurrae V succurrere E succurrens *SBAG* || 10 collegi V colligi E*SBAG* || 11 adest VE adeste *SBAG* || 12 uobiscommo*tius (*fu.* n) V uobiscum moritius E uobis Montius *B* uobiscum Montius *AG* || 13 recalcitantes V recalcitrantes E*SBAG* || 14 incausat VE incusat *BAG* || 16 militaris V militares E*BAG* | auidi saepe turbarum *om.* E a. spe t. *BA* semper *Kießl.* || 18 atquē ordo sumet VE (adq-) ad quem onerosum *BA* atque morbosum et *G* | ɔ V *om.* E*B* eius *AG* || 22 parauere discur[si] amque V p. discursu iamque E*BA* raptauere d. i. *G* || 24 exsaturatio V exsaturati E*B* exaturati *AG* exsaturati odio *Her.* (*cf. Verg. Aen. 7, 298*) | mox *om. SBG* | plumen V flumen E*SBAG* || 26–p. 21, 1 eosque – expediendum *add.* V*m2 in marg.* (*ras. 3 litt. in textu*) eosque ut eiulans E cumque eo ut Emilaus *B* cumque eo Utenilaus *A* cumque eo Sthenelaus *G*

lans baiulorum praecentor ad expediendum, quod orsi sunt, incitans uocibus crebris. qui haud longe postea ideo uiuus exustus est.

Et quia Montius inter dilancinantium manus spiritum efflaturus / 18
Epigonum et Eusebium nec professionem nec dignitatem ostendens /
aliquotiens increpabat, aequisoni his magna quaerebantur industria /
et, ne quid intepesceret, Epigonus e Cilicia philosophus ducitur et
Eusebius ab Emesa Pittacas cognomento concitatus orator, cum
quaestor non hos, sed tribunos fabricarum insimulasset promittentes
armorum, si nouae res agitari coepissent. isdem diebus Apollinaris 19
Domitiani gener paulo ante agens palatii Caesaris curam ad Mesopo-
tamiam missus a socero per militares numeros immodice scrutabatur, /
an quaedam altiora meditantis iam Galli secreta susceperint scripta; /
qui compertis Antiochiae gestis per minorem Armeniam lapsus Con-
stantinopolim petit exindeque per protectores retractus artissime
tenebatur.

Quae dum ita struuntur, indicatum est apud Tyrum indumentum 20
regale textum occulte incertum quo locante uel cuius usibus appara-
tum. ideoque rector prouinciae tunc pater Apollinaris eiusdem nominis
ut conscius ductus est aliique congregati sunt ex diuersis ciuitatibus
multi, qui atrocium criminum ponderibus urguebantur.

Iamque lituis cladum concrepantibus internarum non celate ut 21
antea turbidum saeuiebat ingenium a ueri consideratione detortum /
et nullo impositorum uel compositorum fidem sollemniter inquirente /
nec discernente a societate noxiorum insontes uelut exturbatum e iudi-
ciis fas omne discessit; et causarum legitima silente defensione car-
nifex rapinarum sequester et obductio capitum et bonorum ubique
multatio uersabatur per orientales prouincias; quas recensere puto
nunc opportunum absque Mesopotamia iam digesta, cum bella Par-

2 ha[nc] **VE** haud *SBAG* | ideo* (*fu.* q) **V** || 3 dilatinantium **V** dilaniantium **E***SBAG* dilancinantium *Lind.* || 5 increpabant **V** increpabat **E***BAG* | qui sint (*add. m2 super lin.*) hi* (*fu.* s) **V** qui s. in **E** qui s. hi *BAG* aequisoni his *Tr.* | querebatur **E** quaerebatur *SBAG* || 6 haec licia **V** elicia **E** e Lycia *BAG* e Cilicia *Cl. Her.* || 7 abdimissa (b *supra* d) pitt[acas] **V** ab edessa re pictacas (re *del. m2*) **E** ab dimissa pietatis *S* e Mysia p. *BAG* ab Emissa pittacas *Val.* || 9 armorum uim *Btl. Pet.* a. custodiam *Momms.* | noueres **V** moneret **E** noue res *S* nouae res *BG* nouas res *A* uim si *Btl. Pet.* | conpissent **V** coepissent **E***G* comperissent *SBA* || 11 missos **V** missus **E***BAG* || 12 meditantes **VE***B* meditantis **E***m2AG* | susciperint **V** susceperint **E***G* susceperant *SB* susceperit *A* || 14 exinde quae **V** exindeque per **E***m2G* exinde per *BA* || 18 que *add.* **V***m2 super lin. om. G* | apollonaris **V** Apollinaris **E***SBAG* || 21 interuarum **V** internarum **E***SBAG* | concelatae **V** non celate *G* concitate *Her.* || 22 saeuiebant **V** saeuiebat *G* || 25 legitimas silentes **V** l. silens *BA* legitima silente *G* || 28 mesopotamiam **V** Mesopotamia **E***SBAG* Mesopotamia, iam *Val.*

thica narrarentur, et Aegypto, quam necessario aliud reiciemus-
ad tempus.

8 Superatis Tauri montis uerticibus, qui ad solis ortum sublimius
attolluntur, Cilicia spatiis porrigitur late distentis diues bonis omni-
bus terra eiusque lateri dextro annexa Isauria pari sorte uberi pal-
mite uiret et frugibus multis, quam mediam nauigabile flumen Caly-
2 cadnus interscindit. et hanc quidem praeter oppida multa duae ciui-
tates exornant, Seleucia, opus Seleuci regis, et Claudiopolis, quam de-
duxit coloniam Claudius Caesar. Isaura enim antehac nimium potens /
olim subuersa ut rebellatrix interniciua aegre uestigia claritudinis
3 pristinae monstrat admodum pauca. Ciliciam uero, quae Cydno amni
exsultat, Tarsus nobilitat, urbs perspicabilis — hanc condidisse Per-
seus memoratur, Iouis filius et Danaes, uel certe ex Aethiopia pro-
fectus Sandan quidam nomine uir opulentus et nobilis — et Anazarbus
auctoris uocabulum referens et Mobsuestia, uatis illius domicilium
Mobsi, quem a commilitio Argonautarum, cum aureo uellere direpto
redirent, errore abstractum delatumque ad Africae litus mors repen-
tina consumpsit, et ex eo caespite Punico tecti manes eius heroici
4 dolorum uarietati medentur plerumque sospitales. hae duae prouin-
ciae bello quondam piratico cateruis mixtae praedonum a Seruilio
pro consule missae sub iugum factae sunt uectigales. et hae quidem
regiones uelut in prominenti terrarum lingua positae ab orbe eoo mon-
5 te Amano disparantur. orientis uero limes in longum protentus et
rectum ab Euphratis fluminis ripis ad usque supercilia porrigitur
Nili laeua Saracenis conterminans gentibus, dextra pelagi fragoribus
patens; quam plagam Nicator Seleucus occupatam auxit magnum in
modum, cum post Alexandri Macedonis obitum successorio iure te-

1 (*lac. 5 litt.*) rentur **V** gererentur **E** instent *BA* dicerentur *G* narrarentur *Her. Cl.* | reici (*lac. 4 litt.*) **V** reieci **E***G* rei referam *BA* reiciemus *Tr.* || 4 destentis *ex* distentis (*m2*) **V** distentis **E***SBAG* || 5 sonte **V** sorte **E***SBAG* || 6 uiret *ex* uiget **V** || 8 eduxit **V** deduxit *G* || 9 caesaris aurenimante hac (*ex* han) **V** Caesar Isauria enim antehac **E** (Isaurie) *AG* C. I. non ut ante hac *B* Isaura *Val.* | nemium **V** nimium **E***A* moenium *SBG* || 11 ciliam **V** *corr. m3* | amne **E***BAG* || 12 nobilitate perspicabilis *SBG* || 13 danais **V** Danaes *BAG* | aethio prouectus **V** Aethiopia profectus *BAG* || 15 mobsu (mopsus *m3*) estiauatis **V** mopsu e. **E** *om. S* (*lac. 15 litt.*) *BG* Mopsuhestia, uatis *A* || 16 mopsi *ex* mobsi **V***m3* Mopsi **E***BAG* | bellere **V** uellere **E***SBAG* || 16.17 direptore direm terrore **V** direpto redirent errore **E** *Val.* (**N**) direptore diem terrore *BA* direpto reducem et errore *G* || 17 que *om. SBAG* || 18 herotici **V** heroici *G* || 19 uarietatim odentur **V** uarietate medentur **E** uarietatum odentur *SBA* uarietati medentur *G* | prouintiae **V** || 21 haec **V** hae **E***BAG* || 22 urbe eo **V***B* u. et **E***A* orbe eo *G* o. eoo *Val.* || 24 eufrate **V** Euphratis **E***BAG* || 26 plaga *ex* plagam (*m3*) **V** plagam **E***SBAG* | nicanor *ex* nicator (*m3*) **V** nicator *G*

neret regna Persidis, efficaciae impetrabilis rex, ut indicat cognomentum. abusus enim multitudine hominum, quam tranquillis in rebus 6
diutius rexit, ex agrestibus habitaculis urbes construxit multis opibus firmas et uiribus, quarum ad praesens pleraeque, licet Graecis
5 nominibus appellentur, quae isdem ad arbitrium imposita sunt conditoris, primigenia tamen nomina non amittunt, quae eis Assyria lingua institutores ueteres indiderunt.

Et prima post Osdroenam, quam, ut dictum est, ab hac descriptione 7
discreuimus, Commagena, nunc Euphratensis, clementer assurgit, /
10 Hierapoli, uetere Nino, et Samosata ciuitatibus amplis illustris.

Dein Syria per speciosam interpatet diffusa planitiem. hanc nobili- 8
tat Antiochia, mundo cognita ciuitas, cui non certauerit alia aduecticiis ita affluere copiis et internis, et Laodicea et Apamea, itidemque Seleucia, iam inde a primis auspiciis florentissimae.

15 Post hanc acclinis Libano monti Phoenice, regio plena gratiarum 9
et uenustatis, urbibus decorata magnis et pulchris; in quibus amoenitate celebritateque nominum Tyros excellit, Sidon et Berytus isdemque pares Emesa et Damascus saeculis conditae priscis. has autem 10
prouincias, quas Orontes ambiens amnis imosque pedes Cassii montis
20 illius celsi praetermeans funditur in Parthenium mare, Gnaeus Pompeius superato Tigrane regnis Armeniorum abstractas dicioni Romanae coniunxit.

Vltima Syriarum est Palaestina per interualla magna protenta / 11
cultis abundans terris et nitidis et ciuitates habens quasdam egregias, /
25 nullam nulli cedentem, sed sibi uicissim uelut ad perpendiculum aemulas: Caesaream, quam ad honorem Octauiani principis exaedificauit Herodes, et Eleutheropolim et Neapolim, itidemque Ascalonem Gazam aeuo superiore exstructas. in his tractibus nauigerum nusquam 12
uisitur flumen et in locis plurimis aquae suapte natura calentes emer-
30 gunt ad usus aptae multiplicium medelarum. uerum has quoque re-

3 ex] et **E** *SBG* || **8** discretione **V** *BA* descriptione **E** *G* || **9** discernimus *SBG* || **10** ueterennino **V** uetere Nino **E** (ninno) *G* ueterrimo *BA* | amplis et inlustris **V** *B def. Seeck* amplis illustris **E** *AG* a. et ualidis i. *Pet.* || **11** spatiosam *BAG def. Pet.* || **13** afluere **V** adfluere **E** *SBAG* || **14** seleuciam **V** Seleucia **E** *SBAG* S., iam *Val.* S. omnes iam *Her.* || **15** atclinis **V** acliuis **E** accliuis *SBAG* acclinis *Btl.* || **17** hominum *Kell.* | beratus **V** *corr. m3* (*m2?*) || **18** et *post* Emesa *add. A* ac *Pet., asynd. def. Blomgren* | condita **V** conditae *G* || **19** orontis **VE** *B* Orontes *AG* | unoque pede *B* imoque p. *G* || **20** parthemium **V** in Parthenium **E** *Lind.* Parthenium *SBAG* || **21** ditioni **V** || **23. 24** protentaculis **VE** portentuosis *B* protenta, cultis *AG* || **26** honor (*lac. 1 litt.*) **V** honorem **E** *SBAG* || **27** ascalone *ex* -nae **V** Ascalonem **E** *BAG* Ascalona et *Her.* || **29** emergent **V** emergunt **E** *B AG* || **30** apti **V** aptae **E** *BAG* | medullarum **V** *corr. m3* | qu[o]que **V** que **E** quoque *BAG*

giones pari sorte Pompeius Iudaeis domitis et Hierosolymis captis in prouinciae speciem delata iuris dictione formauit.

13 Huic Arabia est conserta, ex alio latere Nabataeis contigua, opima uarietate commerciorum castrisque oppleta ualidis et castellis, quae ad repellendos gentium uicinarum excursus sollicitudo peruigil uetterum per opportunos saltus erexit et cautos. haec quoque ciuitates habet inter oppida quaedam ingentes, Bostram et Gerasam atque Philadelphiam, murorum firmitate cautissimas. hanc prouinciae imposito nomine rectoreque attributo obtemperare legibus nostris / Traianus compulit imperator incolarum tumore saepe contunso, cum glorioso Marte Mediam urgeret et Parthos.

14 Cyprum itidem insulam procul a continenti discretam et portuosam/ inter municipia crebra urbes duo faciunt claram, Salamis et Paphus, altera Iouis delubris, altera Veneris templo insignis. tanta autem tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium eadem Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi indigenis uiribus a fundamento ipso carinae ad supremos usque carbasos aedificet onerariam nauem / 15 omnibusque armamentis instructam mari committat. nec piget dicere auide magis hanc insulam populum Romanum inuasisse quam iuste. / Ptolemaeo enim rege foederato nobis et socio ob aerarii nostri angustias iusso sine ulla culpa proscribi ideoque hausto ueneno uoluntaria morte deleto et tributaria facta est et uelut hostiles eius exuuiae classi impositae in urbem aduectae sunt per Catonem. nunc repetetur ordo gestorum.

9 Inter has ruinarum uarietates a Nisibi quam tuebatur accitus Vrsicinus, cui nos obsecuturos iunxerat imperiale praeceptum, dispicere litis exitialis crimina cogebatur, abnuens et reclamans adulatorum

1 domitisque regiones **V** domitis **E** *BAG* | captus **V** *corr. m3* || 2 prouincias reciem **V** prouinciae speciem **E** (spēm) *Val.* prouinciarum spēm **E***m2* p. speciem rectori *B* (spēm) *AG* | auris **V** iure **E** iuris *SBAG* || 3 consertu **V** *corr. m3* | laterinabatis **V** latere nabatteis **V***m3* l. Nabatheis *SBA* l. Nabataeis *G* || 4 conmertiorum **V** || 6 cautes **E** *Reines.* || 7 Gerazam *AG* || 8 filadelfia **V** Philadelphiam **E** *BAG* || 11 glorioso *ex* gloriosa **V** || 12 continendisque tam **V** continenti quam **E** c. quietam *BA* c. discretam *G* || 13 due **V***m3* (*m2 ?*) duae **E** *BAG* | pafuc **V** Pafos **E** Paphus *SBAG* || 14 ⊩ **V** *om.* **E** *SBA* autem *G* || 15 abundo **V** abundans **V***m3* **E** abundat *BAG* || 17 at suppremos **V** *corr. m3* | carbosos **V** carbasos **E** *SBAG* || 20 errarii **V** *corr.m3* || 22 delecto **V** *corr. m3* | aexubiae **V** excubiae **E** (c *del. m2*) exuuie *S* exuuiae *BAG* || 23 inpositae inposita* (*fu.* e; inposita *del.*) **V** | aduecta **V** aduectae **V***m3* **E** *AG* adductae *B* || 25 acrius *SBA* | Vrsicinus *add.* **E***m2* (*in lac. 10 litt.*) *Val.* (*ex cod. Fauchet.*) || 26 uinxerat *SBG* || 27 lites exitia lese (*lac. 2 litt.*) mina **V** l. e. lese maiestatis crimina **E** litis exitialis semina *G* l. e. crimina *Cl.* | adnuens **VE** abnuens **E***m2G* adimens *S* lucem adimens *BA*

oblatrantibus turmis, bellicosus sane milesque semper et militum ductor, sed forensibus iurgiis longe discretus, qui metu sui discriminis anxius, cum accusatores quaesitoresque subditiuos sibi consociatos / ex isdem foueis cerneret emergentes, quae clam palamue agitabantur, occultis Constantium litteris edocebat implorans subsidia, quorum metu tumor notissimus Caesaris exhalaret. sed cautela nimia in 2
peiores haeserat plagas, ut narrabimus postea, aemulis consarcinantibus insidias graues apud Constantium, cetera medium principem, sed si quid auribus eius huiusmodi quiuis infudisset ignotus, acerbum et implacabilem et in hoc causarum titulo dissimilem sui.

Proinde die funestis interrogationibus praestituto imaginarius iudex 3
equitum resedit magister adhibitis aliis iam, quae essent agenda, praedoctis et assistebant hinc inde notarii, quid quaesitum esset quidue responsum, cursim ad Caesarem perferentes; cuius imperio truci / stimulis reginae exsertantis ora subinde per aulaeum nec diluere obiecta permissi nec defensi periere complures. primi igitur omnium sta- 4
tuuntur Epigonus et Eusebius ob nominum gentilitatem oppressi. / praediximus enim Montium sub ipso uiuendi termino his uocabulis appellatos fabricarum culpasse tribunos ut adminicula futurae molitioni pollicitos. et Epigonus quidem amictu tenus philosophus, ut 5
apparuit, prece frustra temptata sulcatis lateribus mortisque metu admoto turpi confessione cogitatorum socium, quae nulla erant, fuisse firmauit, cum nec uidisset quidquam nec audisset, penitus expers forensium rerum; Eusebius uero obiecta fidentius negans suspensus in eodem gradu constantiae stetit latrocinium illud esse non iudicium clamans. cumque pertinacius ut legum gnarus accusatorem flagitaret 6
atque sollemnia, doctus id Caesar libertatemque superbiam ratus / tamquam obtrectatorem audacem excarnificari praecepit; qui ita euisceratus, ut cruciatibus membra deessent, implorans caelo iusti-

3 anxitus **V** anxius **E***SBAG* | subdititios *BAG* || **4** hisdem **V** iisdem **E***SB AG* | quaedam palam ue **E** quaedam quae palam *BG* || **6** nemia **V** *corr. m3* || **7.8** cons[ar]cinantibus insidiis **V** c. insidias **E***BAG* || **9** ɔ **V** *om.* **E***SBG* eius *A* | aceruum **V** *corr. m3* || **10** similem *SBA* || **12** aliis* (*fu.* q*?***V** || **14** trucestima **VE** trucis cum *A* trucis tum à *G* truci, ac *Val. in adn.* truci *Gdt.* || **15** exertantes aura **VE** exertantis aurem *G* exertantis ora *Nov. Her.* (*cf. Aen. 3, 425*) || **16** perire **VE** periere **E***m3BAG* || **17** erigonus **VE** origines *SB* (-ge-) Epigonus *AG* || **18** ⅄ **V** enim **E***SAG* | ip[s]o **V** || **19** appellatus **V** appellatos **E***BAG* | culpasset **V** culpasse **E***BAG* | militioni **V** melitioni **V***m3* (*?*) inditioni *SBA* ultioni *G* molitioni *Lind.* || **20** epigonius **V***B* Epigonus **E***AG* | tenens **V** tenus *BAG* | [ut] **V** || **23** qu[i]equam **V** | poenitus **VE** penitus *SBAG* || **25** cunctantia est et id **V** c. esset id **E** cunctatus est et id *B* c. extitit *A* c. est *G* constantiae stetit *Lind.* || **28** praecipit **V** praecepit **E***SBAG* || **29** us **V** iis *SB* ut **E***AG*

tiam toruum renidens fundato pectore mansit immobilis nec se incusare nec quemquam alium passus et tandem nec confessus nec confutatus cum abiecto consorte poenali est morte multatus. et ducebatur intrepidus temporum iniquitati insultans imitatus Zenonem, illum ueterem Stoicum, qui, ut mentiretur quaedam, laceratus diutius/ auulsam sedibus linguam suam cum cruento sputamine in oculos interrogantis Cyprii regis impegit.

7 Post haec indumentum regale quaerebatur et ministris fucandae purpurae tortis confessisque pectoralem tuniculam sine manicis textam Maras nomine quidam inductus est, ut appellant Christiani, diaconus; cuius prolatae litterae scriptae Graeco sermone ad Tyrii textrini praepositum celerari speciem perurgebant, quam autem non indicabant; denique etiam idem ad usque discrimen uitae uexatus / 8 nihil fateri compulsus est. quaestione igitur per multiplices dilatata fortunas, cum ambigerentur quaedam, nonnulla leuius actitata constaret, post multorum clades Apollinares ambo, pater et filius, in exsilium acti, cum ad locum Crateras nomine peruenissent, uillam scilicet suam, quae ab Antiochia uicensimo et quarto disiungitur la- 9 pide, ut mandatum est, fractis cruribus occiduntur. post quorum necem nihilo lenius ferociens Gallus ut leo cadaueribus pastus multa huiusmodi scrutabatur. quae singula narrare non refert, ne professionis modum, quod sane uitandum est, excedamus.

10 Haec dum oriens diu perferret, caeli reserato tepore Constantius consulatu suo septies et Caesaris iterum egressus Arelate Valentiam petit in Gundomadum et Vadomarium fratres Alamannorum reges arma moturus, quorum crebris excursibus uastabantur confines limi- 2 tibus terrae Gallorum. dumque ibi diu moratur commeatus opperiens,/ quorum translationem ex Aquitania uerni imbres solito crebriores pro-

1 coruum **V** toruum *BAG* || 7 interrogantes cyprim **V** interrogantis Cyprini **E***SBG* i. Cypri *A* i. Cyprii *Lind.* | inpigit **V** inpegit **E***SBAG* || 10 quidam nomine *tr.* **E***SBAG* || 11 prolatere scriptae **V** prolate rescriptae **E** pro latere scriptae *SBA* prolatae literae scriptae *G* | at **V** ad *G* || 12 propositum *G* | perurgebat **V** perurgebant *Hadr. Val.* || 13 indicabat **V** indicabant *Hadr. Val.* | usque ad *tr. BAG* || 17 crateras *ex* crateres **V** || 18 laride **V** lapide **E***SBAG* || 21 nec professiones **V** ne professionis **E***BAG* || 22 quod saeuitatum est excaedamus **V** quo seuitum est excedamus **E** quod euitatum est, exc. *BG* quod euitandum est, exc. *A* q. sane uitandum est, exc. *Corn. Tr.* || 23 tempore **V** tp̄e **E** tepore *BAG* || 24 consulatum **VE** (a *del.*) consulatu *BAG* | ter *Val. in adn.* || 25 in *add.* **V***m2* | gundoundum **V** Gundomadum *AG* | uade marium **V** Vadomarium **E***A* Vademarium *SBG* || 26 excursa **V** excursationibus **E** *Her.* excursibus *BAG* || 28 auer nimbres **V** hiberni imbres **E** aurei i. *B* aerei i. *A* Aruerni i. *G* uerni i. *Lind.* | probibant **V** prohibebant **E***BAG*

hibebant auctique torrentes, Herculanus aduenit protector domesticus, Hermogenis ex magistro equitum filius apud Constantinopolim, ut supra rettulimus, popularium quondam turbela discerpti. quo uerissime referente, quae Gallus egerat coniuxque, super praeteritis maerens et futurorum timore suspensus angorem animi, quamdiu potuit, amendabat. miles tamen interea omnis apud Cabyllona collectus morarum impatiens saeuiebat hoc irritatior, quod nec subsidia uiuendi suppeterent alimentis nondum ex usu translatis. unde Rufinus ea tempestate praefectus praetorio ad discrimen trusus est ultimum. ire enim ipse compellebatur ad militem, quem exagitabat inopia simul et feritas, et alioqui coalito more in ordinarias dignitates asperum semper et saeuum, ut satisfaceret atque monstraret, quam ob causam annonae conuectio sit impedita. quod opera consulta cogitabatur astute, ut hoc insidiarum genere Galli periret auunculus, ne eum ut praepotens acueret in fiduciam exitiosa coeptantem. uerum nauata est opera diligens hocque dilato Eusebius praepositus cubiculi missus est Cabyllona aurum secum perferens, quo per turbulentos seditionum concitores occultius distributo et tumor consenuit militum/ et salus est in tuto locata praefecti. deinde cibo abunde perlato / castra die praedicto sunt mota. emensis itaque difficultatibus multis / et niue obrutis callibus plurimis ubi prope Rauracum uentum est ad supercilia fluminis Rheni, resistente multitudine Alamanna pontem suspendere nauium compage Romani ui nimia uetabantur ritu grandinis undique conuolantibus telis; et cum id impossibile uideretur, / imperator cogitationibus magnis attonitus, quid capesseret, ambigebat. ecce autem ex improuiso index quidam regionum gnarus aduenit / et mercede accepta uadosum locum nocte monstrauit, unde superari potuit flumen. et potuisset aliorsum intentis hostibus exercitus inde

1 auitique forrentes **V** annitique ferre torrentes **E** auidique t. *SBA* auctique t. *G* | hirculanus **V***A* Herculianus **E** Arculanus *SBG* Herculanus *Lind.* (**W***m2*) || 2 hermogenes **VE***B* Hermogenis **E***m2AG* | constantianopolim **VE** Constantinopolim *SAG* Constinopolim *B* || 3 supretulimus **V** *corr. m3* | populari ut **V** populari *G* popularium *Pet.* || 4 domus quae (quae *del. m3*) **V** domo **E** damnis *BAG* coniuxque *Her.* || 5 quamquam diu **V** quamdiu *BAG* || 6 emendabat **V** amendabat *Btl.* | oms̄ **V** omnis **E***BAG* | cabillona **E***A* Cabillonam *BG* || 10 exagitabat *ex* aexag- **V** || 12 saeuium **V** saeuum **E***SBAG* || 14 astate ♂ **V** | talis **VE***A* tali *B* Galli *G* || 15 in uanum *post* uerum *add. Pet.* || 16 *lac. post* diligens *notat Her.* | hacque delato **V** *om. BG* hocque delato *A* hocque dilato *Val. in adn.* || 17 Cabillonam *B* || 17.18 turbulent sedet ionam **V** *corr. m3* || 18 concitatores *SBAG* || 19 tota ♂ **V** | cito **V***BA* cibo **E***G* || 21 pluribus *SBAG* || 23 suspenderunt (s *alt. et* nde *del. m. rec.*) **V** suspendere *G* || 25 capesceret **V** capesseret **E***SBAG* || 28 mittentis **V** ni intentis *B* intentis *AG* || 28–p. 28, 1 exercitus–uastare *om. SBG* (hostibus pauci *SB* hostibus ni pauci *G*) | deinde **VE***A* inde *Lind.*

transgressus nullo id opinante cuncta uastare, ni pauci ex eadem gente, quibus erat honoratioris militis cura commissa, populares suos haec
8 per nuntios docuissent occultos, ut quidam existimabant. infamabat autem haec suspicio Latinum domesticorum comitem et Agilonem tribunum stabuli atque Scudilonem Scutariorum rectorem, qui tunc ut
9 dextris suis gestantes rem publicam colebantur. at barbari suscepto pro instantium rerum ratione consilio dirimentibus forte auspicibus / uel congredi prohibente auctoritate sacrorum mollito rigore, quo fidentius resistebant, optimates misere delictorum ueniam petituros
10 et pacem. tentis igitur regis utriusque legatis et negotio tectius diu pensato cum pacem oportere tribui, quae iustis condicionibus petebatur, eamque ex re fore sententiarum uia concinens approbasset, / aduocato in contionem exercitu imperator pro tempore pauca dicturus tribunali assistens circumdatus potestatum coetu celsarum / ad hunc disseruit modum:

11 „Nemo, quaeso, miretur, si post exsudatos labores itinerum longos congestosque affatim commeatus fiducia uestri ductante barbaricos pagos aduentans uelut mutato repente consilio ad placidiora
12 deuerti. pro suo enim loco et animo quisque uestrum reputans id inueniet uerum, quod miles ubique licet membris uigentibus firmior / se solum uitamque propriam circumspicit et defendit, imperator uero †officiorum dum aequis omnibus alienae custos salutis nihil non ad sui spectare tutelam ratio ... et remedia cuncta, quae status negotiorum admittit, arripere debet alacriter secunda numinis uoluntate
13 delata. ut in breue igitur conferam et ostendam, qua ex causa omnes uos simul adesse uolui, commilitones mei fidissimi, accipite aequis auribus, quae succinctius explicabo. ueritatis enim absoluta semper

1 uastarent V uastare E uastare ni *A* || 2 militiae *G* || 3 infamat ♂V || 5 scutariorem ♂V || 6 ad V at E*SBAG* || 7 pro *add. G* | auspiciis *G* || 8 prohibentia V prohibente E *Val.* prohibentibus *BAG* | meliori *BA* || 8. 9 rigereque fidentius V rigore f. E augurio fidentibus *BA* rigore, quo fidentius *G* || 10 rectius *SBAG* || 11 oporteret b_2G | iustius V iustis E*BAG* | conditionibus V || 12 rerum VE*B* re E*m2*b_2G re tum *A* re Romana *Nov.* re p̄ (=publica) *Her.* || 13 aduocatio V aduocato E*SBAG* | concionem V || 17 congestusque V congestosque E*SBAG* || 19 diuerti *SBAG* || 20 inuenit b_2G | firmius V *def. Pet.* firmus *G* firmior *Cl.* || 22 officiorum dum equis V o. d. aequus E*BAG* o. d. aequis *Val.* officio tuendi aequus *Pet.* || 23 ratio (*lac. 33 litt.*) VE (*lac. 20 litt.*) rationes populorum cognoscit *BAG* rationes rerum ac temporum ponderare *Val. in adn.* ratiocinari *Madv.* ratiocinatur *Pet.* || 24 nominis VE*B* numinis *AG* || 25 id V ut *Lind.* || 26 uos *om. SBG* || 27 succinxius V succintius E succinctius *SBAG* | ueritas *Gdt.* | absolimo semper V absolutio s. E *om. BAG* absoluta s. *Gdt.*

ratio est simplex. arduos uestrae gloriae gradus, quos fama per pla- 14
garum quoque accolas extimarum diffundit excellenter accrescens, /
Alamannorum reges et populi formidantes per oratores, quos uidetis,
summissis ceruicibus concessionem praeteritorum poscunt et pacem. /
quam ut cunctator et cautus utiliumque monitor, si uestra uoluntas
adest, tribui debere censeo multa contemplans, primo ut Martis am-
bigua declinentur, dein ut auxiliatores pro aduersariis asciscamus, /
quod pollicentur, tum autem ut incruenti mitigemus ferociae flatus /
perniciosos saepe prouinciis, postremo id reputantes, quod non ille
hostis uincitur solus, qui cadit in acie pondere armorum oppressus et
uirium, sed multo tutius etiam tuba tacente sub iugum mittitur
uoluntarius, qui sentit expertus nec fortitudinem in rebelles nec leni-
tatem in supplices animos abesse ... in summa tamquam arbitros uos, 15
quid suadetis, opperior ut princeps tranquillus temperanter adhibere
modum allapsa felicitate decernens. non enim inertiae, sed modestiae
humanitatique, mihi credite, hoc, quod recte consultum est, assigna-
bitur."

Mox dicta finierat, multitudo omnis ad quae imperator uoluit promp- 16
tior laudato consilio consensit in pacem ea ratione maxime percita, /
quod norat expeditionibus crebris fortunam eius in malis tantum ciuili-
bus uigilasse; cum autem bella mouerentur externa, accidisse plerum-
que luctuosa. icto post haec foedere gentium ritu perfectaque sollem-
nitate imperator Mediolanum ad hiberna discessit.

Vbi curarum abiectis ponderibus aliis tamquam nodum et odium 11
difficillimum Caesarem conuellere nisu ualido cogitabat; eique deli-
beranti cum proximis clandestinis colloquiis et nocturnis, qua ui qui-
busue commentis id fieret, antequam effundendis rebus pertinacius
incumberet confidentia, acciri mollioribus scriptis per simulationem
tractatus publici nimis urgentis eundem placuerat Gallum, ut

1 at per est **V** aperta est et **E** sermo est *BAG* sermo ac semper est *Lind.* ratio est et *Cl.* oratio est et *Tr.* et *del. Sey.* || 2 estimarum **V** extimarum **E***A* extremarum *BG* || 4 congessionem **V** concessionem *BAG* || 5 cunctatur **V** cunctator **E***BAG* | utiliumque *in* uitiliumque **V** utiliumque **E***SBAG* || 6 contemplans (*lac. 3 litt. in fin. us.*) **V** || 8 ut *om. SBG* | mitigimus **V** *corr. m3* || 10 oppraessus sed **V** oppressus et **E***BAG* || 11 iugo *AG* || 12 etpertus **V** expertus **E***SBAG* || 13 adesse (*lac. 8 litt.*) **VE** (*sine lac.*) a. dignoscit *BA* deesse *G* abesse *Eyss.* intempestiuam *Cl. in app.* abesse Romanis *Rolfe* || 15. 16 modestae humanitateque **V** modestia h. *S* modestiae humanitatique **E***BAG* || 18 atque **V** *om.* **E** ad quae *BAG* ad haec *uel* ea quae *Her., cf. l. 20* et *ante* crebris || 20 et crebris **V***BG* e (*del.*) cr. **E** crebris *A* || 24 odiem **V** odium *SBAG* obicem *Unger Kell.* || 26 in nocturnis **VE** *BG* nocturnis *A* || 27 diffundendis *SBA* confundendis *Pet. Seeck* || 29 minis *G* | argentis **V** argenteis **E** arguentis *SBA* abiectis *G* urgentis *Val.* (**N**)

2 auxilio destitutus sine ullo interiret obstaculo. huic sententiae uersabilium adulatorum refragantibus globis, inter quos erat Arbitio ad insidiandum acer et flagrans et Eusebius tunc praepositus cubiculi effusior ad nocendum, id occurrebat Caesare discedente Vrsicinum in oriente perniciose relinquendum, si nullus esset, qui prohibet, altiora
3 meditaturum. isdemque residui regii accessere spadones, quorum ea tempestate plus habendi cupiditas ultra mortalem modum adolescebat, inter ministeria uitae secretioris per arcanos susurros nutrimenta fictis criminibus subserentes: qui ponderibus inuidiae grauioris uirum fortissimum opprimebant subolescere imperio adultos eius filios mussitantes decore corporum fauorabiles et aetate per multiplicem armaturae scientiam agilitatemque membrorum inter cotidiana proludia exercitus consulto consilio cognitos; Gallum suopte ingenio trucem / per suppositos quosdam ad saeua facinora ideo animatum, ut eo digna omnium ordinum detestatione exoso ad magistri equitum liberos principatus insignia transferantur.

4 Cum haec taliaque sollicitas eius aures euerberarent expositas semper eiusmodi rumoribus et patentes, uario animi motu miscente consilia tandem id ut optimum factu elegit: et Vrsicinum primum ad se uenire summo cum honore mandauit ea specie, ut pro rerum tunc urgentium captu disponeretur concordi consilio, quibus uirium incrementis Parthicarum gentium arma minantium impetus frangeren-
5 tur. et ne quid suspicaretur aduersi uenturus, uicarius eius, dum redit, Prosper missus est comes; acceptisque litteris et copia rei uehiculariae data Mediolanum itineribus properauimus magnis.

6 Restabat, ut Caesar post haec properaret accitus, et abstergendae causa suspicionis sororem suam, eius uxorem, Constantius ad se tandem desideratam uenire multis fictisque blanditiis hortabatur. quae licet ambigeret metuens saepe cruentum, spe tamen, quod eum lenire poterit ut germanum, profecta, cum Bithyniam introisset, in statione, quae Caenos Gallicanos appellatur, absumpta est ui febrium repenti-

2 arbetio V Arbitio *G* || 5 pernitiose V | prohiberet E (*?*) *A* prohibeat *G* prohibebit *Cl.* | altiore V altiora E *BAG* || 6 meditaturum (*lac. 6 litt. in fin. us.*) V || 8 secretio[r]is (*fu.* n) V || 11 faborabiles V fauorabiles E *SBAG* || 13 exercitos *BAG* || 15 magistriae quitum V magistrum equitum *SB* magistri e. *AG* || 17 italiaque V *corr. m3* | uerberarent E euerberaret *B* || 18 huiusmodi E *AG* | uario animo tumiscente V u. a. tumescente *SBAG* uaria animo tum miscente *Val.* (N) uario animi motu miscente *Her.* (*cf. Aen. 12, 217*) | consilio *G* || 19 dot optimum V id o. E dat o. *BA* dato o. *G* id ut o. *Val.* || 23 ɔ VE eius *A om. SBG* || 24 accepit isque V acceptisque E *BAG* || 25 properauit *BAG* || 27 suspiciones V suspicionis E *BAG* || 30 poterat V *BAG* posset E poterit *Kell.* | profecta *ex* profectam V | bythinam V Bithyniam *G*

na. cuius post obitum maritus contemplans cecidisse fiduciam, qua se fultum existimabat, anxia cogitatione, quid moliretur, haerebat. inter 7
res enim impeditas et turbidas ad hoc unum mentem sollicitam dirigebat, quod Constantius cuncta ad suam sententiam conferens nec satisfactionem suscipiet aliquam nec erratis ignoscet, sed, ut erat in propinquitatis perniciem inclinatior, laqueos ei latenter obtendens, / si cepisset incautum, morte multaret. eo necessitatis adductus ulti- 8
maque, ni uigilasset, opperiens principem locum, si copia patuisset, clam affectabat, sed perfidiam proximorum ratione bifaria uerebatur, / qui eum ut truculentum horrebant et leuem quique altiorem Constantii fortunam in discordiis ciuilibus formidabant. inter has cura- 9
rum moles immensas imperatoris scripta suscipiebat assidua monentis orantisque, ut ad se ueniret, et mente monstrantis obliqua / rem publicam nec posse diuidi nec debere, sed pro uiribus quemque ei ferre suppetias fluctuanti nimirum Galliarum indicans uastitatem./ quibus subserebat non adeo uetus exemplum, quod Diocletiano et 10
eius collegae ut apparitores Caesares non resides, sed ultro citroque discurrentes obtemperabant et in Syria Augusti uehiculum irascentis per spatium mille passuum fere pedes antegressus est Galerius purpuratus.

Aduenit post multos Scudilo Scutariorum tribunus, uelamento sub- 11
agrestis ingenii persuasionis opifex callidus. qui eum adulabili sermone periuriis admixto solus omnium proficisci pellexit uultu assimulato saepius replicando, quod flagrantibus uotis eum uidere frater cuperet patruelis, quid per imprudentiam gestum est, remissurus ut mitis et clemens participemque eum suae maiestatis asciscet futurum laborum quoque socium, quos Arctoae prouinciae diu fessae poscebant. utque solent manum iniectantibus fatis hebetari sensus homi- 12
num et obtundi, his illecebris ad meliorum exspectationem erectus / egressusque Antiochia numine laeuo ductante prorsus ire tendebat de fumo, ut prouerbium loquitur uetus, ad flammam; et ingressus Con-

3 sollicitum **V** solicitam **E***SBAG* || 6 et **VE** ei *BAG* || 8. 9 si copia patuisset quam **V** si qua p. copia *G* clam *Her. prob. Seeck* perquam *Corn.* umquam *Schneider* usquam *Pet.* || 9 perfidia *G* | bifaria *ex* bafaria **V** | ferebatur **VE***B* uerebatur *A* deserebatur *G* || 11 ciuilibus *ex* ciuilus **V** || 12 imperatori **V** *corr. m3* || 15 indicantis *Her.* uindicare *Pet.* || 17 resedisse sed **VE** resides sed *BAG* || 18 en **VE***B* et *AG* || 21 multoscudiculo **V** multos Cudiculo **E** m. cubiculo *SBA* multos Scudilo *G* || 23 periis **V** seriis **V***m3***E***BAG* periuriis *Cl.* || 25 quid **V***A def. Löfst.* quod **E***BG* siquid *Kießl.* quidquid *Eyss.* || 26 adsciso et **V** accitum et **E** adscitum et *BA* a. ut *G* adsciscere *C. F. W. M.* adsciscet *Ehrismann* | futurorum **E** *def. C. F. W. M.* || 27 arcto eprouintiae **V** || 29 rectus **VE** erectus **E***m2BAG*

stantinopolim tamquam in rebus prosperis et securis editis equestribus ludis capiti Thoracis aurigae coronam imposuit ut uictoris.

13 Quo cognito Constantius ultra mortalem modum exarsit ac, ne quo casu idem Gallus de futuris incertus agitare quaedam conducentia saluti suae per itinera conaretur, remoti sunt omnes de industria
14 milites agentes in ciuitatibus peruiis. eoque tempore Taurus quaestor ad Armeniam missus confidenter nec appellato eo nec uiso transiuit. / uenere tamen aliqui iussu imperatoris administrationum specie diuersarum eundem, ne commouere se posset neue temptaret aliquid occulte, custodituri; inter quos Leontius erat, postea urbi praefectus, ut quaestor et Lucillianus quasi domesticorum comes et Scutariorum tri-
15 bunus nomine Bainobaudes. emensis itaque longis interuallis et planis/ cum Hadrianopolim introisset urbem Haemimontanam, Vscudamam antehac appellatam, fessasque labore diebus duodecim recreans uires / comperit Thebaeas legiones in uicinis oppidis hiemantes consortes suos misisse quosdam eum, ut remaneret, promissis fidis hortaturos et firmis sui fiducia abunde per stationes † locat confines, sed obseruante cura peruigili proximorum nullam uidendi uel audiendi, quae
16 ferebant, furari potuit facultatem. inde aliis super alias urgentibus litteris exire et decem uehiculis publicis, ut praeceptum est, usus / relicto palatio omni praeter paucos tori ministros et mensae, quos auexerat secum, squalore concretus celerare gradum compellebatur / adigentibus multis temeritati suae subinde flebiliter imprecatus, quae
17 eum iam despectum et uilem arbitrio subdiderat infimorum. inter haec tamen per indutias naturae conquiescentis sauciabantur eius sensus circumstridentium terrore laruarum interfectorumque cateruae / Domitiano et Montio praeuiis correptum eum, ut existimabat in som-
18 niis, uncis furialibus obiectabant. solutus enim corporeis nexibus / animus semper uigens motibus indefessis ex cogitationibus subiectis et curis, quae mortalium sollicitant mentes, colligit uisa nocturna, / quas phantasias nos appellamus.

2 capita ethoracis **V** capite toracis **V***m3* (thor-) **E** capiti Coracis *BAG* c. Thoracis *Gdt.* (**T***m2*) | inposuit coronam *tr. G* || **4** agitaret **VE** agitare *BAG* || **8** uenire **V***B* uenere **E***AG* || **10** custoditur[i] **V** || **11** et[1]] ut **V***B* et **E***AG* ac *Tr.* || **13. 14** hemi montana muscudum amante hac **V** hemimontanam Vscudamam ante hac **E***G* || **14** XII **V** || **17** fiducia sui *tr. SBG* | locat **V** locati *Val. in adn.* locatos *Momms.* locatae *Nov. Pighi* || **18** perusgili **V** *corr. m3* | uiuendi *in* didendi **V** uidendi **E** *Val.* (**N**) dicendi *SBAG* || **22** aduexerat **E***SBAG* || **23** que **V** **E***B* quae *A* quod *G* || **24** infirmorum **E***SBAG* || **25** sensus *ex* sensum **V** || **26** larbarum **V** laruarum **E***SBAG* || **28** solutis *SBG* || **29** ex] et *SBAG* | subiectus *BAG* || **31** fantasias **V**

Pandente itaque uiam fatorum sorte tristissima, qua praestitutum 19
erat eum uita et imperio spoliari, itineribus rectis per mutationem
iumentorum emensis uenit Poetouionem oppidum Noricorum, ubi
reseratae sunt insidiarum latebrae omnes; et Barbatio repente appa-
ruit comes, qui sub eo domesticis praefuit, cum Apodemio agente in
rebus milites ducens, quos beneficiis suis oppigneratos elegerat im-
perator certus nec praemiis nec miseratione ulla posse deflecti.

Iamque non umbratis fallaciis res agebatur, sed, qua palatium est 20
extra muros, armatis omne circumdedit. ingressusque obscuro iam die/
ablatis regiis indumentis Caesarem tunica texit et paludamento com-
muni eum post haec nihil passurum uelut mandatu principis iurandi
crebritate confirmans et „statim", inquit, „exsurge" et inopinum
carpento priuato impositum ad Histriam duxit prope oppidum Po-
lam, ubi quondam peremptum Constantini filium accepimus Cris-
pum. et cum ibi seruaretur artissime terrore propinquantis exitii iam 21
praesepultus, accurrit Eusebius cubiculi tunc praepositus Pentadius-
que notarius et Mallobaudes armaturarum tribunus iussu imperatoris
compulsuri eum singillatim docere, quam ob causam quemque apud
Antiochiam necatorum iusserat trucidari. ad quae Adrasteo pallore 22
perfusus hactenus ualuit loqui, quod plerosque incitante coniuge
iugulauerit Constantina, ignorans profecto Alexandrum Magnum ur-
genti matri, ut occideret quendam insontem, et dictitanti spe impetran-
di postea, quae uellet, eum se per nouem menses utero portasse prae-
gnantem ita respondisse prudenter: „aliam, parens optima, posce
mercedem; hominis enim salus beneficio nullo pensatur."

Quo comperto irreuocabili ira princeps percitus et dolore fiduciam 23
omnem fundandae securitatis in eodem posuit abolendo. et misso
Sereniano, quem in crimen maiestatis uocatum praestrigiis quibus-
dam absolutum esse supra monstrauimus, Pentadio quin etiam nota-
rio et Apodemio agente in rebus eum capitali supplicio destinauit. /

2 ita **V**E*B* uita *AG* | eiectis **V**E*BG* interiectis *A* rectis *Lind.* electis *Gron.* directis *Nov.* citis *Heilmann* || 3 petobionem *ex* ptob- **V** Poetouionem *Seeck* || 4 si eseruatae **V** sireseratae **V***m3* reseratae E*BAG* | barbaratio **V**E Barbatio *BAG* || 6 eligerat **V** elegerat E*SBAG* || 8 adumbratis *BAG* || 9 omne circumsedit *S* omnes c. *BG* | de **V**E die *BAG* || 11 uelud **V** | mandato E*SBAG* || 12 exurgeret **V** exurge et *G* exsurge et *Hadr. Val.* || 14 accipimus **V** accepimus E*SBAG* || 15 exit uiam **V** exitii iam E*m2 Gron.* exitus iam *BAG* || 16 cubili *SBG* || 17 mellobaudes **V**E*G* Mallobaudes *A* || 18 conpulsi **V** compulsuri *G* || 19 atque **V** ad quae *G* || 20 uoluit **V** ualuit *Hadr. Val.* || 21 constantina **V** *def. Karau* Constantia *Seeck* || 24 alia **V** *corr. m3* || 26 ira *om. SBG* | et *om. G* est *B* || 27 securitates **V** *corr. m3* || 28 Sermiano *SB* | praestigiis E*SBAG* || 29 supra *om. SBAG* || 30 capitalis **V** capitali E*SBAG*

et ita colligatis manibus in modum noxii cuiusdam latronis ceruice abscisa ereptaque uultus et capitis dignitate cadauer est relictum informe paulo ante urbibus et prouinciis formidatum.

24 Sed uigilauit utrubique superni numinis aequitas. nam et Gallum actus oppressere crudeles et non diu postea ambo cruciabili morte absumpti sunt, qui eum licet nocentem blandius palpantes periuriis/ ad usque plagas perduxere letales. quorum Scudilo destillatione iecoris pulmones uomitans interiit; Barbatio, qui in eum iam diu falsa composuerat crimina, cum ex magisterio peditum altius niti quorundam susurris incusaretur, damnatus exstincti per fallacias Caesaris manibus anima illacrimoso obitu parentauit.

25 Haec et huiusmodi quaedam innumerabilia ultrix facinorum impiorum bonorumque praemiatrix aliquotiens operatur Adrastia / —atque utinam semper!—, quam uocabulo duplici etiam Nemesim appellamus, ius quoddam sublime numinis efficacis humanarum mentium opinione lunari circulo superpositum uel, ut definiunt alii, substantialis tutela generali potentia partilibus praesidens fatis, quam theologi ueteres fingentes Iustitiae filiam ex abdita quadam aeterni-
26 tate tradunt omnia despectare terrena. haec ut regina causarum et arbitra rerum ac disceptatrix urnam sortium temperat accidentium uices alternans uoluntatumque nostrarum exorsa interdum alio quam, quo contendebant, exitu terminans multiplices actus permutando conuoluit. eademque necessitatis insolubili retinaculo mortalitatis uinciens fastus tumentis incassum et incrementorum detrimentorumque momenta uersans, ut nouit, nunc erectas tumentium ceruices opprimit et eneruat, nunc bonos ab imo suscitans ad bene uiuendum extollit. pinnas autem ideo illi fabulosa uetustas aptauit, / ut adesse uelocitate uolucri cunctis existimetur et praetendere guber-

1 ceruicae (c *alt. ex* s) **V** || **5** actus oppresse crudelis **V** actu crudeli oppresso **E** obitu oppressit crudeli *BAG* oppressere *Val.* (**N**) || **6** nocente me **V** nocentem et *SBA* nocentem *G* || **7** destellatione (de *add. m2*) **V** | pectoris *Brok* || **8** in *add.* **V***m2* | iam *om. BAG* || **10** incausaretur **VE** incusaretur *BAG* || **11** anima *del. Val. in adn. Rolfe* animam *A* | inlabrimoso ♂ **V** lacrimoso **E** in ludibrioso *BAG* || **12** ultra **VE** ultrix *BAG* || **15** quodam sublimen (n *del. m rec.*) **V** quoddam sublime **E***BAG* | numenis ♂ **V** | hamanarum ♂ **V** || **16** uelud diffiniunt **V** uel ut definiunt **E** (dif-) *BAG* || **18** iustitiam **V** iustitie **V***m2* Iustitiae **E***BAG* || **20** hac **V** ac **E** *Hadr. Val.* haec *BAG* | disceptatria **V** *corr. m3* | urna **V** urnam **E***BAG* || **23** necessitatus **V** *corr. m3* || **25** uersabis **V** uersabilis **V***m2***E***BA* uersans *G* | mentium **V** tumentium *Günther* amentium *Erfurdt* nocentium *Her.* || **26** adbene *ex* abene **V**

naculum dedit eique subdidit rotam, ut uniuersitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoretur.

Hoc immaturo interitu ipse quoque sui pertaesus excessit e uita / 27
aetatis nono anno atque uicensimo, cum quadriennio imperasset, natus apud Tuscos in massa Veternensi patre Constantio, Constantini fratre imperatoris, matreque Galla, sorore Rufini et Cerialis, quos trabeae consulares nobilitarunt et praefecturae. erat autem forma con- 28
spicuus bona, decente filo corporis membrorumque recta compage, / flauo capillo et molli, barba licet recens emergente lanugine tenera / ita tamen, ut maturius auctoritas emineret; tantum a temperatis moribus Iuliani differens fratris, quantum inter Vespasiani filios fuit Domitianum et Titum. assumptus autem in amplissimum fortunae fasti- 29
gium uersabiles eius motus expertus est, qui ludunt mortalitatem / nunc euehentes quosdam in sidera, nunc ad Cocyti profunda mergentes. cuius rei cum innumera sint exempla, pauca tactu summo transcurram. haec fortuna mutabilis et inconstans fecit Agathoclen 30
Siculum ex figulo regem et Dionysium gentium quondam terrorem / Corinthi litterario ludo praefecit. haec Adramytenum Andriscum / 31
in fullonio natum ad Pseudophilippi nomen euexit et Persei legitimum filium artem ferrariam ob quaerendum docuit uictum. eadem 32
Mancinum post imperium dedidit Numantinis, Samnitum atrocitati Veturium et Claudium Corsis substrauitque feritati Carthaginis Regulum; istius iniquitate Pompeius post quaesitum Magni ex rerum gestarum amplitudine cognomentum ad spadonum libidinem in Aegypto trucidatur. et Eunus quidam ergastularius seruus ductauit in Sici- 33
lia fugitiuos. quam multi splendido loco nati eadem rerum domina coniuente Viriathi genua sunt amplexi et Spartaci! quot capita, quae

1 subdedit **V** || 4 anno *om. SBG* | uigesimo **E***SB* (uigis-) *AG* || 6 cereales ♂**V** || 7 consolaris **V** consulares **E***SBAG* | prefecturae fuit (f. *add. m rec. in lac. 5 litt.*) **V** praefecturae fuit **E***A* p. prouinciarum (autem *om.*) *BAG* erat *Her.* (*cf. 25, 4, 22*) || 9 feneras **V** tenera **E** *Hadr. Val.* teneras per genas *BAG* || 10 tantum *ex* tantem **V** | temperantis **V** temperatis **E***BAG* || 11 filio **V** *corr. m3* || 13 uersabilis ɔ**V** uersabilis **E***SB* uersabiles eius *A* uersabileis *G* | quae **V** qui **E***BAG* || 14 at **V** *corr. m3* | mercentes **V** *corr. m3* || 15 tactus (s *del. m2*) **V** tactus **E** || 18 ludu **V** ludo **E***SBAG* | adriscum ♂**V** || 19 fullonio*** (*fu.* fui?) **VE***A* fullonia *BG* | abseudophilippo (b *del.*; d *superscr. m3*) **V** ad pseudophilippi **E***A* ob pseudo philippo *S* ob pseudo Philippi *BG* || 21 dedit **VE***G om. SA* dedidit *Val. in adn.* | sumni (*lac. 4 litt.*) atrocitate **V** summi (*lac. 5 litt.*) atrocitate **E** summa atrocitate *BG* emissum summa a. *A* Samnitum atrocitati *Val.* || 22 que] quid **V** que *Lind.* reliquit *Her.* | chartaginis **V** || 23 Magni *om. SBG* || 26 multi *post* loco *tr. SBG* | natura **VE** nati **E***m2BAG* nati ita *Pet.* natorum (*?*) *Her.* || 27 conibente **V***m2* coniubente **E** | ueriathi **V** Viriathi *BA* Veriati b_2G

horruere gentes, funesti carnifices absciderunt! alter in uincula duci-
tur, alter insperatae praeficitur potestati, alius a summo culmine
34 dignitatis excutitur. quae omnia si scire quisquam uelit, quam uaria
sint et assidua, harenarum numerum idem iam desipiens et montium
pondera scrutari putabit.

1 absiderunt **VE** absciderunt **E***m2SBAG* || 2 potestau ♂**V** || 5 putauit **V** putabit **E** *Val.* poterit *BAG* posse putabit *Val. in adn.* || AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER XIIII. INCIPIT LIBER XV FELICITER

LIBER XV

1. Mors Galli Caesaris imperatori nuntiatur.
2. Vrsicinus magister equitum per orientem, Iulianus Galli Caesaris frater et Gorgonius praepositus Caesariani cubiculi accusantur maiestatis.
3. In Galli Caesaris amicos et ministros animaduertitur.
4. Lentienses Alamanni a Constantio Aug. pars caesi, pars fugati.
5. Siluanus Francus magister peditum per Gallias Coloniae Augustus appellatur et XXVIII. imperii die per insidias opprimitur.
6. Siluani amici et conscii necati.
7. A Leontio praefecto urbi populi R. seditiones repressae. Liberius episcopus sede pulsus.
8. Iulianus Galli frater a Constantio Aug. fratre patrueli Caesar creatur ac praeficitur Galliis.
9. De origine Gallorum et unde dicti Celtae ac Galatae deque eorum doctoribus.
10. De Alpibus Gallicanis et de uariis per eas itineribus.
11. Breuis diuisio ac descriptio Galliarum et cursus fluminis Rhodani.
12. De moribus Gallorum.
13. De Musoniano praefecto praetorio per orientem.

Vtcumque potui ueritatem scrutari, ea, quae uidere licuit per aeta- 1
tem uel perplexe interrogando uersatos in medio scire, narrauimus ordine casuum exposito diuersorum; residua, quae secuturus aperiet textus, pro uirium captu limatius absoluemus nihil obtrectatores longi, ut putant, operis formidantes. tunc enim laudanda est breuitas, cum moras rumpens intempestiuas nihil subtrahit cognitioni gestorum.

Nondum apud Noricum exuto penitus Gallo Apodemius, quoad 2
uixerat, igneus turbarum incentor raptos eius calceos uehens equorum permutatione ueloci, ut nimietate cogendi quosdam exstingueret,/

1 Vt cumippo tumeritate **V** Vtcumque potui in ueritate **E** Quae licuit in acie *BA* Vtcumque potuimus ueritatem *G* potui *Tr.* | ea quae] quaeque *BAG* | licuit *om. A* non licuit *G* | aetate **V** aetatem **E***SBAG* || 2 perpleae **V** plerosque **E** perplexe *SBAG* || 4 uirum **V** uirium **E***SBAG* | obtrectam res **V** *corr. m3* || 5 lauda **V** laudanda **E***SBAG* || 6 moram (*ex* -ans) **V** moram **E***BA* moras *G* | iustorum **V***BAG* gestorum **E** *Val. in adn.* || 7 paenituit **V** penitus *G* | apodemnis **V** Apodemius **E***SBAG* || 8 calcens **V** *corr. m3* || 9 nemietate *ex* nimietate **V** nimietate **E***SBAG*

praecursorius index Mediolanum aduenit ingressusque regiam ante pedes proiecit Constantii uelut spolia regis occisi Parthorum et perlato nuntio repentino docente rem insperatam et arduam ad sententiam tota facilitate completam hi, qui summam aulam tenebant, / omni placendi studio in adulationem ex more collato uirtutem felicitatemque imperatoris extollebant in caelum, cuius nutu in modum gregariorum militum licet diuersis temporibus duo exauctorati sunt
3 principes, Veteranio nimirum et Gallus. quo ille studio blanditiarum exquisito sublatus immunemque se deinde fore ab omni mortalitatis incommodo fidenter existimans confestim a iustitia declinauit ita intemperanter, ut „Aeternitatem meam" aliquotiens subsereret ipse dictando scribendoque propria manu orbis totius se dominum appellaret; quod dicentibus aliis indignanter admodum ferre deberet is, qui ad aemulationem ciuilium principum formare uitam moresque
4 suos, ut praedicabat, diligentia laborabat enixa. namque etiam si mundorum infinitates Democriti regeret, quos Anaxarcho incitante / Magnus somniabat Alexander, id reputasset legens uel audiens, / quod, ut docent mathematici concinentes, ambitus terrae totius, / quae nobis uidetur immensa, ad magnitudinem uniuersitatis instar breuis obtinet puncti.

2 Iamque post miserandam deleti Caesaris cladem sonante periculorum iudicialium tuba in crimen laesae maiestatis arcessebatur Vrsicinus adolescente magis magisque contra eius salutem liuore omnibus
2 bonis infesto. hac enim superabatur difficultate, quod ad suscipiendas defensiones aequas et probabiles imperatoris aures occlusae patebant susurris insidiantium clandestinis, qui Constantii nomine per orientis tractus omnes abolito ante dictum ducem domi forisque desiderari /
3 ut formidolosum Persicae genti fingebant. sed contra accidentia uir magnanimus stabat immobilis, ne se proiceret abiectius cauens, pa-

2 constante **V** Constantii **E***BAG* | accisi **VE** occisi **E***m2SBAG* || 4 totam **V***BAG* tota **E** *Val.* || 5 placidi **VE** placendi *BAG* || 6 notu **V** nota **E** nutu *BAG* || 8 ueteranioni mirum *ex* ueteranione mirum (*m2*) **V** || 9 ad **V** *corr. m3* || 11 eam *BG* | assereret *B* a. et *G* || 12 sed omnium **V** se dominum **E***BAG* || 13 his **VE***B* is *AG* || 14 uitam formare *tr. SBAG* || 15 diegentia labora eatenixa **V** diligentia laboraret enixa **E** d. laborabat e. *G* ingentes et laboris enixi *BA* || 17 degens **VE** egens *B* legens *AG* || 18 ducent **V** *corr. m3* || 19 inmensam magnitudinem (-nem *ex* -diem *m2*) **V** i. magnitudinem **E***BA* immensa ad m. *G* ad *def. Brakman* (*cf. Cic. Tusc. 1, 17, 40*) || 21 petiserandam **V** miserandam **E** *Val.* horrendam *BAG* pestiferam *Fauchet.* permiserandam *Langen* || 22 crimen] tuba *S* turba *BG* || 23 3 **V** *om.* **E***SBG* eius *A* || 25 probabilis **V** probabiles **E***BAG* | imperatores **V** imperatoris **E***SBAG* | occluserat ebant **V** o./Ibant **E** o./patebant *B* occlusae, p. *AG* || 26 orientes **V** *corr. m3* || 29 proieceret **V** proiceret **E***B* proiiceret *SAG*

rum tuto loco innocentiam stare medullitus gemens hocque uno tristior, quod amici ante haec frequentes ad potiores desciuerant, ut ad successores officiorum more poscente solent transire lictores. im- 4
pugnabat autem eum per fictae benignitatis illecebras collegam et
5 uirum fortem propalam saepe appellans Arbitio ad innectendas letales insidias uitae simplici perquam callens et ea tempestate nimium potens. ut enim subterraneus serpens foramen subsidens occultum assultu subito singulos transitores obseruans incessit, ita ille odio alienae sortis etiam post ... militiae munus nec laesus aliquando nec lacessi-
10 tus inexplebili quodam laedendi proposito conscientiam polluebat. / igitur paucis arcanorum praesentibus consciis latenter cum impera- 5
tore sententia ... id sederat, ut nocte uentura procul a conspectu militarium raptus Vrsicinus indemnatus occideretur, ut quondam Domitius Corbulo dicitur caesus in colluuione illa Neroniani saeculi
15 prouinciarum fidus defensor et cautus. quibus ita compositis cum ad 6
hoc destinati praedictum tempus opperirentur, consilio in lenitudinem flexo facinus impium ad deliberationem secundam differri praeceptum est.

Indeque ad Iulianum recens perductum calumniarum uertitur ma- 7
20 china, memorabilem postea principem, gemino crimine, ut iniquitas aestimabat, implicitum: quod a Macelli fundo in Cappadocia posito / ad Asiam demigrarat liberalium desiderio doctrinarum, per Constantinopolim transeuntem uiderat fratrem. qui cum obiecta dilueret / 8
ostenderetque neutrum sine iussu fecisse, nefando assentatorum coetu

1 siare **V** si aro **E** stare *BAG* || 2 ut] et **VE***BA* ut **E***m2G* || 3 poscentes **V** poscente *G* | trans relictores **V** transire lictores **E***SBAG* || 4 inlecebrans collega **V** illecebras c. **E***SBAG* collegam *Val. in adn.* || 5 arbitio **V***G def. Seeck* Arbetio **E***m2A* Arbirio *SB* || 7 surpens **V** *corr. m3* || 8 obseruatos *Schneider* || 8,9 addiemaesortes etiam post (*lac. 15 litt.*) **V** ad diem ac sortes e. p. (*lac. 10 litt.*) **E** addens (ade dens *B*) etiam post laedendi *BA* a. e. potestati laedendi *G* ab imae sortis gregario ad summum euectus *Val.* ima e sorte *uel* ab ima sorte, sed iam post *Gron. in adn.* ab ima sorte euectus ad summum *Btl.* odio alienae sortis etiam post summum *Pet.* o. a. s. e. p. adeptum summum *Cl. in app.* ab imae sortis miseriis etiam post *Her.* || 9 aliquadonec **V** aliquando nec **E***BAG* || 10 polluebat *ex* pollebat **V** || 11 cogitur **V***BAG* igitur **E** *Lind.* | praefectibus **VE** praefectus *B* praefectis *AG* praesentibus *Her.* || 12 sententia (*lac. 9 litt.*) **V** sententiam (*lac. 10 litt.*) **E** s. retegere *BAG* sententia collata *uel* communicata *Langen* deliberata *Seeck* diu digesta *Nov.* confirmata *uel* firmata *uel* ponderata *Pighi* | egerat *BG* || 14 curbulo **V** carbulo **E** Corbulo *SBAG* | neroniano **V** neroniana **V***m3* Neroniani *SBAG* || 15,16 adhuc **V***B* aduc **E** ad hoc *AG* || 16 prodictum **V** praedictum **E***SBAG* || 17 flexa **V** flexo **E***SBAG* | deferri **V** differri *G* || 21 cappadotia **V** || 22 per **V** *def. Heilmann Blomgren* et per *G* perque *Stangl* || 23 videram **VE** viderat *BAG*

perisset urgente, ni aspiratione superni numinis Eusebia suffragante regina ductus ad Comum oppidum Mediolano uicinum ibique paulisper moratus procudendi ingenii causa, ut cupidine flagrauit, ad
9 Graeciam ire permissus est. nec defuere deinceps ex his emergentia casibus, quae diceres secundis auibus contigisse, dum punirentur ex iure, uel tamquam irrita diffluebant et uana. sed accidebat nonnumquam, ut opulenti pulsantes praesidia potiorum isdemque tamquam ederae celsis arboribus adhaerentes absolutionem pretiis mercarentur immensis; tenues uero, quibus exiguae uires erant ad redimendam salutem aut nullae, damnabantur abrupte. ideoque et ueritas mendaciis uelabatur et ualuere pro ueris aliquotiens falsa.

10 Perductus est isdem diebus et Gorgonius, cui erat thalami Caesariani cura commissa, cumque eum ausorum fuisse participem concitoremque interdum ex confesso pateret, conspiratione spadonum iustitia concinnatis mendaciis obumbrata periculo euolutus abscessit.

3 Haec dum Mediolani aguntur, militarium cateruae ab oriente perductae sunt Aquileiam cum aulicis pluribus membris inter catenas fluentibus spiritum trahentes exiguum uiuendique moras per aerumnas detestati multiplices. arcessebantur enim ministri fuisse Galli ferocientis perque eos Domitianus discerptus credebatur et Montius /
2 et alii post eos acti in exitium praeceps. ad quos audiendos Arbitio missus est et Eusebius cubiculi tunc praepositus, ambo inconsideratae iactantiae, iniusti pariter et cruenti. qui nullo perspicaciter inquisito sine innocentium sontiumque differentia alios uerberibus uel tormentis afflictos exsulari poena damnarunt, quosdam ad infimam trusere militiam, residuos capitalibus addixere suppliciis. impletisque funerum bustis reuersi uelut ouantes gesta rettulerunt ad principem /
3 erga haec et similia palam obstinatum et grauem. uehementius hinc et

1 perisse urgentem V perisset urgente E perisse urgentium *BA* urgente perisset ni *G* p. u. ni *Val.* || 2 at V *corr. m3* || 3 procundenti ingeni[i] V procudendi ingenii E *Lind.* pro colendi i. *G* p. eadem i. *S* p. e. ingenti *BA* || 4 te V ire E *SBAG* | esset *G* || 5 dispice VE dispiceret *BA* displiceret *G* dispiceres *Val.* diceres *Her. prob. Bae.* | dispici si ... contigisset *Thörnell* | auribus VE *BA* auibus b_2 *G* | tum VE *BA* cum b_2 dum *G* | componerentur *Cl. in app. Tr.* || 7 opulanti V opulenti E *BAG* || 8 precis *S* precibus *BG* || 9 emensis VE *A* immensis *G* | uere serant (n *ex* u) V uires erant E *A* res e. *G* | redemendam V tuendam *G* || 12 et] eo *Damsté* || 20 motius V Montius V*m3* E *A* mortuus *BG* || 21 actu V acti E *BAG* | auodos arborum VE A. Arbora *BA* audiendos A. *G* Arborius *Val. in adn.* Arbetio *Kell.* Arbitio *Seeck* || 23 nulla *BA* | perspicacitate *A* | inquisito *add. Hadr. Val. in adn.* (*cf. 29, 1, 38*) || 24 uel ueribus V uerberibus E *SBAG* || 26 supplectis V suppliciis E *SBAG* || 28 hinc] tunc *C. F. W. M. reiec. Pet.*

deinde Constantius quasi praescriptum fatorum ordinem conuulsurus/ recluso pectore patebat insidiantibus multis. unde rumorum aucupes / subito exstitere complures honorum uertices ipsos ferinis morsibus appetentes posteaque pauperes et diuites indiscrete, non ut Cibyratae illi Verrini tribunal unius legati lambentes, sed rei publicae membra totius per incidentia mala uexantes. inter quos facile Paulus et Mer- 4
curius eminebant, hic origine Persa, ille natus in Dacia, notarius ille, hic ex ministro triclinii rationalis, et Paulo quidem, ut relatum est supra, Catenae indutum est cognomentum eo, quod in complican-
dis calumniarum nexibus erat indissolubilis, mira inuentorum sese uarietate dispendens, ut in colluctationibus callere nimis quidam solent artifices palaestritae. Mercurius uero somniorum appellatus est 5
comes, quod ut clam mordax canis interna saeuitia summissius agitans caudam epulis coetibusque se crebrius inserens, si per quietem
quisquam, ubi fusius natura uagatur, uidisse aliquid amico narrasset, / id uenenatis artibus coloratum in peius patulis imperatoris auribus infundebat et ob hoc homo tamquam inexplicabili obnoxius culpae / graui mole criminis pulsabatur. haec augente uulgatius fama tantum 6
aberat, ut proderet quisquam uisa nocturna, cum aegre homines dormisse sese praesentibus faterentur externis, maerebantque docti quidam, quod apud Atlanteos nati non essent, ubi memorantur somnia non uideri; quod unde eueniat, rerum scientissimis relinquamus.

Inter has quaestionum suppliciorumque species diras in Illyrico 7
exoritur alia clades ad multorum pericula ex uerborum inanitate pro-

3 exterrere *SB* | fericiis **V** ferinis **E***BAG* || 4 cibi rate **VE** Cybiratae *BAG* || 7 hinc **VE** huic *S* hic *BAG* | persanatus in dacia **V** per senatus indicia **E** per s. in dacia *SB* persa natus in D. *A* Persa ille n. i. D. *G* Baetica? *Cl. in app.* (*cf. 14, 5, 6*) || 8 ille hic ministro **V** i. h. a m. **V***m2***E** i. a ministerio *B* i. a ministro *A* hic, ille minister *G* ille, hic ex ministro *Val.* | triclini **V** *def. Harmon* || 9 suprae ♂ **V** | Catena b_1G | inditum **E***SBAG* || 10. 11 indissolubili intra inuenerum sese uarietate dispendens **V** i. i. (*lac. 9 litt.*) s. u. d. **E** indissolubilis tetra uenena serens uarieque disperdens *BAG* i. miram in nodorum uarietatem sese dispendens *Salm.* i., tetra inuentorum sese uarietate distendens *Val. in adn.* i., mira i. s. u. d. *Gron.* i. m. i. serie ueritatem disperdens *Langen* i., m. i. sese uarietate dispendens *Kell. Haupt* indissolubili ira i. s. u. d. *Eyss.* || 11 calce renem is **VE** calce tenere *BAG* callere nimis *Salm.* || 12 uero *add. Her.* | sollemniorum **V** somniorum *Val.* | est *add. Cl. c. c.* || 13 interna uitia **V** interno uitio *G* inter initia *Hadr. Val. in adn.* interna saeuitia *Hermann* | summissus **VE***BG* submissius *A* || 14 caudam *om. SB* | crebrus **V** crebris **E***S BAG* crebrius *Cl.* | inferens **VE***A* inserens *BG* | quietum **VE** quietem *SB AG* || 15 naturali agatur **V** natura uagatur *G* | naras **V** narrasset **E***AG* narrans *B* || 18 cumulatius *Corn.* || 19 cum] ut *AG* || 23 que *add.* **V***m2*

gressa. in conuiuio Africani Pannoniae secundae rectoris apud Sirmium poculis amplioribus madefacti quidam arbitrum adesse nullum existimantes licenter imperium praesens ut molestissimum incusabant. quibus alii optatam permutationem temporum aduentare ueluti e praesagiis affirmabant, nonnulli maiorum augurio sibi portendi in- 5
8 cogitabili dementia promittebant. e quorum numero Gaudentius agens in rebus mente praecipiti stolidus rem ut seriam detulerat ad Rufinum apparitionis praefecturae praetorianae tunc principem, ulti-
9 morum semper auidum hominem et coalita prauitate famosum. qui confestim quasi pinnis elatus ad comitatum principis aduolauit / 10 eumque ad suspiciones huiusmodi mollem et penetrabilem ita acriter inflammauit, ut sine deliberatione ulla Africanus et omnes letalis mensae participes iuberentur rapi sublimes. quo facto delator funestus / uetita ex more humano ualidius cupiens biennio id, quod agebat, ut
10 postularat, continuare praeceptus est. missus igitur ad eos corripien- 15 dos Teutomeres protector domesticus cum collega onustos omnes catenis, ut mandatum est, perducebat. sed ubi uentum est Aquileiam, / Marinus tribunus ex campidoctore eo tempore uacans, auctor perniciosi sermonis et alioqui naturae feruentis, in taberna relictus, dum parantur itineri necessaria, lateri ... cultrum casu repertum impegit / 20
11 statimque extractis uitalibus interiit. residui ducti Mediolanum / excruciatique tormentis et confessi inter epulas petulanter se quaedam locutos iussi sunt attineri poenalibus claustris sub absolutionis aliqua spe licet incerta. protectores uero pronuntiati uertere solum exsilio /

1 conuiuio] prouincia *BG* | afr[i]can[i]* **V** | rectores **V** rectoris **E***BAG* || **3** prese et **VE** (ut *corr. m2*) pre se *S* per se *BA* praesens ut *G* || **4** e quibus *Lind.* | uelut die **V***BA* u. diem **E** ueluti è *G* || **5** maiori **E** maiora *Momms.* | auirio **V** augurio **E** *Momms.* aui *SBA* auguria *G* | portandi **V** portendi **E***BAG* || **6** demente apromittebant **V** dementia promittebant *G* | aequorum **V** equorum **E** e quorum *BAG* | magis **V** agens **E** *Val.* magnis *BAG* || **7** recipit istolidus **V** r. stolidius **E** desipiens, et stolidus *B* praecipiti st. *AG* || **9** collita **VE** collata *BA* coalita *G* || **10** alatus *G* || **13** rari sublimes **V** dari s. **E** s. tolli *BAG* rapi s. *Lind.* (**W***m2***N**) | factu **V** facto **E***SBAG* || **14** ualidius *in* ualidus *et postea rursum in* ualidius **V** || **18** marinus (*lac. 8 litt.*) **VE** *sine lac. G* intellexit *add. BA* tribunus *add. Val. in adn.* | campiductore **E***SAG* | uacant **V** uacans **E***G* uacante *BA* | pernitiosi **V** || **19** alio quinatur **V** alioquin natura *BG* alioqui n. *A* alioquin naturae *Lind.* || **20** lateri (*lac. 9 litt.*) ultrum (cultrum *m2*) **V** lateri cultrum **E***AG* *def. Bae.* latentem Duletum *B* lateri suo cultrum *Val.* proprio *Her.* (*cf. 14, 5, 8*) *def. Pighi* l. c. sinistro *Kießl.* l. longiorem c. *Nov.* (*cf. 16, 12, 39. 17, 12, 2*) *reiec. Pighi* praeacutum *Meurig-D.* l. cultrum longiorem *Rolfe* || **21** duci **V** ducti **E***BAG* || **22** confes (*lac. 3 litt. in fin. us.*) **V** confessi **E** *def. Sey.* confessi ui quaestionis *BAG* || **23** detineri **E** retineri *SBAG* | causis *in* clausis **V** clausis **E***S* claustris *BAG* || **24** pronuntia inuerte **V** prouinciarum inuertere **E** prouinciae uertere *BA* pronunciati u. *G*

ut Marino isdem consciis mori permisso ueniam Arbitione meruere precante.

Re hoc modo finita ... et Lentiensibus, Alamannicis pagis, indic- 4
tum est bellum collimitia saepe Romana latius irrumpentibus. ad
quem procinctum imperator egressus in Raetias camposque uenit
Caninos et digestis diu consiliis id uisum est honestum et utile, ut
eo cum militis parte ... Arbitio magister equitum cum ualidiore exer-
citus manu relegens margines lacus Brigantiae pergeret protinus bar-
baris congressurus. cuius loci figuram breuiter, quantum ratio patitur,
designabo.

Inter montium celsorum amfractus immani pulsu Rhenus ... sco- 2
pulos extenditur ... amnes adoptans, ut per cataractas inclinatione
praecipiti funditur Nilus. et nauigari ab ortu poterat primigenio co-
piis exuberans propriis, ni ruenti curreret similis potius quam fluenti./
... iamque ad ... solutus altaque diuortia riparum adradens lacum 3
inuadit rotundum et uastum, quem Brigantiam accola Raetus appel-
lat, perque quadringenta et sexaginta stadia longum parique paene

1 conciis **V** consciis **E** *ESBAG* | promisso **VE** permisso *BAG* || **3** hac **V** *BG* hoc **E** *A* | finita (*lac. 12 litt.*) et **V** *sine lac.* **E** finita, paulo post et *BA* (*om.* et) *G* | inditum **VE** *B* indictum *AG* || **4** conlitia **VE** collimitia **E** *m2BAG* || **4.5** atquem **V** ad quem **E** *SBAG* || **6** omnibus *post* utile *add. BAG* || **7** pater arbetio **V** parte Arbetio *G lac. indic. Schneider* ibidem opperiente *add. Her.* sub Barbatione recens promoto, i. o. *uel* s. B. r. ad magisterium promoto, opperiente *Pighi* || **8** mane **V** *BA* manu **E** *G* || **9** congressuris *SBG* | ratio *ex* ratitur **V** || **11** immani pulsurhen (*lac. 11 litt.*) pulos **V** i. pulsu rhenus (*lac. 11 litt.*) populos **E** impulsu imm. Rheni discurrentis *BAG* imm. pulsu Rhenus exoriens, per praeruptos scopulos *Val.* per Alpinos populos *Gron. in adn.* || **12** (*lac. 10 litt.*) Nes adoptas ut (*lac. 3 litt.*) cataractas **V** (*lac. 9 litt.*) Nec (*in* Vt) adoptas (*in* ad opertas) aut catharas (*in* cathu-) **E** penes Alepontios ut deciduas cataractas *BAG* nullis aquis externis adoptatis, ut per (*lac. 4 litt.*) c. *Val.* nullos externos *uel potius* aduenas amnes adoptans, ut per c. *Gron. in adn.* celsos nullos aduenas amnes *Rolfe* (celsos *reiec. Pighi*) || **13** praeteriti **VE** pernici *BAG* praecipiti *Val.* | et (*lac. 4 litt. in fin. us.*) gari **VE** torrente *BAG* et nauigari *Val.* (I) | poterat at **VE** protinus *BAG* poterat *Val.* || **13.14** copii seduerans **V** copiis seduxerant **E** c. aquarum *BAG* exuberans *Val.* || **14.15** ni ruenti curreret sim (*lac. 8 litt.*) squam fluenti (*lac. 6 litt.*) iamque ad (*lac. 7 litt.*) solutus **V** irruenti c. (*lac. 3 litt.*) solutus **E** i. cursu simplici. Iamque adiutus niuibus liquatis ac solutis *BAG* ni ruenti curreret similis potius quam fluenti. Iamque absolutus *Val.* (angustis abs. *in adn.*) *Bae.* (*cf. 22, 15, 9*) fluenti lenius amni. *Rolfe* Iamque a decliuitate solutus *Langen* I. ad plana uolutus *Pet. prob. Rolfe uel* planiora *Pighi Fletcher prob. Meurig-D.* || **16** inuaditur **V** inuadit **E** *BAG* | quaemurigantiam **V** quam murigantiam **E** quem Murgantiam *BA* q. Brigantiam *G* || **17** quadringenta *ex* quadragenta (*m2*) **V**

spatio late diffusum horrore siluarum squalentium inaccessum, nisi qua uetus illa Romana uirtus et sobria iter composuit latum barbaris
4 et natura locorum et caeli inclementia refragante. hanc ergo paludem spumosis strependo uerticibus amnis irrumpens et undarum quietem permeans pigram mediam uelut finali intersecat libramento et tam- 5 quam elementum perenni discordia separatum nec aucto nec imminuto agmine, quod intulit, uocabulo et uiribus absoluitur integris nec
5 contagia deinde ulla perpetiens oceani gurgitibus intimatur. quodque est impendio mirum, nec stagnum aquarum rapido transcursu mouetur nec limosa subluuie tardatur properans flumen et confusum 10 misceri non potest corpus; quod ni ita agi ipse doceret aspectus, nulla
6 ui credebatur posse discerni. sic Alpheus oriens in Arcadia cupidine fontis Arethusae captus scindens Ionium mare, ut fabulae ferunt, ad usque amatae confinia † progrontusque barbaros ...
7 ... barbaros dum adessent, licet sciret ... orta bellorum, in occultas 15
8 delatus insidias stetit immobilis malo repentino perculsus. ... uisi e latebris hostes exsiliunt et sine parsimonia, quidquid offendi poterat, telorum genere multiplici configebant; nec enim resistere nostrorum quisquam potuit nec aliud uitae subsidium nisi discessu sperare uelo- ci. quocirca uulneribus declinandis intenti incomposito agmine mili- 20 tes huc et illuc dispalantes terga ferienda dederunt. plerique tamen per angustas semitas sparsi periculoque praesidio tenebrosae noctis

2 quia uetus inaremana **V** q. u. in arena Romana **E** q. uera in Alemana *B* qua uetus illa Romana *AG* (quia) || 4 stertendo *ex* tertendo **V** uerrendo **E** sternendo *BA* strependo *G* || 6 dementum **V** elementum **E***SBAG* | necauto **V** nec aucto **E***SBAG* || 8 nulla **V** ulla **E***BAG* | quotque **V** quodque **E***SBAG* || 10 subluuia etardatur **V** s. tardantur **E** sublime tradatur *S* sub colluuie tardatur *BA* subluuie t. *G* | et] sed *Val. in adn.* || 11 ne **VE***B* ni **E***m2AG* || 12 orientis **V** oriens **E***BAG* || 13 arceu se **V** aretuse **V***m3* | captu* (*fu.* s) **V** captus **E***BAG* | Ionium *om. SBG* || 13. 14 at usque **V** usque ad ad **E** adusque *SBAG* || 14. 15 progrontusque barbaros (*lac. 2 1/5 uss.*) barbaros dum **V** defertur/ Orontesque barbarus/os (*lac. 2 uss.*) barbaros dum **E** proruit nymphae. Arbetio qui aduentus Barbarorum nuntiarent non expectans dum *BA* (*lac. 2 uss. post* nymphae) progreditur. Arbitio qui a. B. n. non e. dum *G* progreditur nymphae quae in insula colitur Syracusis. Nunc redeundum ad textum. Arbitio nullis praemissis exploratoribus qui coactos nuntiarent procinctosque barbaros dum *Pighi* || 15 (*lac. 7 litt.*) orta **VE** aspera orsa *BAG* furta *Btl.* opera iam orta *Nov.* incerta orta *Pighi* || 16 insi (*lac. 6 litt.*) **V** insidias stetit **E** *Val. def. Pighi Sey.* i. ueluti *BAG* | (*lac. 7 litt.*) uisi **VE** interea u. *BA* est. interea uisi *G* namque improuisi *Langen* improuisi *Btl.* i. *uel* subito uisi *Günther* nam improuisi *Pet.* inprouiso *Brakman* || 17 siue pars (*lac. 8 litt.*) nia **V** s. p. (*lac. 8 litt.*) **E***S* sine aliqua intermissione *BAG* sine parsimonia *Val. def. Pighi Meurig-D.* || 22 tenebroso **V** tenebrosae **E***BAG*

extracti reuoluta iam luce redintegratis uiribus agmini quisque proprio sese consociauit. in quo casu ita tristi et inopino abundans numerus armatorum et tribuni desiderati sunt decem. ob quae Ala- 9
manni sublatis animis ferocius incedentes secuto die prope munimenta Romana adimente matutina nebula lucem strictis mucronibus discurrebant frendendo minas tumidas intentantes. egressique repente Scutarii, cum obiectu turmarum hostilium repercussi stetissent, omnes suos conspiratis mentibus ciebant ad pugnam. uerum cum plerosque 10
recentis aerumnae documenta terrerent, intuta fore residua credens haereret Arbitio, tres simul exsiluere tribuni, Arintheus agens uicem armaturarum rectoris et Seniauchus, qui equestrem turmam Comitum tuebatur, et Bappo ducens Promotos. ... missis sibi ... causa 11
communis uelut propri ... ueterum exemplo † usuentere fulminis hostibus superfusi non iusto proelio, sed discursionibus ... uniuersos in fugam coegere foedissimam. qui dispersi laxatis ordinibus dumque elabi properant impediti, corpora nudantes intecta gladiorum hastarumque densis ictibus truncabantur. multique cum equis interfecti 12
iacentes etiamtum eorum dorsis uidebantur innexi. quo uiso omnes e castris effusi, qui prodire in proelium cum sociis ambigebant, cauendi immemores proterebant barbaram plebem, nisi quos fuga exemerat morte, calcantes cadauerum strues et perfusi sanie peremptorum. / hocque exitu proelio terminato imperator Mediolanum ad hiberna 13
ouans reuertit et laetus.

1 agminis **VE** agmini *BAG* || **2** tristet **V** tristi et **E***BAG* triste et *S* | adundans **V** *corr. m3* || **4** ferocibus **VE***B* ferocius *AG* | incidentes **VE***BG* incedentes *A* | se cotidie **V** se quotidie **E***BA* quotidie *G* secuto die *Cl.* || **8** conspirantibus animis *BG* || **9** recentes **V** recentis **E***BAG* | terrerent intota **VE** t. et totam *B* (terrent) *A* t., in tuto *G* t. et intuta *Val. in adn. Cl., asynd. def. Blomgren* || **10** haerere **V** haereret *Lind.* || **11** armatum cum **V** a. tum **E** a. et *BA* armaturarum **E***m2* (*in marg.*) *G* || **12** tubatur ♂ **V** || **12. 13** promoto (*lac. 30 litt.*) missis sibi (*lac. 11 litt.*) **V** p. (*lac. 1 us.*) ueterum **E** p. (*lac. 9 litt.*) m. s. (*lac. 8 litt.*) *G* promotorum m. s. a principe ruebant auxiliis. Vrgebat *BA* promotos cum commissis s. a principe. Vrgebat *Lind.* propri (*lac. 18 litt.*) ueterum **V** propriam uiri cunctis arcentibus u. *BAG* propria, uim c. a. u. *Lind.* Promotos. Iamque propilatis missilibus ac uerutis cum urgeret causa communis uelut propria, animati milites rectorum *Val. in adn.* P. Qui cum commissis sibi militibus, pro causa communi se uelut propria Deciorum ueterum *Her.* (*cf. 23, 5, 19*) || **13** usuentere fulminis **VE** accolarum fluminis *BAG* instarque fl. *Val.* aduentare *Tr.* uouentes more *Her.* (*cf. 28, 1, 4*) || **14** discursionibus (*lac. 9 litt.*) **VE** praedatoriis *add. in lac. BAG prob. Hertz* rapidis *Her.* (*cf. 31, 9, 2*) || **17** truncabantur **V** truncabantur **E***SBAG* || **18** etiam cum **E***SBAG* | dorsibus **VE***A* ossibus *BG* dorsis *Lind.* (**N***m2*) | quouis **V***B* Cuius **E** quo uiso *AG* || **20** post **V***BA* quos **E***G* || **21** morti *G def. Naumann* (*cf. 17, 12, 5*) | et *om.* **E***BAG* || **22** exito **V** *corr. m3*

Exoritur iam hinc rebus afflictis haud dispari prouinciarum malo calamitatum turbo nouarum exstincturus omnia simul, ni Fortuna moderatrix humanorum casuum motum euentu celeri consummauit / 2 impendio formidatum. cum diuturna incuria Galliae caedes acerbas / rapinasque et incendia barbaris licenter grassantibus nullo iuuante perferrent, Siluanus pedestris militiae rector ut efficax ad haec corrigenda principis iussu perrexit Arbitione id maturari modis, quibus poterat, adigente, ut absenti aemulo, quem superesse adhuc gra ... 3 ... Dynamius quidam actuarius sarcinalium principis iumentorum / commendaticias ab eo petierat litteras ad amicos, ut quasi familiaris eiusdem esset notissimus. hoc impetrato, cum ille nihil suspicans simpliciter praestitisset, seruabat epistulas, ut perniciosum aliquid in 4 tempore moliretur. memorato itaque duce Gallias ex re publica discursante barbarosque propellente iam sibi diffidentes et trepidantes / idem Dynamius inquietius agens ut uersutus et in fallendo exercitatus/ fraudem comminiscitur impiam subornatore et conscio, ut iactauere rumores incerti, Lampadio praefecto praetorio et Eusebio ex comite rei priuatae, cui cognomentum erat inditum Mattyocopi, atque Aedesio ex magistro memoriae, quos ad consulatum ut amicos iunctissimos idem curarat rogari praefectus; et peniculo serie litterarum abstersa / solaque incolumi relicta subscriptione alter multum a uero illo dissonans superscribitur textus: uelut Siluano rogante uerbis obliquis / hortanteque amicos agentes intra palatium uel priuatos, inter quos et Tuscus erat Albinus aliique plures, ut se altiora coeptantem et prope

2 extructurus *S* destructurus *BAG* || 3 consummasset **E***AG* consumasse *B* || 4 arcerbas **V** acerbas **E***SBAG* || 5 inecendia **V** incendia **E***SBAG* || 6 ut] id **VE** iratus id *B* i. et *AG* ut *Hadr. Val.* || 7 primum ipsius superrexit **VE** p. ipsis superuenit *BAG* principis iussu perrexit *Val.* || 8 quem] quem quietum *BAG* || 8. 9 gra (*lac. fere 3 uss.*) actuarius **VE** grauabatur, periculosae molis onus impingeret. a. *BA* (*lac. 3 uss. ante* a.) *G* (*lac. 2 litt.*) Dynamius quidam *add. Val.* quod periculosius tamen in ipsa principis aula instabat. namque D. q. *Pighi* || 10 litteras *om. BAG* | ut *del. C. F. W. M.* || 11 notissimis **VE** notissimus *SB AG* | inimpetrato **VE** impetrato *SBAG* || 12 aepistola siat **V** epistulam si ad **E** epistolas ut *SBAG* || 14 trepidentes **V** trepidantes **E***SBAG* || 16 commiscitur **V** comminiscitur **E***SBAG* | *[in] (*fu.* i; in *ex* m) impiam **V** impiam **E***BAG* || 17 praefecto praefectorio **V** p. praetorio **E** *Lind.* praefecto *SBAG* | eusebi **V** Eusebio **E***SBAG* || 18 priuatae *in* priuate **V** | mattiocobe **V** Mattyocopi (*uel* -o) *Her.* || 19 et **VE***B om. A* ex *G* | consolatum **V** consulatum **E***SBAG* | iunecissimos **V** iunctissimos **E***G* unitissimos *BA* || 20 subrogari *BAG* || 21 sola cumcolumi **V** incolumi **E** sola i. *BAG* solaque i. *Tr.* | uiro **VE***B* uero *SAG* || 23 ortanteque **V** | quos *ante* priuatos *del.* **V** || 24 alique **V** aliqui **E** aliique *SBAG* | albora coeptantem **VE** Alboram captantem *BA* altiora coeptantem *G*

diem loci principalis aditurum ... hunc fascem ad arbitrium figmenti compositum uitam pulsaturum insontis a Dynamio susceptum praefectus imperatori auide scrutari haec et similia consueto secrete obtulit soli ingressus intimum † caperem tempore deinde sperans, ut peruigilem salutis eius custodem ..., lectaque consistorio astu callido consarcinata materia tribuni iussi sunt custodiri et de prouinciis duci priuati, quorum epistulae nomina designabant. confestimque in- 6
iquitate rei percitus Malarichus Gentilium rector collegis adhibitis strepebat immaniter circumueniri homines dicatos imperio per factiones et dolos minime debere proclamans petebatque, ut ipse relictis obsidum loco necessitudinibus suis Mallobaude armaturarum tribuno spondente, quod remeabit, uelocius iuberetur ire ducturus Siluanum / aggredi nihil tale conatum, quale insidiatores acerrimi concitarunt, / uel contra se paria promittente Mallobaudem orabat properare permitti haec, quae ipse pollicitus est, impleturum. testabatur enim id se 7
procul dubio scire, quod, si qui mitteretur externus, suopte ingenio Siluanus etiam nulla re perterrente timidior composita forte turbabit.

Et quamquam utilia moneret et necessaria, uentis tamen loque- 8
batur incassum. namque Arbitione auctore Apodemius ad eum uocandum cum litteris mittitur, inimicus bonorum omnium diuturnus et

1 loci principalis aditurum **VE** solium principis aditurum sinuarent *B* s. p. a.iuuarent *AG* loci principalis adiuuent culmen aditurum *Haupt lac. indic. Eyss.* aditum petiturum iuuarent *Pet.* adiuuent potiturum *Tr. def. Pighi* || 2 co (*lac. 7 litt.*) sit **V** (*lac. 9 litt.*) sit **E** commisit *BAG* compositum *Val. in adn.* | uitam] multos *Val. in adn.* | pulsaturus *SBAG* | insontes **VE** *Val. in adn.* insontis *BAG* | adynamus ceptum **VE** Dynamius *BAG* a Dynamio susceptum *Val. in adn.* || 2. 3 praefectus est ut haec pro imperatore scrutaretur *BAG* auido *Val. in adn.* || 3. 4 censue terreret (r *alt. add. m2*) e (*lac. 8 litt.*) id sole **V** *lac. 22 litt.* (*post* scrutari) **E** cum astu texeret, consistorium solus *BAG* censuit offerendum. Et illucescente uix sole conclaue *Val. in adn.* consueto secrete obtulit solus *Haupt* c. repente o. aulae *Pet.* soli *Harper* || 4 est *post* ingressus *add. Val. in adn.* | caperem tempore **V** capere in t. **E** captato t. *BAG* capto e re *Eyss.* eam per rem se fore t. *Haupt* rapere in t. *Pet.* ac potentem fore *Her.* conclaue in t. *Nov.* caperem se fore t. *Bae.* | deinde] uincire *BAG* | ut *om. BAG* accepturum se a principe praemium *ante* ut *add. Nov.* || 5 3 **V** et **E** imperatoriae *BAG* | custodem (*lac. 9 litt.*) **VE** *sine lac. BAG* et fidum *Seguine* et fidelem *Haupt* honorandum *Pet.* et cautum *Nov.* | in *ante* consistorio *add. BAG* || 7 priuato **VE***B* priuatos *A* priuati *G* || 8 malaridius **VE***B* Malarichus *AG* || 9 circumuenire **V** circumueniri **E***BAG* || 11 obsidium l[oco] **V** obsidum l. **E***SBAG* | mallo laude **VE** M. Claudio *B* Mallobaude *AG* || 12 remeauit **VE** ut remearet *B* remearet *AG* remeabit *Val.* | dicturus **VE** ducturus *SBAG* || 13 qualem **V***BA* quales **E** quale *G* || 16 siquis **E***BAG* || 17 turbauit **V** turbaret *G* turbabit *Val.*

grauis. qui incidentis ... cum uenisset in Gallias, dissidens a mandatis, quae proficiscenti sunt data, nec uiso Siluano nec oblatis scriptis, ut ueniret, admonito ... remansit ascitoque rationali quasi proscripti iamque necandi magistri peditum clientes et seruos hostili tumore
9 uexabat. inter haec tamen dum praesentia Siluani speratur et Apodemius quieta perturbat, Dynamius, ut argumento ualidiore impie structorum assereret fidem, compositas litteras his concinentes, quas obtulerat principi per praefectum, ad tribunum miserat fabricae Cremonensis nomine Siluani et Malarichi, a quibus ut arcanorum con-
10 scius monebatur parare propere cuncta. qui cum haec legisset, haerens et ambigens diu, quidnam id esset — nec enim meminerat secum aliquando super negotio ullo interiore hos, quorum litteras acceperat, collocutos — epistulas ipsas per baiulum, qui portarat, iuncto milite ad Malarichum misit obsecrans, ut doceret aperte, quae vellet, / non ita perplexe; nec enim intellexisse firmabat ut subagrestem et
11 simplicem, quid significatum esset obscurius. haec Malarichus subito nanctus, etiamtum squalens et maestus suamque et popularis Siluani uicem grauiter ingemescens adhibitis Francis, quorum ea tempestate in palatio multitudo florebat, erectius iam loquebatur: tumultuando patefactis insidiis reserataque iam fallacia, per quam ex confesso salus
12 eorum appetebatur. hisque cognitis statuit imperator dispicientibus consistorianis et militaribus uniuersis in negotium praeterinquiri. / cumque iudices resedissent, Florentius Nigriniani filius agens tunc pro magistro officiorum contemplans diligentius scripta apicumque pri-

1 incidentis (*lac. 27 litt.*) cum uentis et **VE** (*lac. 14 litt.*) incidens principi *BA* incidentis (*lac. 4 litt.*) cum uenisset *G* incidentia paruipendens c. u. *Val.* i. parui ducens c. u. *Val. in adn. reiec. Pighi* | Galliis *BA* || 2 quae] quam **V** quo **E** conuentis quae *BAG* quae *Val.* quae [ei]*? Cl. in app. reiec. Heilm.* | oblati *ex* oblato **V** oblatis **E***SBAG* || 3 admonit **V** admonuit **E***SB* admonito *AG lac. indic. Cl.* | adscitaque *BA* | rationali quas procapti **V** r. qui capti **E** ratione qua procapti erant *BA* rationali quasi proscripti *G* || 6 ualidiores **VE***B* ualidiore *AG* || 8 obtulerant **V** obtulerat *G* || 10 prope **V***BA* propere **E***G* || 13 conlocutus **V** colloquutos **E***BAG* | iunc*to (*fu.* t) **V** uincto *SB* || 14 misit **V** *restit. Heilm.* remisit *Her.* || 15 in **V** et **E***BAG* || 16 esse **V** esset **E***BAG* || 19. 20 florebat (*lac. 8 litt.*) que iam fallacia *S* f. magna cum f. *B* | tumultua (*lac. 10 litt.*) Factis **VE***A* tumultuabaturque f. *G* t. patefactis *Val.* tumultuando p. *Val. in adn.* || 20 refe (*lac. 3 litt.*) que **VE***A* retectaque *G* reserataque *Kießl.* | ex] et *SBA* | confessio **V***BA* confessione **E** confesso *G* | plus **V** salus *G* || 22 consiturianis **V** consistorianis **E***BAG* | praeter inquiri **V** *def. Pighi* acriter *uel* arte inquiri *Btl.* praeter morem i. *Tr. Nov.* perspicaciter i. *Her.* properanter i. *Walter* || 23 festidissent **V** fastidissent **E***SBAG* assedissent *Madv.* resedissent *Nov.* confestim sedissent *Walter* fastum diem dedissent *Hildebrand prob. Cl. reiec. Miller*

stinorum quasi quandam umbram repperiens animaduertit, ut factum est, priore textu interpolato longe alia, quam dictarat Siluanus, ex libidine consarcinatae falsitatis ascripta. proinde fallaciarum nube 13
discussa imperator doctus gesta relatione fideli abrogata potestate praefectum statui sub quaestione praecepit, sed absolutus est enixa conspiratione multorum. suspensus autem Eusebius ex comite priuatarum se conscio haec dixerat concitata. Aedesius enim minus scisse, 14
quid actum sit, pertinaci infitiatione contendens abiit innoxius et ita finito negotio omnes sunt absoluti, quos exhiberi delatio compulit criminosa. Dynamius uero ut praeclaris artibus illustratus cum correctoris dignitate regere iussus est Tuscos. ...

Agens inter haec apud Agrippinam Siluanus assiduisque suorum 15
comperiens nuntiis, quae Apodemius in labem suarum ageret fortunarum, et sciens animum tenerum uersabilis principis timensque, ne trucidaretur absens et indemnatus, in difficultate positus maxima / barbaricae se fidei committere cogitabat. sed Laniogaiso uetante / 16
tunc tribuno, quem, dum militaret candidatus, solum affuisse morituro Constanti supra rettulimus, docenteque Francos, unde oriebatur, interfecturos eum aut accepto praemio proditurosque nihil tutum ex praesentibus ratus in consilia cogitabatur extrema et sensim cum principiorum uerticibus erectius collocutus isdemque magnitudine promis-

1 quas quandam **VE** q. quondam *S* quae q. *BA* reliquias quasdam *G* quasi quandam umbram *Her.* | animaduertitum **V** animaduertit cum (*uel* tum) ut **E** animaduerti cum *SB* animaduertit tum *AG* animaduertit ut **E***m2 Val.* || 2 est (*cpd.*) **V** ex *G* | aliquam **VE***B* aliter quam *A* alium q. *G* alia q. *Val.* || 3 consarcinata *Langen Günther* || 4 gestarum latione **V** gestorum lactione **E** g. latione *BA* gesta relatione *G* || 5 praecipit **V***BG* praecepit **E***A* | se **V** sed **E***BAG* || 7 enim nescisse *G* || 8 e *ante* sit *del.* **V** || 10 criminos. Adynamius **V** criminosos / A. **E** criminis. A. *SB* c. Dynamius *AG* || 11. 12 regere iussus est tuscos. (*lac. 15 litt.*) Agens **VE** (*lac. 22 litt.*) corrigere iussus est Tuscus (*lac. 30 litt.*) agens *S* abiit, necnon corrigere iussus est Tuscus reliquam principis creduli militiam. agens *BAG* Tuscos et Vmbros *Seeck def. Pighi* || 13 conperiis **V** comperiens **E** *Cl.* compertis *SBAG* || 14 animarum **V** animum **E***BAG* | uersabili **V** uersabilis **E***BAG* || 14. 15 principis (*lac. 15 litt.*) aretur absens*et (*fu.* e) indamnatus **V** p. (*lac. 18 litt.*) absens et indemnatus **E** p. in dicta causa timens ne absens et indemnatus perageretur reus *BAG* timensque *Cl.* timens ne proscriberetur absens et indemna tus *uel* t. ne damnaretur absens et inauditus *Val. in adn.* | trucidaretur *Gron.* indemnatus *def. Blomgren* || 17 moriture **V** morituro **E***BAG* || 18 suppleretulimus **V** supra retulimus **E***A* s. scripsimus *BG* | docentemque **VE***B* docenteque *AG* || 20 cogitabatur **V** *def. Hagend. Blomgren Frassinetti* agitabatur **E** *Cl.* cogebatur *BAG* | eum **VE***BA* cum b_2G || 21 erectus **V** secretius *G* erectius *Tr. Cl.*

sae mercedis accensis cultu purpureo a draconum et uexillorum insignibus ad tempus abstracto ad culmen imperiale surrexit.

17 Dumque haec aguntur in Galliis, ad occasum inclinato iam die / perfertur Mediolanum insperabilis nuntius aperte Siluanum demonstrans, dum ex magisterio peditum altius nititur, sollicitato exercitu
18 ad augustum culmen euectum. hac mole casus inopini Constantio icto / quasi fulmine fati primates consilio secunda uigilia conuocato properarunt omnes in regiam. cumque nulli ad eligendum, quid agi deberet, mens suppetere posset aut lingua, summissis uerbis perstringebatur Vrsicini mentio ut consiliis rei bellicae praestantissimi frustraque graui iniuria lacessiti et per admissionum magistrum — qui mos est honoratior — accito eodem ingresso consistorium offertur purpura multo quam antea placidius. Diocletianus enim Augustus omnium primus externo et regio more instituit adorari, cum semper
19 antea ad similitudinem iudicum salutatos principes legerimus. et qui paulo antea cum insectatione maliuola orientis uorago inuadendaeque summae rei per filios affectator compellabatur, tunc dux prudentissimus et Constantini magnus erat commilito solusque ad exstinguendum probis quidem sed insidiosis rationibus petebatur. diligens enim opera nauabatur exstingui Siluanum ut fortissimum perduellem aut, si secus accidisset, Vrsicinum exulceratum iam penitus aboleri, ne
20 superesset scopulus impendio formidandus. igitur cum de profectione celeranda disponeretur, propulsationem obiectorum criminum eundem

1 accusis **V** Accintus **E** amisis *SBA* annisis *G* accensis *Hadr. Val.* | a] et **E** *om. BAG* | uixillorum ♂ **V** || 4 siluarum **V** Siluanum **E***SBAG* || 5 magistro *SBAG* | nititor **V** nititur **E***SBAG* || 6 hoc **V** hac **E***SBAG* | ipso **V** icto *G* || 7 primatis **VE** permotus *BA* primates *G* || 10 sic inimentio **V** s. initur mentio **E** s. mimentio *SBA* fit mentio *G* Vrsicini m. *Lind.* || 13 multo *ex* multa **V** || 13. 14 placidius (*lac. 16 litt.*) cum semper antea (*lac. 15 litt.*) amnium primus **V** placidius c. s. a. omnium p. **E** multa, quam ante principis pedes explicitam strauerunt, *BA* placidius (*lac. 9 litt.*) primus *G* Diocletianus Augustus *add. Hadr. Val. in adn.* enim *add. Gdt.* || 14 extortio ei regio re **V** *lac. 11 litt.* **E** exteriorum regum ritu *B* externorum r. r. *A* extero ritu et regio more *G* externo et regio more *Tr. Nov. Her.* (*cf. Liv. 29, 19, 4*) || 15 iudicem **V** iudicum **E***G* iudicis *BA* | legeremus **V** legerimus *G* | et] ita is *BAG* || 16 infectatione **V** infestatione **E***SA* infestinatione *B* insectatione *G* | maliuola (m *add. m2*) **V** | uoragi (*lac. 8 litt.*) uadendaeque **V** uoragine (*lac. 6 litt.*) inuadendaeque **E** uorago i. *G* uoraginis ut inuadendae *BA* || 17 conpollabatur **V** compellabatur **E***SBAG* || 18 Constantii *Cl. in app. Her.* | magni fuerat **E***SBAG* | extinguendum incendium *Günther* || 20 Siluanum extingui *tr. SBAG* || 21 adoleri (*lac. 2 litt.*) **VE** (*sine lac.*) aboleri **E***m2BAG* || 22 scropulus **V** scrupulus **E***SBAG* scopulus *Her.* (*cf. Flor. 4, 9, 1*) | inpendio *ex* inpendo **V** | formidanus **V** formidandus **E***SBAG* || 23 celebranda *SBG* | propulsatione **V***B* propulsationem **E***AG*

ducem parantem praegressus oratione leni prohibet imperator non id esse memorans tempus, ut controuersa defensio causae susciperetur,/ cum uicissim restitui in pristinam concordiam partes necessitas subigeret urgentium rerum, antequam cresceret mollienda.

Habita igitur deliberatione multiplici potissimum tractabatur, / 21 quo commento Siluanus gesta etiamtum imperatorem ignorare existimaret. probabili argumento firmandam fidem reperto monetur honorificis scriptis, ut accepto Vrsicino successore cum potestate rediret intacta. post haec ita digesta protinus iubetur exire tribunis et pro- 22 tectoribus domesticis decem, ut postularat, ad iuuandas necessitates publicas ei coniunctis, inter quos ego quoque eram cum Veriniano collega, residuis omnibus ab imperatore delectis. iamque eum egres- 23 sum solum de se metuens quisque per longa spatia deducebat. et quamquam ut bestiarii obiceremur intractabilibus feris, perpendentes tamen hoc bonum habere tristia accidentia, quod in locum suum secunda substituunt, mirabamur illam sententiam Tullianam ex internis ueritatis ipsius promulgatam, quae est talis: „et quamquam optatissimum est perpetuo fortunam quam florentissimam permanere, illa tamen aequalitas uitae non tantum habet sensum, quantum cum ex miseris et perditis rebus ad meliorem statum fortuna reuocatur."

Festinamus itaque itineribus magnis, ut ambitiosus magister ar- 24 morum ante allapsum per Italicos de tyrannide ullum rumorem in suspectis finibus appareret, uerum cursim nos properantes aeria uia quadam anteuolans prodiderat fama et Agrippinam ingressi inueni-

2 controuersia **V** controuersa *Lind.* || **4** molliendo **V** mollienda *G* || **5** id *ante* potissimum *add. Gdt.* || **6** gesto **V** gesta *G* | imperatore rem **V** imperatorem *G* || **7** et *ante* probabili *add. Val.* | ad *ante* firmandam *add.* **E***m2G def. Pighi reiec. Bae.* || **9. 10** tribunus cum protectoribus domesticis **E** Tribunus et p. d. *SB* T., et protectores domesticos b_1b_2G || **11** (*lac. 3 litt. in fin. us.*) Etconiunctis **V** (*sine lac.*) coniunctis **E** secum duxit *BG* (*lac. 5 litt.*) et coniunctis *A* ei c. *Val.* || **12** residui (*ex* redui) omni (*lac. 21 litt.*) **V** r. omni (*lac. 13 litt.*) **E** r. omnes propinqui et familiares *BAG* residuis omnibus ab imperatore delectis *Pighi* || **13** sé metú **V***BAG* se metum **E** se metuens *Val. in adn.* || **14** perpendes **V** perpendentes **E***AG* perpendens *SB* || **15** haberet **VE***B* habere *AG* | tristitia **V***B* tristia **E***AG* | recidentia **VE** recidiua *BA* praecedentia *G* accidentia *Cl.* | locos (*ex* locis) sunt **V** locos s. **E** illico *BA* locis suis *G* locum suum *Her.* loco eorum *Cl. in app.* || **16** substituunt (*lac. 10 litt. in fin. pag.*) **VE** (*lac. 12 litt. in fin. us.*) *sine lac. G lac. indic. Cl. reiec. Pighi* | in externis *S* in aeternis *BG* || **17** adytis *post* ipsius *add. BAG* || **18** perpetui **V** perpetuo **E***A* perpeti *S* perpetim *BG* || **19** qualitas **V** aequabilitas *Val.* aequalitas *Eyss.* || **20** seris **VE** saeuis *BAG* feris *Eyss.* miseris *Kießl.* | fortunae **V***A* fortuna **E***BG* fortunae reuocamur *Her.* || **23** aeraria **V** aeria **E** erraria *S* erratica *BAG* aeria uia *Cl.* (*cf. 18, 6, 3*) *def. Pighi* || **24** quaedam **E***BAG*

25 mus cuncta nostris conatibus altiora. namque conuena undique multitudine trepide coepta fundante coactisque copiis multis pro statu rei praesentis id aptius uidebatur, ut ad imperatoris nouelli per ludibriosa auspicia uirium accessu firmandi sensum ac uoluntatem dux flexibilis uerteretur, quo uariis assentandi figmentis in mollius uer-
26 gente securitate nihil metuens hostile deciperetur. cuius rei finis arduus uidebatur; erat enim cautius obseruandum, ut appetitus opportunitati obtemperarent nec praecurrentes eam nec deserentes. qui si eluxissent intempestiue, constabat nos omnes sub elogio uno morte multandos.

27 Susceptus tamen idem dux leniter adactusque inclinante negotio ipso ceruices adorare sollemniter anhelantem celsius purpuratum ut spectabilis colebatur et intimus facilitate aditus honoreque mensae regalis adeo antepositus aliis, ut iam secretius de rerum summa consul-
28 taretur. aegre ferebat Siluanus ad consulatum potestatesque sublimes elatis indignis se et Vrsicinum solos post exsudatos magnos pro re publica labores et crebros ita fuisse despectos, ut ipse quidem per quaestiones familiarium sub diceptatione ignobili crudeliter agitatus / commisisse in maiestatem arcesseretur, alter uero ab oriente raptus odiis inimicorum addiceretur; et haec assidue clam querebatur et
29 palam. terrebant nos tamen, cum dicerentur haec et similia, circumfrementia undique murmura causantis inopiam militis et rapida celeritate ardentis angustias Alpium perrumpere Cottiarum.

30 In hoc aestu mentis ancipiti ad effectum tendens consilium occulta scrutabamus indagine sederatque tandem mutatis prae timore saepe sententiis, ut quaesitis magna industria cautis rei ministris obstricto religionum consecratione colloquio Bracchiati sollicitarentur atque Cor-

1 contibus **V** cogitationibus **E** comitibus *B* conatibus *AG* || **2. 3** prostratur ei praesentibus **VE***A* prosilit enim p. *B* pro statu rei praesentis *G* || **3** id] is *BA* | aptibus **V** actibus *S* actoribus *BA* aptius *G* | uidebatur *om. BA* | ludibrios **V** ludibriorum **E** ludibria *BA* ludibriosa *G* || **4** accessus firmantis *G* || **5** flebilis **V** flexibilis *Btl. Dederichs prob. Pet.* | mollius *ex* molliendo **V** | urgente **V** uergente *Hadr. Val.* || **6** metuens *ex* metus **V** | arduos **V** arduus **E***SBAG* || **8** nec[1]] ne **V***B* nec **E***AG* | si *add. G* || **12** sollempniter **V** | anhillantem ♂ **V** | purpuratam **V** purpuratum **E** *Val.* purpuram *BAG* | ut *om. G* || **13** spetiabilis **V** spectabilis **E***BA* specialius *G* || **15** ad *add. BAG* || **16** et *add. BAG* || **17** dispectos **V** despectos **E***SBAG* || **18** discerptatione **V** disceptatione **E***G* discrepatione *SBA* | agitatis **V***BA* agitatus **E***G* || **19** cum misisse **V** commissi **E** commisisse *SBAG* || **20** adduceretur *BAG* | hoc *SBAG* | quaerebatur **V***B* querebatur **E***SAG* || **23** altium **V** alpium **E***SBAG* | perrumperet **VE** perrumpere *BAG* || **25** scrutabamur *SBAG* || **26** cauti spei **V** tantisper **E** cautis *BAG* cautis rei *Val.* || **27** Braccati b_2G

nuti fluxioris ... ubertate mercedis ad momentum omne uersabiles. / firmato itaque negotio per sequestres quosdam gregarios obscuritate 31
ipsa ad id patrandum idoneos praemiorum exspectatione accensos / solis ortu iam rutilo subitus armatorum globus erupit atque, ut solet in dubiis rebus, audentior caesis custodibus regia penetrata Siluanum extractum aedicula, quo exanimatus confugerat, ad conuenticulum ritus Christiani tendentem densis gladiorum ictibus trucidarant.

Ita dux haud exsilium meritorum hoc genere oppetit mortis metu 32
calumniarum, quibus factione iniquorum irretitus est absens, ut
tueri possit salutem ad praesidia progressus extrema. licet enim ob 33
tempestiuam illam cum armaturis proditionem ante Mursense proelium obligatum gratia retineret Constantium, ut dubium tamen mutabilem uerebatur, licet patris quoque Boniti praetenderet fortia facta, Franci quidem, sed pro Constantini partibus in bello ciuili / acriter contra Licinianos saepe uersati. euenerat autem, ut, antequam 34
huiusmodi aliquid agitaretur in Galliis, Romae in Circo Maximo populus – incertum, relatione quadam percitus an praesagio – „Siluanus deuictus est" magnis uocibus exclamaret.

Igitur Siluano apud Agrippinam, ut relatum est, interfecto inaesti- 35
mabili gaudio re cognita princeps insolentia coalitus et tumore hoc quoque felicitatis suae prosperis cursibus assignabat eo more, quo semper oderat fortiter facientes ut quondam Domitianus, superare tamen quacumque arte contraria cupiebat. tantumque afuit laudare 36
industrie gesta, ut etiam quaedam scriberet de Gallicanis intercepta thesauris, quos nemo attigerat. idque scrutari iusserat artius interrogato Remigio etiamtum rationario apparitionis armorum magistri, / cui multo postea, Valentiniani temporibus, laqueus uitam in causa

1 fluxioris (*lac. 22 litt. ras. 2 litt. in fin. lac.*) **VE** (*lac. 12 litt.*) f. ingenii *BA* f. fidei et *G* f. f. numeri et proposita *Pighi* | uersubiles **V** uersabiles **E***S BAG* || 3 accensus *W. Meyer Spir.* || 4 globos **V** globus **E***BAG* | erumpit *G* || 5 signarum **V** signorum **E** signiorium *BA* Siluanum *G* || 6 aut **VE** ad **E***m2* (*in marg.*) *BAG* || 7 tendens *Günther* | trucidarunt **E** trucidant *G* || 8 aut **VE** haud **E***m2G* ad *SBA* || 12 et *post* tamen *add. BAG prob. Cl.* mutabilemque *Stangl* || 13 patrisque poniti *S* patris P. *B* p. quoque P. *A* patris Bonitii *G* || 14 frangi quidem sed **VE** frugi q. et **E***m2 in marg.* sed *BG* quidem sed *A* Franci quidem sed *Lind.* || 15 tantae quam **VE** (t *pr. del.*) antequam *SBAG* ut *add. Tr. Cl.* (*cf. lin. 16 et 17*) || 16 ut Romae *Lind.* (*cf. lin. 15*) | maxime **V** maximo **E***SBAG* || 17 ratione **V** relatione *Btl.* | et siluanus **VE** ut S. *BAG (cf. lin. 15)* || 18 deuii est **V** *lac. 7 litt.* **E** deuius *SBA* deuictus est *G* || 19 siluanus agripinam **V** Siluano apud Agrippinam **E** *def. Her.* S. A. *BA* S. Agrippinae *G* || 24 quandam **V** quondam **E** quedam **E***m2 in marg.* quaedam *BAG* || 25 scrutarius serat **V** scrutari iusserat **E***SBAG* || 27 lacus **VE***B* laqueus *AG*

37 Tripolitanae legationis erupit. post quae ita completa Constantius ut iam caelo contiguus casibusque imperaturus humanis magniloquentia sufflabatur adulatorum, quos augebat ipse spernendo proiciendoque id genus parum callentes, ut Croesum legimus ideo regno suo Solonem expulisse praecipitem, quia blandiri nesciebat, et Dionysium intentasse poetae Philoxeno mortem, cum eum recitantem proprios uersus / absurdos et inconcinnos laudantibus cunctis solus audiret immobilis. /
38 quae res perniciosa uitiorum est altrix. ea demum enim laus grata esse potestati debet excelsae, cum interdum et uituperationi secus gestorum pateat locus.

6 Iamque post securitatem quaestiones agitabantur ex more et uinculis catenisque plures ut noxii plectebantur. exsurgebat enim efferuens laetitia Paulus, tartareus ille delator, ad uenenatas artes suas licentius exercendas et inquirentibus in negotium consistorianis atque militaribus, ut praeceptum est, Proculus admouetur eculeo, Siluani domesticus, homo gracilis et morbosus, metuentibus cunctis, ne ui nimia tormentorum leui corpore fatigato reos atrocium criminum promisce citari faceret multos. uerum contra, quam speratum est, contigit. /
2 memor enim somnii, quo uetitus erat per quietem, ut ipse firmauit,/ pulsare quendam insontem, usque ad confinia mortis uexatus nec nominauit nec prodidit aliquem, sed asserebat factum Siluani constanter id eum cogitasse, quod iniit, non cupiditate, sed necessitate
3 compulsum argumento euidenti demonstrans. causam enim probabilem ponebat in medio multorum testimoniis claram, / quod die quinto, antequam infulas susciperet principatus, donatum stipendio militem Constantii nomine allocutus est, fortis esset et fidus. unde apparebat, quod, si praesumere fortunae superioris in-
4 signia conaretur, auri tam graue pondus largiretur ut suum. post hunc damnatorum sorte Poemenius raptus ad supplicium interiit, qui,

1 erupit **VE***B def. Löfst. Pighi reiec. Hartke* eripuit *A* rupit *G* || 3 inflabatur **E** fl. sufflabatur *S* fastuque sufflabatur *BAG* | adula**torum (*fu.* ba) **V** || 4 cruessum **V** Croesum *SBAG* || 4. 5 regnos suolonem expulsisse **V** regno Solonem expulisse **E** r. suo Solonem e. *BAG* || 5 intentare **VE***BG* intentasse *A* || 6 montem **V** mortem *BAG* || 7 audire **VE** audiret *BAG* || 8 pernitiosa **V** | enim *om.* b_2G || 9 uetiperationi **V** uituperationi **E***SBAG* | gessiorum **V** gestorum **E***BAG* || 11 ex] de *SBAG* | et] ex *SBAG* || 12 et *ante* catenisque *add. SBA* | plures *om. SB* | noxi **V***BA* noxii **E***SG* | phetebantur **V** plectebantur **E***G* petebantur *SA* petebatur *B* || 13 illas **V***B* ille **E***AG* || 20 quenquam *AG* | insontem *add.* **V***m2* | uexatur **V** uexatus **E***SBAG* || 22 ideo **V** id eum *G* || 25 susciperet et **V***BA* suscipe et **E** susciperet *G* || 26 milite **V** militem **E***BAG* | constanti **V***BA* Constantii **E***G* || 27 praesumeret **V** praesumere *Val.* || 28 giretur **V** largiri **E** repetere *BAG* largiretur *Boxh. Val.*

ut supra rettulimus, cum Treueri ciuitatem Caesari clausissent Decentio, ad defendendam plebem electus est. tum Asclepiodotus et Lutto et Maudio comites interempti sunt aliique plures haec et similia perplexe temporis obstinatione scrutante.

Dum has exitiorum communium clades suscitat turbo feralis, ur- 7
bem aeternam Leontius regens multa spectati iudicis documenta praebebat in audiendo celerior, in disceptando iustissimus, natura beneuolus, licet auctoritatis causa seruandae acer quibusdam uidebatur et inclinatior ad damnandum. prima igitur causa seditionis in eum 2
concitandae uilissima fuit et leuis. Philoromum enim aurigam rapi praeceptum secuta plebs omnis uelut defensura proprium pignus / terribili impetu praefectum incessebat ut timidum, sed ille stabilis et erectus immissis apparitoribus correptos aliquos uexatosque tormentis nec strepente ullo nec obsistente insulari poena multauit. diebus- 3
que paucis secutis cum itidem plebs excita calore, quo consueuit, uini causando inopiam ad Septemzodium conuenisset, celebrem locum, / ubi operis ambitiosi Nymphaeum Marcus condidit imperator, illuc de industria pergens praefectus ab omni toga apparitioneque rogabatur enixius, ne in multitudinem se arrogantem immitteret et minacem / ex commotione pristina saeuientem. difficilis ad pauorem recta tetendit adeo, ut eum obsequen ... desereret licet in periculum festinantem abruptum. insidens itaque uehiculo cum speciosa fiducia contuebatur 4
acribus oculis tumultuantium undique cuneorum ueluti serpentium uultus perpessusque multa dici probrosa agnitum quendam inter alios
eminentem uasti corporis rutilique capilli interrogauit, an ipse esset Petrus Valuomeres, ut audierat, cognomento. eumque, cum esse sonu

1 suprae ♂ V | clausisent ♂ V || 5 clabes V clades E*SBAG* || 7 praecipiebat V*BG* praebebat E*A* | celeri V celer in E*BAG def. Blomgren* celerior in (*uel* celerrimus *reiec. Hagend.*) *c. c. Cl.* || 9 adamandum VE ad amandum *SBAG* ad amandandum *Hermann* ad damnandum *Btl. Erfurdt* | aut V causa E ars *BAG* ansa *Boxh. def. Löfst.* ampla *Tr.* || 12 incessabat VE incessebat *BAG* || 13 correctos V correptos E*SBAG* || 14 multati sunt V mulctauit *G* || 15 ididem VE id idem *S* ad idem *BA* itidem *G* || 15. 16 uim causando (inopiam *om.*) *SBG* || 16 at V ad E*SBAG* | septenzonium *BA* septizonium b_2G | lecebrem V celebrem E*SBAG* || 17 illud V illuc E*BAG* illucque *Günther* || 18 adomnitoga V ab omni torga E a dominicoga *BA* ab omni toga *G* | apparitionique ♂ V apparitore *A* || 20 difficilisque *G* | recti V recta *Btl.* || 21 obsequen (*lac. 12 litt.*) V obsequentium turba ministrorum E obsequentem facile *BA* obsequentium pars *G* o. adulatio *Brakman* o. pars togata *Pighi* obsequenter pars ministrorum sequeretur, cum pars *Sey.* || 22 conturbatur VE*B* contuebatur *AG* || 23 tumultuantum *G* | uelut inserpentium V*BA* u. inserpentum E ueluti serpentium *G* || 25 eminentium V eminentem E*BAG* | rutulique V rutilique E*BAG* || 26 esset V esse E*BAG* | sono E*BAG*

respondisset obiurgatorio, ut seditiosorum antesignanum olim sibi compertum reclamantibus multis post terga manibus uinctis suspendi
5 praecepit. quo uiso sublimi tribuliumque adiumentum nequicquam implorante uulgus omne paulo ante confertum per uaria urbis membra diffusum ita euanuit, ut turbarum acerrimus concitor tamquam in iudiciali secreto exaratis lateribus ad Picenum eiceretur, ubi postea ausus eripere uirginis non obscurae pudorem Patruini consularis sententia supplicio est capitali addictus.

6 Hoc administrante Leontio Liberius Christianae legis antistes a Constantio ad comitatum mitti praeceptus est tamquam imperatoriis iussis et plurimorum sui consortium decretis obsistens in re, quam
7 breui textu percurram. Athanasium episcopum eo tempore apud Alexandriam ultra professionem altius se efferentem scitarique conatum externa, ut prodidere rumores assidui, coetus in unum quaesitus eiusdem loci multorum — synodus ut appellant — remouit a sacra-
8 mento, quod obtinebat. dicebatur enim fatidicarum sortium fidem / quaeue augurales portenderent alites scientissime callens aliquotiens praedixisse futura; super his intendebantur ei alia quoque a propo-
9 sito legis abhorrentia, cui praesidebat. hunc per subscriptionem abicere sede sacerdotali paria sentiens ceteris iubente principe Liberius monitus perseueranter renitebatur nec uisum hominem nec auditum damnare nefas ultimum saepe exclamans aperte scilicet recalcitrans
10 imperatoris arbitrio. id enim ille Athanasio semper infestus, licet sciret impletum, tamen auctoritate quoque potiore aeternae urbis episcopi firmari desiderio nitebatur ardenti; quo non impetrato Liberius aegre populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit asportari.

8 Et haec quidem Romae, ut ostendit textus superior, agebantur. / Constantium uero exagitabant assidui nuntii deploratas iam Gallias indicantes nullo renitente ad internecionem barbaris uastantibus

2 pos **VE** *def. Pighi* post *BAG* || 4 omni pauli **V** omne paulo **E** *S* (omni) *BAG* || 5 et **VE** ut *BAG* || 6 iudicialia **V** iudiciali *G* || 7 patrui in consulari *SBA* Patruini consulari *G* || 8 ei id **V** est *post* addictus **E** ob id *BAG* obiit *Pet.* cecidit *Walter* periit *Eyss.* oppetit *Her.* || 9 antestes ♂ **V** || 10 imperatoris *AG* || 11 iussisset **VE** iussu et *B* iussui et *A* iussis et *G* | suis **V** e suis **E** scitis per *BA* sui *G* || 13 sciscitarique *BAG* || 15 loci multorum **V** *def. Blomgren Frassinetti* legis cultorum *Kießl.* || 16. 17 fidemque ł **V** f. quam **E** fidem quae uel *BA* f. quae ue *G* || 18 praeposito **V** *BG* proposito **E** *A* || 21 renitebantur **V** renitebatur **E** *SAG* retinebatur *B* | hominum **VE** hominem *Em2 BAG* || 23 arbitrior **V** arbitrio **E** *SBAG* | athasio ♂ **V** || 24 qua *BAG* | potiores **VE** *BG* potioris **E** *m2* potiuntur *A* potiore *Val. in adn.* || 25 imperato **V** impetrato **E** *BAG* || 29 nuntii *add. BAG* || 30 internitionem **V**

uniuersa; aestuansque diu, qua ui propulsaret aerumnas ipse in Italia residens, ut cupiebat, — periculosum enim existimabat se in partem contrudere longe dimotam — repperit tandem consilium rectum / et Iulianum patruelem fratrem haud ita dudum ab Achaico tractu accitum etiamtum palliatum in societatem imperii asciscere cogitabat. / id ubi urgente malorum impendentium mole confessus est proximis / 2 succumbere tot necessitatibus tamque crebris unum se, quod numquam fecerat, aperte demonstrans, illi in assentationem nimiam eruditi / infatuabant hominem nihil esse ita asperum dictitantes, quod praepotens eius uirtus fortunaque tam uicina sideribus non superaret ex more. addebantque noxarum conscientia stimulante complures deinceps caueri debere Caesaris nomen replicantes gesta sub Gallo. quis 3 adnitentibus obstinate opponebat se sola regina, incertum migrationem ad longinqua pertimescens, an pro natiua prudentia consulens in commune, omnibusque memorans anteponi debere propinquum. / post multaque per deliberationes ambiguas actitata stetit fixa sententia abiectisque disputationibus irritis ad imperium placuit Iulianum assumi. et cum uenisset accitus, praedicto die aduocato omni, quod 4 aderat, commilitio tribunali ad altiorem suggestum erecto, quod aquilae circumdederunt et signa, Augustus insistens eumque manu retinens dextera haec sermone placido perorauit:

„Assistimus apud uos, optimi rei publicae defensores, causae com- 5 muni uno paene omnium spiritu uindicandae, quam acturus tamquam apud aequos iudices succinctius edocebo. post interitum rebellium 6 tyrannorum, quos ad haec temptanda, quae mouerunt, rabies egit et furor, uelut impiis eorum manibus Romano sanguine parentantes / persultant barbari Gallias rupta limitum pace hac animati fiducia, / quod nos per disiunctissimas terras arduae necessitates astringunt. /

1 ipsa **VE** ipse *BAG* || 4 achaia contractu **VE** A. contractum *BAG* Achaico tractu *Lind. in adn.* | accitu **V***G* accitum **E** *Lind.* ac tritu *S* ac ritu *BA* || 6 molle **V** mole **E***SBAG* | est confessus *tr. SBAG* || 7 succumberet **V***B* succumbere **E***AG* || 8 in] ad *Fesser* | in assentatione nimia *Corn.* (*cf. 28, 1, 33*) || 9 hominem *om. SBG* | has ita **VE** hac ita **E***m2* his ita *BA* ita *G* || 10 ɔ **V** *om.* **E***BG* ei *A* || 13 optinebat **V***BA* optinebant **E** opponebat *G* || 16 multaque **VE***G def. Pighi Frassinetti* multa quae *BA* m. itaque *Nov.* | actitaste ut **V** actitata ut **E** actitaret ut *S* actitarat ut *BA* actitata stetit *G* || 17 adiectisque **V***BA* abiectisque **E***G* || 18 adsumet **V** assumi **E** adsumere *SBAG* a. et *Haupt* adsumi. Et *Günther Pet.* | prodicto **V** praedicto **E***BAG* || 19 (*lac. 7 litt.*) tiorem **V** in altiorem **E** ad a. *BAG* || 20 insiginens eumque **V** insigne ensemque **E** insigniter*BA* inscendens eumque *G* insistens *Val. in adn. def. Kell. Haupt* insurgens *Frassinetti* | manum **V** manu **E***BAG* || 21 placitio **V** placido **E***AG* placito *SB* || 24 poetaequos **VE***B* potero uos *A* apud aequos *G* || 27 insultant *BAG*

7 huic igitur malo ultra apposita iam proserpenti, si, dum patitur tempus, occurrerit nostri uestrique consulti suffragium, et colla superbarum gentium detumescent et imperii fines erunt intacti. restat, uen-
8 turorum spem, quam gero, secundo roboretis effectu. Iulianum, hunc fratrem meum patruelem, ut nostis, uerecundia, qua nobis ita ut necessitudine carus est, recte spectatum iamque elucentis industriae iuuenem, in Caesaris adhibere potestatem exopto coeptis, si uidentur utilia, etiam uestra consensione firmandis."

9 Dicere super his plura conantem interpellans contio lenius prohibebat arbitrium summi numinis id esse non mentis humanae uelut praescia uenturi praedicamans. stansque imperator immobilis, dum
10 silerent, residua fidentius explicauit: „quia igitur uestrum quoque fauorem adesse fremitus indicat laetus, adolescens uigoris tranquilli, / cuius temperati mores imitandi sunt potius quam praedicandi, ad honorem prope speratum exsurgat; cuius praeclaram indolem bonis artibus institutam hoc ipso plene uideor exposuisse, quod elegi. ergo eum praesente nutu dei caelestis amictu principali uelabo."

11 Dixit moxque indutum auita purpura Iulianum et Caesarem cum exercitus gaudio declaratum his alloquitur contractiore uultu submaestum:

12 „Recepisti primaeuus originis tuae splendidum florem, amantissime mihi omnium frater; aucta gloria mea, confiteor, qui iustius in deferenda suppari potestate nobilitati mihi propinquae quam ipsa po-
13 testate uideor esse sublimis. adesto igitur laborum periculorumque particeps et tutelam ministerii suscipe Galliarum omni beneficentia partes leuaturus afflictas; et si hostilibus congredi sit necesse, fixo

1 ultor *BA* | appositus *BA* opposita *G* | proserpentis **VE** proserpenti *BAG* | si *add. Val.* || 3 restat ueturum **V** restituturi **E** Restituturum *BA* restat ut rerum *G* notorum *Momms.* uenturorum *Her.* (*cf. 21, 10, 2*) uotorum *Hagend.* || 4 specie *SBA* | roboretis *in* ruboretis **V***m2* || 6 eluoctes **V** elatae **E** euolues *S* euoluens *BA* elucentis *G* || 8 concessione **V** consensione *Val. in adn.* || 10 nominis **VE** Iouis *BG* numinis *A* || 11 praedans **V** praedicans **E***BAG* praedicens *Tr.* proclamans *Cl. c. c.* (**W***m2*) || 13 fauores *G* || 14 tempora timores **VE** temperati mores **E***m2BAG* | emittendi **VE***BG* imitandi *A* || 15 prope speratum **VE** *def. Pighi Češka* prosperatum *SBG* properatum *A* prope desperatum *Hadr. Val. in adn.* prope insperatum *Corn.* propere speratum *Cl. in app.* || 16 ego *BAG* || 21 tui *G* || 22 auctam gloriam meam *Btl. Corn. Madv. prob. Pet. reiec. Blomgren* | quia *Madv.* | iustus **V** iustius *Spanh. Btl. Corn. Madv. prob. Pet.* || 23 superari **VE** super hac re *BA* superiori *G* suppari *Corn. prob. Pet.* superior *Cl. in app.* | nobilitate **V** nobilitati *G* || 25 tutela **V** tutelam **E***BAG* | mei instar *Corn. reiec. Hagend.* minister *Momms. reiec. Hagend.* interim *Her.* || 26 adflictis **V** adflictas **E***BAG* | hostibus **E***SBAG*

gradu consiste inter signiferos ipsos, audendi in tempore consideratus hortator pugnantes accendens praeeundo cautissime turbatosque subsidiis fulciens modesteque increpans desides, uerissimus testis affuturus industriis et ignauis. proinde urgente rei magnitudine per- 14
ge uir fortis ducturus uiros itidem fortes. aderimus nobis uicissim / amoris robusta constantia, militabimus simul, una orbem pacatum / — deus modo uelit, quod oramus — pari moderatione pietateque recturi. mecum ubique uideberis praesens et ego tibi quodcumque acturo non deero. ad summam i, propera sociis omnium uotis uelut assignatam tibi ab ipsa re publica stationem cura peruigili defensurus."

Nemo post haec finita reticuit, sed militares omnes horrendo fragore 15
scuta genibus illidentes — quod est prosperitatis indicium plenum; / nam contra, cum hastis clipei feriuntur, irae documentum est et doloris — immane quo quantoque gaudio praeter paucos Augusti probauere iudicium Caesaremque admiratione digna suscipiebant imperatorii muricis fulgore flagrantem. cuius oculos cum uenustate terribiles / 16
uultumque excitatius gratum diu multumque contuentes, qui futurus sit, colligebant uelut scrutatis ueteribus libris, quorum lectio per corporum signa pandit animarum interna. eumque, ut potiori reuerentia seruaretur, nec supra modum laudabant nec infra, quam decebat, / atque ideo censorum uoces sunt aestimatae, non militum. susceptus 17
denique ad consessum uehiculi receptusque in regiam hunc uersum ex Homerico carmine susurrabat: *ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή*.

Haec diem octauum iduum Nouembrium gesta sunt, cum Arbitionem consulem annus haberet et Lollianum. deinde diebus paucis 18
Helena uirgine Constanti sorore eidem Caesari iugali foedere copulata /

1 audiendi **V***B* audendi **E***AG* | in *om. BG* || 3 subsidiens **VE** subsidiis **E***m2 AG* subsidens *B* | fulciens *ex* fulcens **V** | modeste**** (*fu.* quid) **V** m. fortes/ **E** modeste *BAG* modesteque *Cl.* || 4 ignauiis **V***B* ignauis **E***AG* | proin *SBAG* || 8 uidebaris **V** uideberis **E***BAG* || 9 adsuma mihi **VE** ad sumam m. *BA* ad summa m. *G* ad summam i *Val. in adn.* ad s. igitur *Günther* || 10 curam **V** cura **E***SB AG* || 11 se **VE** sed *BAG* | fragore *ex* fragare **V** || 14 quantaque gaudia **VE** quantoque gaudio *BAG* | probabere **V** probauere **E***BAG* || 17 excitatius *ex* extatius **V** | multum diuque *tr. SBG* || 18 scrutantis **VE** scrutatis **E***m2BAG* || 19 reuouerentia **V** reuerentia **E***BAG* || 20 suprae ♂ **V** || 21 censorium **V** censorum **E***BAG* || 22 confessum **V** consessum **E***BAG* || 23 carmines **V** carmine **E***SBAG* || 23. 24 *ante uerba Graeca lac. 18 litt. in fin. pag.* **V** *sine lac.* **E***BAG def. Pighi* | ЄΜΔΒЄΙΤΟ ΡΦΥΡЄΟCΘΔΝΔΤΟCΙCΔΤΜΥΡΔΤЄΗ **VE** *Il. B 204—5 adduc. B ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιῇ AG* (*-ταῖα*) || 25 die octalium **V** die octauo **V***m3* **E***SBAG* diem octauum *Kießl.* | nouemuriem **V** *corr. m2* (*m3 ?*) | Arbetionem *A* || 27 uirgine *om. SBG* | coniugali **E***SBG*

paratisque uniuersis, quae maturitas proficiscendi poscebat, comitatu paruo suscepto kalendis Decembribus egressus est deductusque ab Augusto ad usque locum duabus columnis insignem, qui Laumellum interiacet et Ticinum, itineribus rectis Taurinos peruenit, ubi nuntio percellitur graui, qui nuper in comitatum Augusti perlatus de
19 industria silebatur, ne parata diffluerent. indicabat autem Coloniam Agrippinam, ampli nominis urbem in secunda Germania, pertinaci
20 barbarorum obsidione reseratam magnis uiribus et deletam. quo maerore perculsus uelut primo aduentantium malorum auspicio / murmurans querulis uocibus saepe audiebatur nihil se plus assecutum /
21 quam, ut occupatior interiret. cumque Viennam uenisset, ingredientem optatum quidem et impetrabilem honorifice susceptura omnis aetas concurrebat et dignitas proculque uisum plebs uniuersa cum uicinitate finitima imperatorem clementem appellans et faustum / praeuia consonis laudibus celebrabat auidius pompam regiam in principe legitimo cernens. communiumque remedium aerumnarum in eius locabat aduentu salutarem quendam genium affulsisse conclamatis
22 negotiis arbitrata. tunc anus quaedam orba luminibus cum percontando, quinam esset ingressus, Iulianum Caesarem comperisset, exclamauit hunc deorum templa reparaturum.

9 Proinde quoniam — ut Mantuanus uates praedixit excelsus — opus moueo maius maiorque mihi rerum nascitur ordo, Galliarum tractus et situm ostendere puto nunc tempestiuum, ne inter procinctus ardentes proeliorumque uarios casus ignota quibusdam expediens imitari uidear desides nauticos attrita lintea cum rudentibus, quae licuit
2 parari securius, inter fluctus resarcire coactos et tempestates. ambigentes super origine prima Gallorum scriptores ueteres notitiam reliquere negotii semiplenam, sed postea Timagenes, et diligentia Graecus et lingua, haec, quae diu sunt ignorata, collegit ex multiplicibus libris./

2 paruo* (*fu.* c) **V** || 3 laomellum **VE***A* Lacmellum *SB* Laumellum *G* || 5 per (*lac. 3 litt.*) litur **V** perculitur **V***m3***E***A* perculsus *B* percellitur *G* || 8 barbarorum *ex* barbarum **V** | et *ante* magnis *tr. BG* | delatam **V** deletam **E***BAG* || 11 occupator **VE***B* occupatior *AG* | biennam **V** *corr. m3* (*m2 ?*) || 12 imperabilem **VE***A* imperatorem *BG* impetrabilem *Lind.* || 17 salutare **V** salutarem **E***S* *BAG* | conclamantis **V** conclamantes **E** conclamans *BAG* conclamatis *Lind.* (**W***m2***N**) || 18 negotiis] nec secius *BAG* | orta **V** *corr. m3* (*m2 ?*) || 21. 22 maius opus moueo *ex* opus moueo maius **V** || 22 de **V** ordo de **V***m3***E** ordo *BAG* || 22. 23 tractu et situm **V***m3* t. et situ **E** || 25 uideor desidens **V** uidear desides **E***BAG* || 27 relinquere **V** reliquere **E***BAG* || 28 negotiis **VE** negotii *BAG* | ut imagenes **V** et Tymagines **E** Timagenes **E***m2* (*in marg.*) *AG* ut Timagenes *SB* | et diligentius **V** d. ut **E** diligentia *BA* et d. *G* || 29 haec *om. BG*

cuius fidem secuti obscuritate dimota eadem distincte docebimus et aperte. Aborigines primos in his regionibus quidam uisos esse firma- 3
runt Celtas nomine regis amabilis et matris eius uocabulo Galatas dictos — ita enim Gallos sermo Graecus appellat — alii Doriensis anti- 4
quiorem secutos Herculem oceani locos inhabitasse confines. drysidae memorant re uera fuisse populi partem indigenam, sed alios quoque ab insulis extimis confluxisse et tractibus transrhenanis crebritate bellorum et alluuione feruidi maris sedibus suis expulsos. aiunt 5
quidam paucos post excidium Troiae fugitantes Graecos ubique dispersos loca haec occupasse tunc uacua. regionum autem incolae id 6
magis omnibus asseuerant, quod etiam nos legimus in monumentis eorum incisum, Amphitryonis filium Herculem ad Geryonis et Taurisci saeuium tyrannorum perniciem festinasse, quorum alter Hispanias, alter Gallias infestabat, superatisque ambobus coisse cum generosis feminis suscepisseque liberos plures et eos partes, quibus imperitabant, suis nominibus appellasse. a Phocaea uero Asiaticus po- 7
pulus Harpali inclementiam uitans, Cyri regis praefecti, Italiam nauigio petit, cuius pars in Lucania Veliam, alia condidit in Viennensi Massiliam; dein secutis aetatibus oppida aucta uirium copia instituere non pauca. sed declinanda uarietas saepe satietati coniuncta./
per haec loca hominibus paulatim excultis uiguere studia laudabilium 8
doctrinarum inchoata per bardos et euhages et drysidas. et bardi quidem fortia uirorum illustrium facta heroicis composita uersibus cum dulcibus lyrae modulis cantitarunt, euhages uero scrutantes † seruiani et sublimia naturae pandere conabantur./

1 distinte *ex* distinete **V** distincte **E** *B A G* || 3 galatas *ex* galatos **V** || 5 drasidae **V** Drysidae *Val. in adn.* dryidae *Klotz* || 7 et] ex **V** et *G* | transrenanis **V** || 9 troiae et **V** Troiae *G* || 13 saeuum **VE** *def. Norden* (*cf. 29, 5, 48*) saeuorum *B A G* saeuium *Val. def. Klotz Bae. Blomgren Sey.* || 17 Harpagi *Lind. in adn.* || 18 petiit *G* | Lucaniam **VE** Lucania **E***m2 B A G* | ueliamalia (a *pr. add. m2*) **V** uel in Maliam **E** uel iam alia *S* ueliam alia *B A G* || 19 mansiliam ♂ **V** || 20 paucas. et **VE** pauca, et *B A* p.: sed *G* | saepe] spe *B A* | satietatis **V** satietati **E** *G* societatis *S B A* || 21 post hoc loci *S B G* | ingruere *S B G* || 22 uardos **VE** Bardos *B A G* | euhagis **V** *def. Bickel* Euhagus **E** Eusebios *B* Euages *A* Eubages *G* | dratis **V** dratas **E** Toctusages *B* Tectosages *A* Druidas *G* drysidas *Cl.* | uardi **VE** Bardi *B A G* || 24 Euhagis **V** Euhagi *B* Eubagi $b_1 b_2$ Euages *A* Eubages *G* || 25 seruiani et **V** *del. ut dittogr. Kell. Nov. Brakman delet. reiec. Pighi* seria et **E** *Val.* (seriem et *in adn.*) *Klotz* summa et *B A G* inania et *Schneider* arcana et *Drechsler prob. Pet.* perennia et *Seguine* seruiebant *Sonth.* sacrificandi et *Bickel* secretiora et *Sey. in adn.* seria uitae *Češka* | leges *ante* naturae *add. Nov. reiec. Pighi* futura *post* naturae *Kell.* uero sacris tantum seruiebant, et leges naturae *Moreau*

ceteris drysidae ingeniis celsiores, ut auctoritas Pythagorae decreuit,/ sodaliciis astricti consortiis quaestionibus occultarum rerum altarumque erecti sunt et despectantes humana pronuntiarunt animas immortales.

10 Hanc Galliarum plagam ob suggestus montium arduos et horrore niuali semper obductos orbis residui incolis antehac paene ignotam, / nisi qua litoribus est uicina, munimina claudunt undique natura uelut
2 arte circumdata. et a latere quidem australi Tyrrheno alluitur et Gallico mari; qua caeleste suspicit plaustrum, a feris gentibus fluentis distinguitur Rheni; ubi occidentali subiecta est sideri, oceano et altitudine Pyrenaea surgitur; unde ad solis ortus attollitur, aggeribus cedit Alpium Cottiarum. quas rex Cottius perdomitis Galliis solus in angustiis latens inuiaque locorum asperitate confisus lenito tandem tumore in amicitiam Octauiani receptus principis molibus magnis exstruxit ad uicem memorabilis muneris compendiarias et uiantibus opportunas medias inter alias Alpes uetustas, super quibus comperta
3 paulo postea referemus. in his Alpibus Cottiis, quarum initium a Segusione est oppido, praecelsum erigitur iugum nulli fere sine discri-
4 mine penetrabile. est enim e Galliis uenientibus prona humilitate deuexum pendentium saxorum altrinsecus uisu terribile praesertim uerno tepore, cum liquente gelu niuibusque solutis flatu calidiore uentorum per diruptas utrimque angustias et lacunas pruinarum congerie latebrosas descendentes cunctantibus plantis homines et iumenta procidunt et carpenta; idque remedium ad arcendum exitium repertum est solum, quod pleraque uehicula uastis funibus illigata pone cohibente uirorum uel bouum nisu ualido uix gressu reptante paulo

1 inter es **V** *om.* **E** inter hos *BAG* i. eos *Eyss. Sonth.* eis *postea* internas *Nov.* interius *Pet.* ceteris *postea* interna. ceteris *Her. reiec. Pighi* | dryaridae **VE** Druidae *BAG* drysidae *Cl.* || 3 et – immortales *add.* **V***m2 in marg.; ras. 12 litt. in textu* || 7 munimima **V***B* munimina **E***AG* || 9 quae **VE***BA* qua **E***m2SG* || 11 pyrenei **V** Pirenaei *G* Pyrenaea *Cl.* | surgitur **V***BG def. Sonth.* assurgit **E** surgit *A* urgetur *Eyss.* fulcitur *Her.* arcetur *Cl.* Pyrenaei saltus urgetur *Walter* | a **VE** ad *SBAG* || 12 uias *Gdt. reiec. Pet.* in quas *Sonth.* || 13 confisum **VE** confisus *BAG* c. tum *Sonth.* || 14 timore *BG* | receptis *ex* receptu **V** receptus **E***BAG* | principis **V** *def. Sonth.* principiis *Her.* principis Oct. *tr. c. c. Nov. reiec. Pighi* p. *del. Harmon* p. uias *C. F. W. M.* || 15 at **VE** ad *SBAG* | uiuantibus **VE** itinerantibus **E***m2 in marg.* inantibus *B* uiantibus *AG* uiuentibus *Sonth.* || 17 segutione **VE** Segusio *B* Segusione *AG* || 18 oppido est *tr. BAG* | feres inedia crimine **V** fere i. hieme **E** f. sine dia crimine *S* f. s. discrimine *BAG* || 19 penetrabili **V** penetrabile **E***BAG* || 21 tempore **VE***AG* tepore *B Damsté* (*cf. 19, 13, 1. 14, 10, 1*) | flata **V** flatu **E***SBAG* || 25 est *om.* *SBG* | colligata *BG* || 26 bonum nisi **V** boum n. **E** b. nisu *BAG*

tutius deuoluuntur. et haec, ut diximus, anni uerno contingunt. hieme uero humus crustata frigoribus et tamquam leuigata ideoque labilis / incessum praecipitantem impellit; et patulae ualles per spatia plana glacie perfidae uorant nonnumquam transeuntes. ob quae locorum callidi eminentes ligneos stilos per cautiora loca defigunt, ut eorum series uiatorem ducat innoxium; qui si niuibus operti latuerint aut montanis defluentibus riuis euersi, graues agrestibus praeuiis difficile peruaduntur. a summitate autem huius Italici cliui planities ad usque 6 stationem nomine Martis per septem extenditur milia et hinc alia celsitudo erectior aegreque superabilis ad Matronae porrigitur uerticem, / cuius uocabulum casus feminae nobilis dedit. unde decliue quidem iter, sed expeditius ad usque castellum Brigantiam patet. huius se- 7 pulchrum reguli, quem itinera struxisse rettulimus, Segusione est moenibus proximum manesque eius ratione gemina religiose coluntur,/ quod iusto moderamine rexerat suos et ascitus in societatem rei Romanae quietem genti praestitit sempiternam. et licet haec, quam 8 diximus uiam, media sit et compendiaria magisque celebris, tamen etiam aliae multo antea temporibus sunt constructae diuersis. et pri- 9 mam Thebaeus Hercules ad Geryonem exstinguendum, ut relatum est, et Tauriscum lenius gradiens prope maritimas composuit Alpes / hisque harum indidit nomen; Monoeci similiter arcem et portum ad perennem sui memoriam consecrauit. deinde emensis postea saeculis multis hac ex causa sunt Alpes excogitatae Poeninae. superioris Afri- 10 cani pater Publius Cornelius Scipio Saguntinis memorabilibus aerumnis et fide pertinaci destinatione Afrorum obsessis iturus auxilio in Hispaniam traduxit onustam manu ualida classem, sed ciuitate potiore Marte deleta Hannibalem sequi nequiens triduo ante transito Rhodano ad partes Italiae contendentem nauigatione ueloci inter-

4 glatiae **V** | locorum *om.* *SBG* || **5** defiguntur **V***B* defigunt **E***AG* || **6. 7** montanis **V** aut m. *Btl.* (**W***m2*) *reiec. Sonth.* uel m. *Wagn.* montanisue *Kell.* aut sint montanis *Langen* aut fuerint m. *Thomas prob. Bae.* || **7** graues **V** (*punctis trinis bis superpositis*) *BA def. Sonth. Grilli reiec. Miller om.* **E***G* glacies *Btl.* gnaris *Haupt* tramites *Unger* calles *Pet.* || **8** peruadunt *Haupt Harmon c. c.* | planicies **V** || **11** cui *Nov.* || **12** uirgantiam **V***BAG* murgantiam **E** Brigantiam *Val. in adn.* || **14** religione **V** religiose *Hadr. Val.* || **18** et *om. BG* || **19** Thebanus *BG* || **21** hique **V** inque **E** Hicque *BAG* hisque *Val. in adn.* (**T**) | harum **V** *def. Sonth.* Graiarum *Val. in adn.* | nomen indidit *tr. SBAG* | moeneci **VE** Monoeci *SBAG* | at **V** ad **E***SBAG* || **24** memorabili[bus] *ex* memorabilis (*m2*) **V** || **25** et fide pertinaci *ex* pertinaci et fide **V** et fide **E** et pertinaci fide *A* et p. *B* et fide p. *G* | aforum **V** Afrorum **E***SBAG* | auxilio *add.* **V***m2 in marg.* || **26** honustam **V** || **27** qui **E** assequi *BAG* | neque ens **V** *om.* **E** nequiens *BAG* || **28** Italiae partes *tr. SBAG*

curso spatio maris haud longo degressurum montibus apud Genuam obseruabat, Liguriae oppidum, ut cum eo, si copiam fors dedisset, uia-
11 rum asperitate fatigato decerneret in planitie. consulens tamen rei communi Cn. Scipionem fratrem ire monuit in Hispanias, ut Hasdrubalem exinde similiter erupturum arceret. quae Hannibal doctus a perfugis, ut erat expeditae mentis et callidae, Taurinis ducentibus accolis per Tricasinos et oram Vocontiorum extremam ad saltus Tricorios uenit. indeque exorsus aliud iter antehac insuperabile fecit / excisaque rupe in immensum elata, quam cremando ui magna flammarum acetoque infuso dissoluit, per Druentiam flumen gurgitibus uagis intutum regiones occupauit Etruscas. hactenus super Alpibus; nunc ad restantia ueniamus.

11 Temporibus priscis, cum laterent hae partes ut barbarae, tripertitae fuisse creduntur in Celtas eosdemque Gallos diuisae et Aquitanos et
2 Belgas, lingua institutis legibusque discrepantes. et Gallos quidem, qui Celtae sunt, ab Aquitanis Garunna disterminat flumen, a Pyrenaeis oriens collibus postque oppida multa transcursa in oceano deli-
3 tescens. a Belgis uero eandem gentem Matrona discindit et Sequana, / amnes magnitudinis geminae; qui fluentes per Lugdunensem post circumclausum ambitu insulari Parisiorum castellum Luteciam no-
mine consociati meantesque protinus prope castra Constantia /
4 funduntur in mare. horum omnium apud ueteres Belgae dicebantur esse fortissimi ea propter, quod ab humaniore cultu longe discreti / nec aduenticiis effeminati deliciis diu cum transrhenanis certauere
5 Germanis. Aquitani enim, ad quorum litora ut proxima placidaque /

1 digressurum V *AG* digressum E digressus *B* degressurum *Val.* || 2. 3 oppidum — asperitate *add.* V*m2 in marg.; ras. 9 litt. in textu* || 3 planicie V || 4 comuni ♂ V | gn. *add.* V*m2 in ras.* | ire *add.* V*m2 in ras.* || 5 a *add. BAG* || 7 Tricastinos E*BAG* | uocon tigrum VE Vocontiorum *BAG* | trigorios *ex* tricorios (*m2*) V Tricorios E*SBAG* || 8 fecit (*cpd.*) *add.* V*m2* || 10 acetoque infuso acitoquae (*punctis trinis bis superscriptis*) insolidis soluit V a. i. que insolidis s. E*B* a. i. dissoluit *AG def. Pet.* igni d. *Eyss.* in calidis soluit *Löfst.* aceto infuso in solidis soluit *Sonth.* | droentiam VE Druentiam *SBAG* || 11 intotum VE*B* intortum *A* intutum *G* | se per V de E super *BAG* || 13 tripentitae V tripertitae E tripartitae *BAG* || 14 que *om. BG* | aequitanos V Aquitanos E*SBAG* || 15 legibus inter se *Klotz reiec. Sey.* || 16 sunt Celtae *tr. SBG* | garumna E*B AG* || 18 uero (*cpd.*) *add.* V*m2 om.* E | distendit *ex* descendit (*m2*) V discernit V *m3* E distendit *BA* discindit *G* || 19 amnis V*m3*E || 20 parisiorum *ex* parisorum (*m2*) V | luticia V lutecia E Lutetiam *BAG* || 21 consociatim meanti (*punctis trinis superscriptis et postea erasis*) meantesque V (que *del. m3*) c. meantes E consociatum meant meantesque *SB* consociatim m. m. *AG* consociati meantesque *Hermann Pet.* || 24 feminati V *corr. m3* | ducum VE diu cum *BAG* | transphenanis V *corr. m3*

merces aduenticiae conuehuntur, moribus ad mollitiem lapsis facile
in dicionem uenere Romanam. regebantur autem Galliae omnes, iam 6
inde uti crebritate bellorum urgenti cessere Iulio dictatori, potestate
in partes diuisa quattuor, quarum Narbonensis una Viennensem intra
se continebat et Lugdunensem, altera Aquitanis praeerat uniuersis; /
superiorem et inferiorem Germaniam Belgasque duae iurisdictiones
isdem rexere temporibus. at nunc numerantur prouinciae per omnem 7
ambitum Galliarum: secunda Germania, prima ab occidentali ex-
oriens cardine, Agrippina et Tungris munita, ciuitatibus amplis et co-
piosis. dein prima Germania, ubi praeter alia municipia Mogontiacus 8
est et Vangiones et Nemetae et Argentoratus, barbaricis cladibus no-
ta. post has Belgica prima Mediomatricos praetendit et Treueros, / 9
domicilium principum clarum. huic annexa secunda est Belgica, / 10
qua Ambiani sunt, urbs inter alias eminens, et Catelauni et Remi. /
apud Sequanos Bisontios uidemus et Rauracos, aliis potiores oppidis 11
multis. Lugdunensem primam Lugdunus ornat et Cabyllona et Seno-
nes et Biturigae et moenium Augustuduni magnitudo uetusta. se- 12
cundam enim Lugdunensem Rotomagi et Turini, Mediolanum osten-
dunt et Tricasini. Alpes Graiae et Poeninae exceptis obscurioribus ...
habent et Auenticum, desertam quidem ciuitatem, sed non ignobi-
lem quondam, ut aedificia semiruta nunc quoque demonstrant. hae
prouinciae urbesque sunt splendidae Galliarum. in Aquitania, quae 13
Pyrenaeos montes et eam partem spectat oceani, quae pertinet ad
Hispanos, prima prouincia est Aquitanica, amplitudine ciuitatum
admodum culta; omissis aliis multis Burdigala et Aruerni excellunt /
et Santones et Pictaui. Nouem populos Ausci commendant et Vasa- 14

3 ut *G* || 4 ||||orum **V** | inarbonensis ♂**V** | biennensem (m *add. m2*) **V** Viennensem **E** *SBAG* || 5 alter ♂**V** || 6 et inferiorem *om. BG* || 7 hae *post* prouinciae *add. Langen* || 8 et orientis **E** exordiens *SBG* || 9 Tungri *A* || 10 mogontiatus **V** Magonciatus **E** Mogontiacus *SA* Magontiacus *BG* || 11 nemete **V** nemetae **E** Nemetes *BAG* || 12 belbica ♂**V** | Treuiros *G* || 13 est secunda est *SB* est secunda *G* || 14 catelaunictremi **V** catelaunici remi **E** Cathelauni et Remi *BAG* || 15 bisantios *SB* Byzantios b_2G | uidimus *BAG* || 16 cabyllones **V** cabyllonas **V***m2BA* Cabillon **E** Cabillona *G* | sennones ♂**V** || 17 ueturrigae **V** Veturige **E** biturige *S* Biturigae *BAG* | augustiduni ♂**V** || 18 Lugdonensem *B* Lugdunenem *G* | rutomagi *ex* rotomagi (*m2*) **V** | mediolanium **VE** Mediolanum *SBAG* || 19 tricassini **E** Tricastini *BAG* | gralae ♂**V** Cottias *BA* | pennine *S* Penninas *BA* || 20 (*lac. 4 litt.*) habent **VE** incolunt. Habent *BA* (*sine lac.*) h. *G* oppidis (*uel sim.*) h. *Pighi* | aduenticum **VE** Agendicum *BA* Auenticum *G* || 22 in *add. A* || 23 eari *ex* aeari **V** eari **E** eoi **E***m2 in marg.* eam *BAG* || 26 cantones **V** Santones **E** (*ex* cantones) *AG* Carnuti **B** | pictaui (a *apertum, quasi* ic) **V** | nouus *BA* | populus **V***BA* populis **E** populos *G*

tae. in Narbonensi Elusa et Narbona et Tolosa principatum urbium tenent. Viennensis ciuitatum exsultat decore multarum, quibus potiores sunt Vienna ipsa et Arelate et Valentia; quibus Massilia iungitur, cuius societate et uiribus in discriminibus arduis fultam ali-
15 quotiens legimus Romam. his prope Salluuii sunt et Nicaea et Anti- 5
16 polis insulaeque Stoechades. et quoniam ad has partes opere contexto peruenimus, silere super Rhodano maximi nominis flumine incongruum est et absurdum. a Poeninis Alpibus effusiore copia fontium Rhodanus fluens et procliui impetu ad planiora degrediens proprio agmine ripas occultat et paludi sese ingurgitat nomine Lemanno 10 eamque intermeans nusquam aquis miscetur externis, sed altrinsecus summitates undae praeterlabens segnioris quaeritans exitus /
17 uiam sibi impetu ueloci molitur. unde sine iactura rerum per Sapaudiam fertur et Sequanos longeque progressus Viennensem latere sinistro praestringit, dextero Lugdunensem et emensus spatia flexuosa / 15 Ararim, quem Sauconnam appellant inter Germaniam primam fluentem et Sequanos, suum et nomen asciscit, qui locus exordium est Galliarum. exindeque non millenis passibus, sed leugis itinera metiuntur.
18 ... han ... Rhodanus aquis aduenis locupletior uehit grandissimas naues uentorum difflatu iactari saepius assuetas finitisque interuallis, 20 quae ei natura praescripsit, spumeus Gallico mari concorporatur per patulum sinum, quem uocant Ad Gradus, ab Arelate octauo decimo ferme lapide disparatum. sit satis de situ locorum. nunc figuras et mores hominum designabo.

1 narbonenselusa *ex* narbonensilusa (*m2*) **V** Narbonensi clusa *SBG* N. Elusa *A* | et[1]] est *G* | tolosa et **V** T. he **E** T. quae *BAG* T. *Val.* || 2 quibus **V** *def. Blomgren Pighi Frassinetti* e quibus *Damsté prob. Miller* || 4 fulta **V** fultam **E***BAG* || 5 s[unt] **V** || 5. 6 et niceae tantipolis insulae qua esto et chades **V** *m2* (*add. in marg.*) **E** et Nicee Antipolis *SB* (Niceae) et Nicea et A. *AG* insule questo exchades *S* insulae quae Stechades *B* insulaeque Stoech- *AG* || 7 superhodano ♂ **V** || 8 alpibus *ex* ab ubibus (*?*) **V** || 9 hrodanus **V** | at pleniora **V***B* (ad) ad planiora **E***AG* | digrediens **E***BAG* | propero *Bickel* || 11 iter means **V***B* intermeans **E***AG* || 12 segniores eritans *ex* s. ertans **V** s. excitans **E** eritans *S* quaeritans *BG* segniores q. *A* segnioris q. *Val.* s. scrutans *uel* tentans *Val. in adn.* s. enitens *Langen* || 13 rerum] aquarum *Corn.* uirium *Damsté* | perpensa paudium **VE** per densa paludium *BAG* per Sapaudiam *Val.* || 15 perstringit **E***SBAG* | dexter **V***BG* dextero **E***A* | spatio **V** spatia *G* | flexuoso **E***BA* fluctuosa *G* || 17 suum et **V***B* s. etiam **E** s. in *AG* *lac. ante* suum *indic. Val.* et Sequanos s. et *uel* s. in alueum et *Nov.* sumit et *uel* et suum in *Pighi* || 18 leucis *SBAG* || 19 (*lac. 3 litt.*) han (*lac. 2. litt.*) rhodanus **V** Iam Rhodanus **E** ubi auctus R. *BA* ubi R. *G* dein Isarae R. *Cl. in app. prob. Pighi* | adquis **V** aquis **E***SBAG* | aduenit *SBA* || 20 difflato **V** difflatione **E** flatu *BAG* difflatu *Hadr. Val.* | finitusque *AG* || 21 quas *G* | natura *add.* **V***m2* | spumeos **V** spumeo **E** spumeus *BAG* || 22 aralaete **VE** arelate **E***m2SBAG* || 24 hominum *om. SBG*

Celsioris staturae et candidi paene Galli sunt omnes et rutili lumi- 12
numque toruitate terribiles, auidi iurgiorum et sublatius insolentes. /
nec enim eorum quemquam adhibita uxore rixantem multo se fortiore et glauca peregrinorum ferre poterit globus tum maxime, cum
illa inflata ceruice suffrendens ponderansque niueas ulnas et uastas /
admixtis calcibus emittere coeperit pugnos ut catapultas tortilibus
neruis excussas. metuendae uoces complurium et minaces placatorum 2
iuxta et irascentium, tersi tamen pari diligentia cuncti et mundi nec
in tractibus illis maximeque apud Aquitanos poterit aliquis uideri uel
femina, licet perquam pauper, ut alibi frustis squalere pannorum. /
ad militandum omnis aetas aptissima et pari pectoris robore senex 3
ad procinctum ducitur et adultus gelu duratis artubus et labore assiduo multa contempturus et formidanda. nec eorum aliquando quisquam ut in Italia munus Martium pertimescens pollicem sibi praeci-
dit, quos localiter murcos appellant. uini auidum genus affectans ad 4
uini similitudinem multiplices potus et inter eos humiles quidam /
obtunsis ebrietate continua sensibus, quam furoris uoluntariam speciem esse Catoniana sententia definiuit, raptantur discursibus uagis, /
ut uerum illud uideatur, quod ait defendens Fonteium Tullius: „Gallos
post haec dilutius esse poturos, quod illi uenenum esse arbitrabantur."

Hae regiones praecipueque confines Italicis paulatim leui sudore 5
sub imperium uenere Romanum primo temptatae per Fuluium, dein
proeliis paruis quassatae per Sextium, ad ultimum per Fabium Maximum domitae; cui negotii plenus effectus asperiore Allobrogum gente
deuicta hoc indidit cognomentum. nam omnes Gallias, nisi qua paludi- 6

1 celsiores **V E** celsioris **E***m2 B A G* | candi **V** candidae **E** candidi *S B A G* || **2** toruitat et **V** toruitate **E** *A G* tortuitate *B* | [et sub]lacius **V** | insolescentes *S B A G* || **3** multos **V** multo **E** *B A G* uultu *Corn.* multo se *Her. Damsté* | fortior *B A* toruiore *Corn.* ferociore *Damsté* || **4** et *add.* **V***m2 om.* **E** | glauca] grauior *B A* || **5** sufferendens **V** suffrendens **E** *S B A G* | uinas **V** mammas **E** ulnas *B A G* || **6** admissis *B G* | adcibus **V** calcibus **E** *A* ad cibos *B G* || **7** excusas **V** excussa **E** excussos *B A* excussas *G* || **9** fractibus **V E** tractibus *B A G* | aqua (*lac. 12 litt.*) **V E** Aquitaniam *B A G* Aquitanos *Val.* A. uir *Her.* Aquitanicam (*cf. 15, 11, 13*) homo *uel* Aquitanicos homo *Pighi* | aliqui *add.* **V***m2 def. Heilm.* alicui **E** aliquid *S B* aliquis *A om. G* aliquis uir *Corn.* || **10** frustra **V E** *B A* frustis *G* fissura *? Corn.* crustis *Pet.* | pannosorum **V** *B* pannosas **E** pannosus *A* pannorum *G* pannosis. horum (*?*) *Her.* || **11. 12** rubores enexat **V** robore senex ad **E** *S B A G* || **12** ad *ante* labore *add.* **V***m2 om.* **E** *S B A G* || **15** iocaliter *B A G* || **17** obtusis *B A G* || **19** fonterim **V** Fonteium **E** *B A G* || **20** arbitrabuntur *Btl.* || **21** leuis (*ex* leuius *m2*) odore **V** leuique sudore **E** leuius odere *B A G* leui sudore *Val.* || **22** uenire **V** *B A G* uenere **E** *Val.* | fuluium *ex* fluuium **V** | deinde ♂ **V** deinde *A om. B G* || **23** fauium **V** fabium **E** *S B A G* || **25** galliae **V E** *B G* Gallias *A* | quae *B A G*

bus inuiae fuere, ut Sallustio docetur auctore, post decennalis belli mutuas clades subegit Caesar societatique nostrae foederibus uinxit aeternis. euectus sum longius; sed remeabo tandem ad coepta.

13 Domitiano crudeli morte consumpto Musonianus eius successor orientem praetoriani regebat potestate praefecti, facundia sermonis utri-
2 usque clarus. unde sublimius, quam sperabatur, eluxit. Constantinus enim cum limatius superstitionum quaereret sectas, Manichaeorum et similium, nec interpres inueniretur idoneus, hunc sibi commendatum ut sufficientem elegit; quem officio functum perite Musonianum uoluit appellari ante Strategium dictitatum et ex eo percursis honorum gradibus multis ascendit ad praefecturam, prudens alia tolerabilisque prouinciis et mitis et blandus, sed ex qualibet occasione maximeque ex controuersis litibus, quod nefandum est, et in totum lucrandi auiditate sordescens ut inter alia multa euidenter apparuit in quaestionibus agitatis super morte Theophili Syriae consularis proditione Caesaris Galli impetu plebis promiscae discerpti, ubi damnatis pauperibus, quos, cum haec agerentur, peregre fuisse constabat,/ auctores diri facinoris exutis patrimoniis absoluti sunt diuites.

3 Hunc Prosper adaequitabat pro magistro equitum agente etiamtum in Galliis militem regens, abiecte ignauus et, ut ait comicus, arte despecta furtorum rapiens propalam.

4 Quis concordantibus mutuaque commercia uicissim sibi conciliando locupletatis Persici duces uicini fluminibus rege in ultimis terrarum suarum terminis occupato per praedatorios globos nostra uexabant / nunc Armeniam, aliquotiens Mesopotamiam confidentius incursantes / Romanis ductoribus ad colligendas oboedientium exuuias occupatis.

1 ut *add. Em2G reiec. Finke Sonth.* || 2 sub (*lac. 13 litt.*) **VE** perpessas *BA* (*lac. 5 litt.*) *G* subegit Caesar *Lind.* s. Iulius Caesar *Klotz* subiunxit C. Caesar *Brakman* subegerat Caesar *Nov. prob. Pighi* | societatique **V** *Rolfe def. Češka* societatisque *Her. prob. Brakman* | foederiis **V** foederis **E** foederibus *SBAG* | iunxit *SBAG* || 3 iandem **V** *corr. m3* | at **V** ad **E***SBAG* || 4 ɔ **V** *om.* **E***SBG* eius *A* | oriente **V***BA* orientem **E***G* || 10 dictitatum *ex* dictatum **V** | percussis **VE** percursis *BAG* || 11 alias *BG* || 12 que *om. SBG* | prouintiis **V** | et ex **VE***BG* ex *A* sed ex *Lind.* || 14. 15 inquestionibus *ex* inquisitionibus (*m2*)**V** || 15 proditioni **V** proditionis **E** proditionem *S* ob p. *BAG* proditione *Val.* || 16 discepti **V** discerpti **E***BAG* || 17 constabat fuisse *tr. SBAG* || 18 auctoris **VE** auctores *BAG* | exuti *G* || 19 huc **V** hunc *G* | adaequitabat **V** *def. Hagend. Blomgren* adaequabat *G* || 20 gallis **V** Galliis **E***SBAG* || 21 despectatur tuorum **VE** despecta furtorum *BAG* || 23 Persicis *BG* | uicini fluminibus *ex* fluminibus uicini **V** || 24 glouos **V** globos **E***SBAG* || 25 nun ♂**V** | aliquot **V***BA* aliquando **E** aliquoties *G* || 26 obeuntium *BAG* | exubias **VE** exuuias *SBG* exuuies *A* | AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER XV. INCIPIT LIBER XVI. FELICITER **VE**

LIBER XVI

1. Iuliani Caesaris laus.
2. Iulianus Caesar Alamannos adoritur, caedit, capit et fugat.
3. Iulianus Caesar Coloniam a Francis captam recipit et pacem ibi cum Francorum regibus facit.
4. Iulianus Caesar apud Senonas oppidum ab Alamannis obsidetur.
5. Iuliani Caesaris uirtutes.
6. Arbitio uir consularis accusatur et absoluitur.
7. Iulianus Caesar a praeposito cubiculi sui Eutherio apud imperatorem defenditur aduersus Marcellum; et laus Eutherii.
8. Delationes et calumniae in castris Constantii Augusti et aulicorum rapacitas.
9. Agitur de pace cum Persis.
10. Constantii Aug. militaris ac uelut triumphalis in urbem Romam aduentus.
11. Iulianus Caesar Alamannos in insulis Rheni, quo se et sua receperant, aggreditur et Tres Tabernas aduersus eos reparat.
12. Iulianus Caesar VII Alamannorum reges Galliam incubantes aggreditur et barbaros apud Argentoratum acie fundit.

Haec per orbem Romanum fatorum ordine contexto uersante Cae- 1
sar apud Viennam in collegium fastorum a consule octiens Augusto
ascitus urguente genuino uigore pugnarum fragores caedesque bar-
baricas somniabat colligere prouinciae fragmenta iam parans, si
affuisset fortuna flatu tandem secundo. quia igitur res magnae, quas 2
per Gallias uirtute felicitateque correxit, multis ueterum factis for-
tibus praestant, singula serie progrediente monstrabo instrumenta
omnia mediocris ingenii, si suffecerint, commoturus. quidquid autem 3
narrabitur, quod non falsitas arguta concinnat, sed fides integra re-
rum absoluit documentis euidentibus fulta, ad laudatiuam paene
materiam pertinebit. uidetur enim lex quaedam uitae melioris hunc 4
iuuenem a nobilibus cunis ad usque spiritum comitata supremum. /
namque incrementis uelocibus ita domi forisque colluxit, ut prudentia
Vespasiani filius Titus alter aestimaretur, bellorum gloriosis cursibus

1 factorum VE fatorum *BAG* || 3 urguente *ex* urgente V | barbaricas *ex* babbaricas V || 4 somnabat V somniabat E*AG* sonabat *SB* | prouintiae V || 4. 5 se, affuit *BA* || 5 fortuna *add. Wagn.* | flatu] face *BA* | secunda *BA* || 8 sufficerint VE suffecerint *BAG* || 11 [ui]detur V || 12 mobilibus *BG* | suppremum V || 14 uespassiani V Vespasiani filius *del. Wagn. Harmon*

Traiani simillimus, clemens ut Antoninus, rectae perfectaeque rationis indagine congruens Marco, ad cuius aemulationem actus suos effin-
5 gebat et mores. et quoniam, ut Tulliana docet auctoritas, „omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpesque non item", sic praeclarae huius indolis rudimenta tunc multis 5 obnubilantibus tegebantur, quae anteferri gestis eius postea multis et miris hac ratione deberent, quod adolescens primaeuus ut Erechtheus in secessu Mineruae nutritus ex academiae quietis umbraculis,/ non e militari tabernaculo in puluerem Martium tractus strata Germania pacatisque rigentis Rheni meatibus cruenta spirantium regum 10 hic sanguinem fudit, alibi manus catenis afflixit.

2 Agens itaque negotiosam hiemem apud oppidum ante dictum inter rumores, qui uolitabant assidui, comperit Augustuduni ciuitatis antiquae muros spatiosi quidem ambitus, sed carie uetustatis inualidos / barbarorum impetu repentino insessos torpente praesentium militum 15 manu ueteranos concursatione peruigili defendisse, ut solet abrupta
2 saepe discrimina salutis ultima desperatio propulsare. nihil itaque remittentibus curis ancillari adulatione posthabita, qua eum proximi ad amoenitatem flectebant et luxum, satis omnibus comparatis octauum kalendas Iulias Augustudunum peruenit uelut dux diuturnus 20 uiribus eminens et consiliis per diuersa palantes barbaros, ubi de-
3 disset fors copiam, aggressurus. habita itaque deliberatione assistentibus locorum peritis, quodnam iter eligeretur ut tutum, multa ultro citroque dicebantur aliis per Arbor ... quibusdam per Sedelaucum et
4 Coram iri debere firmantibus. sed cum subsererent quidam Siluanum/ 25 paulo ante magistrum peditum per compendiosas uias, uerum suspectas, quia tenebris multis umbrantur, cum octo auxiliarium milibus

2 suos *om.* *SBAG* || **3** quō **V** q̊m̊ **E** quoniam *BAG* || **4** stirpisque **V** *corr. m3* || **5** praedare **V** praeclarae *SBAG* | r*u*dimenta (*fu.* e *et* m) **V** || **6** gesti[s] (*fu.* bus) **V** || **7** hoc ♂ **V** | uterectheus **V** ut Erechtheus *A* ut Erichtheus *G* || **9** artium **VE***B* martium *AG* || **10** hreni **V** || **11** sanguinum **V***B* sanguinem **E***m2AG* | manibus **V***BAG* immanibus **E** manus *Val.* | catenas *BAG* | affixit *SBAG* || **13** adsidui qui (qui *del. m2*) **V** | antiqua **V** antiquae **E***S BAG* || **15** torrente **V** torpente *G* || **16** concussatione **VE***A* concursatione *BG* || **18** quae **VE***B* qua *AG* || **19** oronibus **V** omnibus **E***BAG* || **21** palantes *ex* balantes **V** || **23** eligeretur *ex* eligegretur **V** | tota **VE** tutum *BAG* || **24** paliis **V** palus **E** paludem *BA* aliis *G* | arbor (*lac. 13 litt.*) **V** a. (*lac. 26 litt.*) debere **E** arborosam *BAG* Arborem (?), aliis per... *Deman* || **24.25** per se delauco et cora **V** de lauc. et c. *S* de lacu et corbitis *BA* per sedes Leucorum *G* per Sedelaucum et Coram *Val.* (**N**) || **27** quiante mumibris **V** quae ante umbris **E** qui ante in umbris *SBA* quia tenebris *G def. Pighi* quia nemorum t. *Her.* (*cf. Aen. 6, 238*) quia ramorum t. *Fletcher* | milebus *ex* milibus (*m2*) **V** milibus **E***SBAG*

aegre transisse, fidentius Caesar audaciam uiri fortis imitari magnopere nitebatur. et ne qua interueniat mora, adhibitis catafractariis solis et ballistariis parum ad tuendum rectorem idoneis percurso eodem itinere Autosudorum peruenit.

Vbi breui, sicut solebat, otio cum milite recreatus ad Tricasinos 6 tendebat et barbaros in se cateruatim ruentes, partim cum timeret ut ampliores, confertis lateribus obseruabat, alios occupatis habilibus locis decursu facili proterens nonnullos pauore traditos cepit, residuos in curam celeritatis omne, quod poterant, conferentes, quia sequi non ualebat grauitate praepeditus armorum, innocuos abire perpessus est. proinde certiore iam spe ad resistendum ingruentibus con- 7 firmatus per multa discrimina uenit Tricasas adeo insperatus, ut eo portas paene pulsante diffusae multitudinis barbarae metu aditus urbis non sine anxia panderetur ambage. et paulisper moratus, dum 8 fatigato consulit militi, ciuitatem Remos nihil prolatandum existimans petit, ubi in unum congregatum exercitum uehentem ... iusserat opperiri praesentiam suam; cui praesidebat Vrsicini successor Marcellus / et ipse Vrsicinus ad usque expeditionis finem agere praeceptus isdem in locis. post uariatas itaque sententias plures cum placuisset per 9 Decem pagos Alamannicam aggredi plebem, densatis agminibus tendebat illuc solito alacrior miles. et quia dies umectus et decolor uel con- 10 tiguum eripiebat aspectum, iuuante locorum gnaritate hostes tramite obliquo discurso post Caesaris terga legiones duas arma cogentes adorti paene delessent, ni subito concitus clamor sociorum auxilia coegisset. hinc et deinde nec itinera nec flumina transire posse sine 11 insidiis putans erat prouidus et cunctator, quod praecipuum bonum in magnis ductoribus opem ferre solet exercitibus et salutem. audiens 12 itaque Argentoratum, Brotomagum, Tabernas, Salisonem, Nemetas

2 nitebantur ♂ (*lac. 5 litt. in fin. us.*) **V** nitebatur (*lac. 6 litt.*) **E** n. cunctis uiribus *BAG* | interueniet *S* interueniret *BAG* | cataphractis *G* || **3** percusso **VE** percuso *B* percurso *AG* || **4** Antisiodorum **E** ad arua Succorum *BA* Autosidorum *G* || **6** caterbatim *ex* cateruatim (*m2*) **V** cateruatim **E***SBAG* || **8** coepit **VE***BA* cepit Sb_1b_2G || **11** certiori *SBAG* || **12** uenerit *S* uenerat *BAG* | Tricassas *G* | inspiratus ♂ **V** || **16** uehentem (*lac. 18 litt.*)**VE** (*lac. 14 litt.*) *G* (*lac. 4 litt.*) Vesunti *BA* uehentem mensis cibaria *Val. in adn.* u. in mensem (*def. Pighi*) c. *uel* commeatus *Wagn.* u. unius mensis cibaria *Nov.* u. commeatus abunde *Brakman* | operiri **VE***BA* opperiri b_2G || **17** tuam **V** suam **E***BAG* || **20** alamanniam **VE***A* Alemaniam *B* Alemannam *G* Alamannicam *Cl.* || **22** excipiebat *SBG* || **23** leones ♂ **V** || **24** auxilio **V***BA* auxilia **E***G* || **25** et *del. Langen* | transiri *Btl. Horkel* || **26** quod *add. G* || **27** maginis **V** magnis **E***SBAG* || **28** brotomago **V** Brotomagum *BAG* | saliso nenemetas **V** Salisonemetas **E** Sebusianos, et Nemetes *BA* Salisonem, Nemetas *G*

et Vangionas et Mogontiacum ciuitates barbaros possidentes territoria earum habitare —nam ipsa oppida ut circumdata retiis busta declinant— primam omnium Brotomagum occupauit eique iam aduen-
13 tanti acies Germanorum pugnam intentans occurrit. cumque in bicornem figuram acie diuisa collato pede res agi coepisset exitioque hostes urgerentur ancipiti, captis nonnullis, aliis in ipso proelii feruore truncatis residui discessere celeritatis praesidio tecti.

3 Nullo itaque post haec repugnante ad recuperandam ire placuit Agrippinam ante Caesaris in Gallias aduentum excisam, per quos tractus nec ciuitas ulla uisitur nec castellum, nisi quod apud Confluentes, / locum ita cognominatum, ubi amnis Mosella confunditur Rheno, Ri-
2 gomagum oppidum est et una prope ipsam Coloniam turris. igitur Agrippinam ingressus non ante motus est exinde, quam Francorum regibus furore mitiscente perterritis pacem firmaret rei publicae in-
3 terim profuturam et urbem reciperet munitissimam. quibus uincendi primitiis laetus per Treueros hiematurus apud Senonas oppidum tunc opportunum abscessit. ubi bellorum inundantium molem umeris suis, quod dicitur, uehens scindebatur in multiplices curas, ut milites, qui a solitis desciuere praesidiis, reducerentur ad loca suspecta et conspiratas gentes in noxam Romani nominis disiectaret ac prouideret, ne alimenta deessent exercitui per uaria discursuro.

4 Haec sollicite perpensantem hostilis aggreditur multitudo oppidi capiundi spe in maius accensa ideo confidenter, quod ei nec Scutarios adesse prodentibus perfugis didicerant nec Gentiles per municipia distributos, ut commodius uescerentur. cum autem ...

2 ... clausa ergo urbe murorumque intuta parte firmata ipse cum armatis die noctuque inter propugnacula uisebatur et pinnas ira exun-

1 Maguntiacum $b_1 b_2$ *G* || 2 eorum **V** earum *Hadr. Val.* | retibus *BAG* | Lustra *A def. Langen* || 3 brogomagum *ex* brotomagum (*m3*) **V** Brotomagum *SBAG* | eique] acieique *Momms.* || 4 *lac. ante* Germanorum *indic. Cl.* acies *add. Pighi prob. Hartke* | manus *post* Germanorum *add. G* || 5 surgerentur **V** urgerentur *BAG* || 6 fauore *S* furore *BAG* | truncatus **V** truncatis **E***SBAG* || 8 posthac *BAG* || 9 agripinam **V** Agrippinam **E***BAG* || 11 Rigodolum *B* Rigodulum $b_2 G$ || 14 firmare **VE** firmaret *BAG* | rei publicae firmaret *tr. S* (firmare) *BG* || 16 senonas *ex* hsenonas (*m2*) **V** || 18 mulieres **VE***B* militares *A* milites *G* | quae *SB* || 20 praeuideret **V** prouideret *Hadr. Val.* || 23 ideoque confidentius **E** ideo confidentes *BAG* | et nec **V***BA* nec **E***G* ei nec *Hadr. Val.* || 24 et prodemontibus **V** per montium *in* et quod de montibus **E** et quod de multis *BA* prodentibus *G* praemonentibus *Corn.* | ne **VE** ire *BA* nec *G* || 25. 26 uescerentur cum autem (*lac. 42 litt.*) **VE***A* u. (*sine lac.*) *BG* u. quam antea *Her.* u. cum autem Caesar hieme fere exempta uellet exire (*uel* egredi uellet), superuenere *Pighi* || 26 urbe murorum *ex* murorum urbe **V** | intota **VE** intuta *BAG* || 27 diu $b_2 G$

dante substridens, cum erumpere saepe conatus paucitate praesentis manus impediretur. post tricensimum denique diem abiere barbari tristes inaniter stulteque cogitasse ciuitatis obsidium mussitantes. / sed, quod indignitati rerum est assignandum, periclitanti Caesari dis- 3
tulit suppetias ferre Marcellus magister equitum agens in stationibus proximis, cum etiam, si ciuitas absque principe uexaretur, opposita multitudine malis obsidionalibus expediri deberet. hoc metu solutus / 4
efficacissimus Caesar prouidebat constanti sollicitudine, ut militum diuturno labori quies succederet aliqua licet breuis, ad recreandas tamen sufficiens uires, quamquam ultima squalentes inopia terrae / saepe uastitatae exigua quaedam uictui congrua suggerebant. uerum 5
hoc quoque diligentia curato peruigili affusa laetiore spe prosperorum / sublato animo ad exsequenda plurima consurgebat.

Primum igitur factuque difficile temperantiam ipse sibi indixit 5
atque retinuit, tamquam astrictus sumptuariis legibus uiueret, quas ex rhetris Lycurgi, id est axibus, Romam translatas diuque obseruatas et senescentes paulatim reparauit Sulla dictator, reputans ex praedictis Democriti, quod ambitiosam mensam fortuna, parcam uirtus apponit. id enim etiam Tusculanus Cato prudenter definiens, / 2
cui Censorii cognomentum castior uitae indidit cultus: „magna", inquit, „cura cibi, magna uirtutis incuria". denique cum legeret libellum 3
assidue, quem Constantius ut priuignum ad studia mittens manu sua conscripserat praelicenter disponens, quid in conuiuio Caesaris impendi deberet: fasianum et uuluam et sumen exigi uetuit et inferri / munificis militis uili et fortuito cibo contentus.

Hinc contingebat, ut noctes ad officia diuideret tripertita, quietis et 4
publicae rei et Musarum, quod factitasse Alexandrum legimus Magnum, sed multo hic fortius. ille namque aenea concha supposita / brachio extra cubile protento pilam tenebat argenteam, ut, cum neruorum uigorem sopor laxasset infusus, gestaminis lapsi tinnitus

2 tricessimum **V** || 3 ciuitati subsidium **V** ciuitatis obsidium *G* || 4 et **V** *def. Pet. Pighi* at *Lind.* set *Cl.* || 5 suppeti aferre **V** suppetias ferre **E***SBAG* | magister *add. G* | equitum] quietem *BA* || 6 si *ex* sei **V** || 9 succide retali qua **V** succederet aliqua **E***SBAG* || 11 uastitate **V** *def. Hagend.* uastatae *G* | congruas aggerebant **V** congrua suggerebant **E***G* c. adgerebant *BA* || 12 diligenti quoque accurato *SBA* | operuigili **V** peruigili **E***SBAG* | laetiores per **V** laetiore spe *G* | prosperum *BA* prosperiorum *Günther* || 13 ad *om. SBA* || 14 dixit **VE** indixit *BAG* || 15 su[m]ptuariis **V** || 16 retiis **V** grecis **E** rhetris *BAG* | id ex taxibus **E** id axibus *S* id axonibus *B* id est axonibus *A del. Harmon* || 18 fortunam **VE** fortuna *SBAG* | parca **VE** parcam *BAG* || 20 uita *BG* | inquid **V** || 21 cybi *ex* ibi (*m2*) **V** cibi **E***A* tibi *BG* || 22 studium *SBAG* || 26 contingebat *ex* contingebant **V** | tripartita *BAG* || 27 musarium **V** musarum **E***SBAG* || 30 neruorem **V** neruorum **E***SBAG* | rigorem *SBG*

abrumperet somnum. Iulianus uero absque instrumento, quotiens uoluit, euigilauit et nocte dimidiata semper exsurgens non e plumis uel stragulis sericis ambiguo fulgore nitentibus, sed ex tapete et sisyra,/ quam uulgaris simplicitas susurnam appellat, occulte Mercurio supplicabat, quem mundi uelociorem sensum esse motum mentium suscitantem theologicae prodidere doctrinae, atque in tanto rerum defectu /
6 explorate rei publicae m ... curabat. post quae ut ardua et seria terminata ad procudendum ingenium uertebatur et incredibile quo quantoque ardore principalium rerum notitiam celsam indagans et quasi pabula quaedam animo ad sublimiora scandenti conquirens per omnia
7 philosophiae membra prudenter disputando currebat. sed tamen cum haec effecte pleneque colligeret, nec humiliora despexit poeticam mediocriter et rhetoricam ..., ut ostendit orationum epistularumque eius cum grauitate comitas incorrupta, et nostrarum externarumque rerum historiam multiformem. super his aderat latine quoque disserendi sufficiens sermo.

8 Si itaque uerum est, quod scriptores uarii memorant, Cyrum regem et Simonidem lyricum et Hippian Eleum sophistarum acerrimum / ideo ualuisse memoria, quod epotis quibusdam remediis id impetrarunt, credendum est hunc etiamtum adultum totum memoriae dolium —si usquam repperiri potuit— exhausisse. et haec quidem pudicitiae uirtutumque sunt signa nocturna.

9 Diebus uero quae ornate dixerit et facete quaeue in apparatu uel in ipsis egerit congressibus proeliorum aut in re ciuili magnanimitate
10 correxit et libertate, suo quaeque loco singla demonstrabuntur. cum exercere proludia disciplinae castrensis philosophus cogeretur ut

2 exurgens **E***SBAG* | plurimis **V** *corr. m3* || 3 nitentibus (*lac. 7 litt. in fin. pag.*) **V** *sine lac.* **E***SBAG* | syra **VE** *ξισύρα BA ξυσίρα* b_2*G σισύρα Lind.* || 4 appellant ♂ **V** || 5 in mundi *S* in mundo *BG* || 6 tanto *ex* tantu **V** || 7 explora[nter]. ei. p̄. ꝯ. (*lac. 5 litt.*) **V** (nter *et sqq. m2*) **E** (*lac. 7 litt.*) exploranter ei (*lac. 7 litt.*) *SB* (*sine lac.*) *A* (*lac. 12 litt.*) explorante (*lac. 7 litt.*) *G* explorate Reip. munera *Val.* (**T**) membra *Brakman Walter* munus *Cl. in app. Harmon* munia *uel* munera cuncta *Nov.* munia *uel* membra *Pighi* || 8 et *ante* ad *del.* **V** | quanto *B* et quanto b_2*G* || 9 principa[l]ium (*fu.* m) rerum **V** r. p. *tr. SBAG* || 13 mediocriter] meditatus *Pet.* dico *Thomas* | amauit *ante* et *add. Wagn.* amans *Erfurdt Harmon* eruditus *Schneider* | rethoricam **V** *corr. m3 lac. post* r. *indic. Cl.* tractans *add. Nov.* Graecam diligentius tractans *Seeck* colens *Brakman* || 14 ɔ **V** *om.* **E***S BG* eius *A* | et *post* nostrarum **V** *del. m3* | exterrumque **V** exterarumque **V***m3***E** eternarumque *S* externarumque *BAG* || 15 disserendi **V** *def. Hagend.* disserenti *Val.* || 18 hippianhelum **VE** Hippiam Hellium *SBA* H. Eleum *G* || 23 ornatae ♂ **V** || 25 correxerit *A* | singula demonstrabuntur **V** *def. Pighi* singla d. *Bae. c. c.* || 26 exerceri **VE** exercere *BAG* | praeludia **E***AG* | ut] et *Kell.*

princeps artemque modulatius incedendi per pyrricham concinentibus disceret fistulis, uetus illud prouerbium „clitellae boui sunt impositae; plane non est nostrum onus“ Platonem crebro nominans exclamabat. inducente ... eius quadam sollemnitate agentes in rebus in 11
consistorium, ut aurum acciperent inter alios, quidam ex eorum consortio non, ut moris est, pansa chlamyde, sed utraque manu cauata suscepit. et imperator „rapere“, inquit, „non accipere sciunt agentes in rebus“. aditus a parentibus uirginis raptae eum, qui uiolarat, con- 12
uictum relegari decreuit. hisque indigna pati querentibus, quod non sit morte multatus, responderat hactenus: „incusent iura clementiam, sed imperatorem mitissimi animi legibus praestare ceteris decet.“ egressurum eum ad expeditionem plures interpellabant ut 13
laesi, quos audiendos prouinciarum rectoribus commendabat; et reuersus, quid egerint singuli, quaerens delictorum uindictas genuina lenitudine mitigabat. ad ultimum exceptis uictoriis, per quas caden- 14
tes saepe incolumi contumacia barbaros fudit, quod profuerit anhelantibus extrema paenuria Galliis, hinc maxime claret, quod primitus partes eas ingressus pro capitulis singulis tributi nomine uicenos quinos aureos repperit flagitari, discedens uero septenos tantum munera uniuersa complentes. ob quae tamquam solem sibi serenum post squalentes tenebras affulsisse cum alacritate et tripudiis laetabantur. denique id eum ad usque imperii finem et uitae scimus utiliter 15
obseruasse, ne per indulgentias, quas appellant, tributariae rei concederet reliqua. norat enim hoc facto se aliquid locupletibus additurum, cum constet ubique pauperes inter ipsa indictorum exordia / soluere uniuersa sine laxamento compelli.

Inter has tamen regendi moderandique uias bonis principibus aemu- 16

1 incendendi **VE** incendenti *B* incedendi *AG* | pyricham **V** Pyrricham *G* || 2 uelut **VE** ut *SB* ait *A* uetus *G* || 2. 3 impositae sunt *tr. SBAG* || 3 exclamat **VE***BG* exclamabat *A* || 4 inducet et eius **VE** Tu duces et eius *BA* inductis *G* inducente *Her. lac. indic. Seeck* cum inducti essent iussu eius *Nov.* | quaedam *BA* | solemni (*lac. 5 litt.*) agens **VE** solemnia *ἀπόρρητα* a. *BA* solenni (*lac. 7 litt.*) agentibus *G* solemnitate a. *Lind.* s. agentes *Her.* | in rebus] irruit *BA* || 6 expansa **E***SBG* | clamidae **V** chlamyde *BAG* | capuata **VE** cauata *BAG* || 7 inquid **V** || 8 auditus **VE** aditus **E***m2 Val.* auditis *B* audito *AG* | uirgines **V***B AG* uirginis **E** *Val.* | raptas *AG* || 9 quaerentibus **V***B* querentibus **E***AG* || 11 mitissimi *ex* mitissimus **V** mitissimum **E** mitissimi *BAG* || 12 interpellant **V***B* interpellabant **E***AG* || 15 uictoriis *ex* uictorus **V** || 16 incolumi *ex* incolomi (*m2*) **V** | [fudit] **V** | quod **V** *def. Blomgren* quid *Haupt* || 17 gallis **V** Galliis *Lind. Btl.* | claret *ex* daret **V** || 18 capitibus *A* | uicinos **V***B* uicenos **V***m3***E***S AG* || 19 discedens *ex* descedens **V** | septinos *ex* septenos (*m2*) **V** || 24 hoc *add.* **V***m2* || 25 cum *add.* **V***m2* | dictorum **VE***AG* doctorum *B* indictorum *Pithoeus* indictionum *Seeck*

17 landas barbarica rabies exarserat maius. utque bestiae custodum neglegentia raptu uiuere solitae ne his quidem remotis appositisque fortioribus abscesserunt, sed tumescentes inedia sine respectu salutis armenta uel greges incursant, ita etiam illi cunctis, quae diripuere, consumptis fame urgente agebant aliquotiens praedas, interdum, antequam contingerent aliquid, oppetebant.

6 Haec per eum annum spe dubia euentu tamen secundo per Gallias agebantur. in comitatu uero Augusti circumlatrabat Arbitionem inuidia uelut summa mox adepturum decora cultus imperatorii praestruxisse instabatque ei strepens immania comes Verissimus nomine arguens coram, quod a gregario ad magnum militiae culmen euectus /
2 hoc quoque non contentus ut paruo locum appeteret principalem. sed specialiter eum insectabatur Dorus quidam ex medico Scutariorum, / quem nitentium rerum centurionem sub Magnentio Romae prouectum/ rettulimus accusasse Adelphium urbi praefectum ut altiora coep-
3 tantem. cumque res in inquisitionem ueniret necessariisque negotio tentis obiectorum probatio speraretur, tamquam per satyram subito cubicullariis suffragantibus, ut loquebatur pertinax rumor, et uinculis sunt exutae personae, quae stringebantur ut consciae, et Dorus euanuit et Verissimus ilico tacuit uelut aulaeo deposito scenae.

7 Isdem diebus allapso rumore Constantius doctus obsesso apud Senonas Caesari auxilium non tulisse Marcellum eum sacramento solutum/ abire iussit in larem. qui tamquam iniuria graui perculsus quaedam in Iulianum moliebatur auribus Augusti confisus in omne patentibus cri-
2 men. ideoque cum discederet, Eutherius praepositus cubiculi mittitur statim post eum, si quid finxerit, conuicturus. uerum ille hoc nesciens mox uenit Mediolanum strepens et tumultuans, ut erat uanidicus et amenti propior, admissus in consistorium Iulianum ut procacem insimulat iamque ad euagandum altius ualidiores sibi pinnas aptare; ita
3 enim cum motu quodam corporis loquebatur ingenti. haec eo fingente

1 exarserat maius V *def. Löfst.* e. magis E e. in maius *BAG def. Fesser* exarsit in m. *Harmon* rursus in m. *Her. lac. post* e. *indic. Cl.* || 2 admotis *BG* | adpositusque V appositisque E*A* appositis *S* et appositis *BG* || 3 accesserunt V abscesserunt E*BAG* || 5 tegebant *ex* tenebant V tegebant E*BA* agebant *G* || 7 dubi V dubia E*SBAG* || 8 Arbetionem E*A* ambitionem *SB* || 9 decura V decora E*BAG* || 10 strepens *ex* strerens V || 12 ut] et *BA* | paruulo cum V*BA* paruulo E paruo locum *G* || 14 niceteriorum centurionem *BG* || 16 in *ante* inquisit. *add.* E*SBAG* ad *Nov.* in quaestionem *Her.* || 20 iacuit ♂ V | uel V*B* uelut E*AG* || 21 atlapsorum ore *ex* utlapsorumore V adlapsorum ore E*SBAG* adlapso rumore *Lind. in adn.* || 23 habere V*B* abire E*AG* || 28 proprior V propior *BAG* || 29 insimul atiamque *ex* insimul etiamque (*m2*) V || 30 commotu V*E* cum motu *SBAG* | hoc *SBG* | l *ante* fingente *del.* V

licentius Eutherius, ut postulauit, inductus iussusque loqui, quod uellet, uerecunde et modice docet uelari ueritatem mendaciis. magistro enim armorum, ut credebatur, cessante consulto industria uigili / Caesarem obsessum apud Senonas diu barbaros reppulisse apparitoremque fidum auctori suo, quoad uixerit, fore obligata ceruice sua spondebat.

Res monuit super hoc eodem Eutherio pauca subserere forsitan non 4
credenda ea re, quod, si Numa Pompilius uel Socrates bona quaedam dicerent de spadone dictisque religionum adderent fidem, a ueritate desciuisse arguebantur. sed inter uepres rosae nascuntur et inter feras nonnullae mitescunt, itaque carptim eius praecipua, quae sunt comperta, monstrabo. natus in Armenia sanguine libero captusque a 5
finitimis hostibus etiamtum paruulus abstractis geminis Romanis mercatoribus uenundatus ad palatium Constantini deducitur; ubi paulatim adolescens rationem recte uiuendi sollertiamque ostendebat litteris, quantum tali fortunae satis esse poterat, eruditus, cogitandi inueniendique dubia et scrupulosa acumine nimio praestans, / immensum quantum memoria uigens, bene faciendi auidus plenusque iusti consilii, quem si Constans imperator olim ex adulto ... iamque maturum audiret honesta suadentem et recta, nulla uel uenia certe digna peccasset. is praepositus cubiculi etiam Iulianum aliquotiens 6
corrigebat Asiaticis coalitum moribus ideoque leuem. denique digressus ad otium ascitusque postea in palatium semper sobrius et in primis consistens ita fidem continentiamque uirtutes coluit amplas, ut nec prodidisse aliquando arcanum nisi tuendae causa alienae salutis / nec exarsisse cupidine plus habendi arcesseretur ut ceteri.

Vnde factum est, ut subinde Romam secedens ibique fixo domicilio 7
consenescens comitem circumferens conscientiam bonam colatur a cunctis ordinibus et ametur, cum soleant id genus homines post partas ex iniquitate diuitias latebras captare secretas ut lucifugae uitantes multitudinis laesae conspectus. cui spadonum ueterum hunc com- 8

1 postulabit **V** postulauit **E***SBAG* || 2 uelari *ex* uelare **V** uelare *SB* | ueritate **V** ueritatem **E***SBAG* | mendaciis *ex* mendacus **V** || 4 diu *ante* obsessum *tr. BAG* | apparit*oremque (*ju.* i) **V** || 10 arguerentur *AG* || 11 mitescu[nt itaque] **V** | 3 **V** *om.* **E***SBAG* eius *Val.* (**N**) || 13 etiam dum **VE***B* e. tum *AG* | abstractus *BAG* || 14 at **V** ad **E***SBAG* || 15 paulatim (*lac. 14 litt.*) acules (*lac. 9 litt.*) irationem **V** p. (*lac. 25 litt.*) rationem **E** p. arte curaque r. *BAG* p. adulescens r. *Val.* || 16 eruditius **V***m3A* || 18 bigens **VE** uigens **E***m2B AG* || 19 (*lac. 14 litt.*) Tamque **VE** (*lac. 9 litt.*) spectasset pluraque tamquam *BAG* iamque (*sine lac.*) *Val.* iuuenem iamque *Haupt* uirum i. *Pet.* prouectiorem i. *Pighi* || 27 ut *ex* ul **V** || 29 soleat *BG* | hominum *BG* || 30 lucae fugae **V** lucifugae **E***BAG* || 31 laesu **V** laesae **E***BAG*

parare debeam, antiquitates replicando complures inuenire non potui./
fuerunt enim apud ueteres licet oppido pauci fideles et frugi, sed ob
quaedam uitia maculosi. inter praecipua enim, quae eorum quisque
studio possiderat uel ingenio, aut rapax et feritate contemptior fuit /
aut propensior ad laedendum uel regentibus nimium blandus aut
potentiae fastu superbior. ex omni latere autem ita peritum neque
legisse me neque audisse confiteor aetatis nostrae testimonio locu-
9 pleti confisus. uerum si forte scrupulosus quidam lector antiquitatum /
Menophilum, Mithridatis Pontici regis eunuchum, nobis opponat, /
hoc monitu recordetur nihil super eo relatum praeter id solum, quod
10 in supremo discrimine gloriose monstrauit. ingenti proelio superatus a
Romanis et Pompeio rex praedictus fugiensque ad regna Colchorum /
adultam filiam nomine Drypetinam uexatam asperitate morborum /
in castello Sinoria huic Menophilo commissam reliquit. qui uirginem
omni remediorum solacio plene curatam patri tutissime seruans, /
cum a Mallio Prisco imperatoris legato munimentum, quo claudeba-
tur, obsideri coepisset defensoresque eius deditionem meditari sen-
tiret, ueritus, ne parentis opprobrio puella nobilis captiua superasset
et uiolata, interfecta illa mox gladium in uiscera sua compegit. nunc
redeam unde deuerti.

8 Superato, ut dixi, Marcello reuersoque Serdicam, unde oriebatur, in
castris Augusti per simulationem tuendae maiestatis imperatoriae /
2 multa et nefanda perpetrabantur. nam si super occentu soricis uel

1 deberem *Cl. c. c. in app. reiec. Walter* debeam comparare *tr. Bae.* | antiquitatem **V***BAG* antiquitatis **E** antiquitates *Gdt.* antiquitatum *Momms.* | compluries *A* || 2 fruges et **V** frugi et **E** frugiferi *BG* frugi sed *A* || 4 uelint genio **V** uelut g. **E** uel ingenio *SBAG* | aut *om.* **E** | et] aut *BAG* | contentior **V***BAG* contemptior **E** || 5 propensor **V** propensior **E***SBAG* | uel ligendi mus **V** uel (*lac. 10 litt.*) blandus **E** ut Ligendimus *BA* uel diligentibus *G* clientibus *Val. in adn.* delinquentibus *Boxh.* licentibus *Haupt* ingentibus *Hermann* largientibus *Nov.* regentibus *Erfurdt Momms.* || 6 peritum **V** *def. Pighi* perfectum *Gdt.* politum *uel* expolitum *Kell.* paratum *Damsté* || 10 superiore laetum **V** super eo relatum *G* || 11 suppremo **V** | discrimen **VE** discrimine *SBAG* || 13 aduitam **V** ad nuptam **E** (ductam *superscr. m2*) ad uictam *B* aduectam *A* auita *G* adultam *Lind.* (**W**) | drypeti. Nam **VE** Direptim *BA* Drypetinen *G* Dripetinam *Lind.* || 14 sinhorio **V** sinorio **E***BAG* | quibus originem **V** qui uirginem *G* || 16 Manlio *BAG* | prisco *ex* pirisco **V** | monimentum **V** munimentum *G* || 17 ɔ **V** *om.* **E***SBG* eius *A* | meditaris **V** meditari **E***A* meditantes *BG* || 18 nubilis *BAG* | superata esset **E** superesset *BAG* || 20 diuerti **E***SB AG* || 21 euersoque **VE** euersaque *BAG* reuersoque *Lind. in adn.* | Serdica *BAG* || 22 angusti *ex* augusti **V** angusti **E** augusti *SBAG* | maiestati **V** maiestatis **E***SBAG* || 23 perpetrabant **V** perpetrabantur *G* | quis *post* si *add. G*

occursu mustelae uel similis signi gratia consuluisset quisquam peritum aut anile incantamentum ad leniendum adhibuisset dolorem, quod medicinae quoque admittit auctoritas, reus, unde non poterat opinari, delatus raptusque in iudicium poenaliter interibat.

Per id tempus fere Salonitanum quendam nomine Danum terrore 3
tenus uxor rerum leuium incusarat. hanc incertum unde notam Rufinus subsedit — quo indicante quaedam cognita per Gaudentium agentem in rebus consularem Pannoniae tunc Africanum cum coniuis rettulimus interfectum — apparitionis praefecturae praetorianae tum etiam princeps ob deuotionem. is, ut loquebatur iactantius, / 4
uersabilem feminam post nefandum concubitum in periculosam fraudem illexit: suasit consarcinatis mendaciis laesae maiestatis arcessere maritum insontem et fingere, quod uelamen purpureum a Diocletiani sepulchro furatus quibusdam consciis occultabat. hisque ad mul- 5
torum exitium ita formatis ipse spe potiorum ad imperatoris peruolat castra excitaturus calumnias consuetas. reque comperta iubetur / Mauortius tunc praefectus praetorio, uir sublimis constantiae, crimen acri inquisitione spectare iuncto ad audiendi societatem Vrsulo largitionum comite, seueritatis itidem non improbandae. exaggerato 6
itaque negotio ad arbitrium temporum, cum nihil post tormenta multorum inueniretur iudicesque haererent ambigui, tandem ueritas respirauit oppressa et in abrupto necessitatis mulier Rufinum totius machinae confitetur auctorem nec adulterii foeditate suppressa; sta-

1 signis V signi E *BAG* | gratia *ex* gratias V | quemquam V quisquam *Her.* (*cf. 22, 16, 19*) || 6 fer (*lac. 11 litt.*) num V fer (*lac. 14 litt.*) E fertur fuisse uirum *BAG* fere *uel* ferme *Wagn. in comm.* seruum *Her.* palatinum *uel* praefectianum *Pighi* Salonitanum *Sey. def. Češka* | quem *post* Danum *add. BAG* || 7 incusarat** (*lac. 7 litt.*) certum an*cincertum (*fu.* c; c *post* * *add. m2*) undenso tam V incusarat certum an incertum unde ense tam E i. certum an incertum reum non libet affirmare indefensum inde *BAG* i.: quem incertum unde infenso animo *Val. in adn.* hanc incertum unde notam *Her.* || 8 subseda V sub eseda E eluserat *BAG* subsidebat *Val. in adn.* subsedit *Cl.* | iudicante *SBA* || 9 conuiuis *om. BAG* || 10 [retulissent]etfectum (et *add. m2*) V retulisset effectum E retulissent e *S* r. praefectum *BAG* retulimus interfectum *Val.* | petorianae V praetorianae E*SBAG* || 11 dum V tum *Lind.* | bis V is *Val.* | loquebantur V loquebatur *Val. in adn.* || 12 in *ante* fraudem *tr. BAG* || 13 suasitque *BAG* || 16 imperatores VE imperatoris E*m2SBAG* || 17 quae ♂ V || 19 ursu ♂ V || 23 totiens VE totius *BAG* || 24 adulteri VE adulterii *S BAG* | foeditatem V foeditate E*SBAG* | statimque] tandemque *Val. in adn.*

timque legibus contemplatis ... concordes et iusti ambo sententia dam-
7 nauere letali. quo cognito Constantius fremens et tamquam uindicem salutis suae lugens exstinctum missis equitibus citis Vrsulum redire ad comitatum minaciter † posse assistere ueritati, sed ille spretis, qui prohibebant, perrupit intrepidus ingressusque consistorium ore et pectore libero docuit gesta. hacque fiducia linguis adulatorum occlusis/ et praefectum et se discrimine graui subtraxit.

8 Tunc illud apud Aquitanos euenit, quod latior fama uulgarat. ueterator quidam ad lautum conuiuium rogatus et mundum, qualia sunt in his regionibus plurima, cum uidisset linteorum toralium purpureos clauos ita latissimos, ut sibi uicissim arte ministrantium cohaererent,/ mensamque operimentis paribus tectam, anteriorem chlamydis partem utraque manu uehens intrinsecus structuram omnem ut amictus adornauerat principalis. quae res patrimonium diues euertit.

9 Malignitate simili quidam agens in rebus in Hispania ad cenam itidem inuitatus, cum inferentes uespertina lumina pueros exclamasse audisset ex usu „uincamus", uerbum sollemne interpretatum atrociter/ deleuit nobilem domum.

10 Haec taliaque ideo magis magisque crescebant, quod Constantius impendio timidus ... semper se ferri sperabat, ut Dionysius tyrannus ille Siciliae, qui ob hoc idem uitium et tonstrices docuit filias, ne cui

1 contem (*lac. 24 litt.*) ordes et iustiam **V** contem (*lac. 21 litt.*) fortes et iustitiam **E** contempt. (*lac. 31 litt.*) ordo et iustitia *S* contemptis. Multa ultro citroque discussa. Tandem o. et i. *BA G*contemplatis: uelut ipsa dictante i. *Val. in adn.* (*cf. 22, 6, 5*) c. concordes et iusti *Eyss.* (concordes *Cm2*) c., illi amore recti concordes et iusti *Nov.* (*cf. 17, 12, 1*) *def. Pighi* | ambo **VE***BA Nov. Cl. Sey.* ambos b_2*G Val. Eyss.* || 4 posse adsistere ueritatis et tale spretis **VE** iussit territatis et suppeditatis *BA* i. territatus spretis *G* i. Et ille *Val.* i. ac sistere ueritati, set *Haupt* i. ac posse se adsistere ueritati. sed *Unger lac. indic. post* iussit *et add.* qui cum eo uenisset adireque principem uellet, ab aulicis arcebatur, ne defendendae posset *Nov.* (*cf. 15, 8, 5. 21, 7, 4*) *prob. Pighi* || 6 atque **VE***BG* hacque *A* || 7 discrimine **V** discrimini *Momms.* || 8 illud *supra lin. scr.* **V** || 9 at **V** ad **E***SBAG* || 10 uilisset **V** iuisset **E** uidisset *SBAG* | perduos **V** par, duos *G* purpureos *Günther* || 12 partibus **V** pertibus **E***S* paribus *BAG* | clamidis **VE** chlamydis *BAG* || 14 adoraueratVE adornauerat *BAG* | principalesque **V** principalis *Günther* quae *Petauius* || 15 gens ♂ **V** || 16 lu*m[i]na **V** || 17 perun (*lac. 8 litt.*) lemne (*lac. 11 litt.*) interpraetatum **V***A* (*bis lac. 45 litt.*) *lac. 23 litt.* **E** *νειχάτε* interpretatum *B* interpretatus *G* (*lac.*) sollemne interpretatus *Lind.* per unum s. uocabulum interpretatum *Pet.* uesperum *Wagn.* uerbum *Her.* || 19 utaliaquae *ex* utaliqua (*m2*) **V** et alia quae **E** ut a. q. *SB* aliaque *A* taliaque *G* || 20 timidus (*lac. 18 litt.*) **VE** (*lac. 10 litt.*) t. esset *BA* t. *G* t. et de uita sollicitus *Nov. reiec. Bae.* | ferri **V** *def. Pighi* feriri **E***BAG* | dionisius **V** || 21 ceciliae ♂ **V** | tonsetrices **V** tonstrices **E***SBAG*

alieno ora committeret leuiganda, aedemque breuem, ubi cubitare sueuerat, alta circumdedit fossa eamque ponte solubili superstrauit, / cuius disiectos asseres et axiculos secum in somnum abiens transferebat eosdemque compaginabat lucis initio processurus. inflabant iti- 11
dem has malorum ciuilium bucinas potentes in regia ea re, ut damnatorum petita bona suis accorporarent essetque materia per uicinitates eorum late grassandi. namque, ut documenta liquida prodiderunt, / 12
proximorum fauces aperuit primus omnium Constantinus, sed eos medullis prouinciarum saginauit Constantius. sub hoc enim ordinum 13
singulorum auctore infinita cupidine diuitiarum arserunt sine iustitiae distinctione uel recti, inter ordinarios iudices Rufinus primus praefectus praetorio et inter militares equitum magister Arbitio praepositusque cubiculi laps ... anus quaestor et in urbe Anicii, quorum aemulationem posteritas tendens satiari numquam potuit cum possessione
multo maiore.

At Persae in oriente per furta et latrocinia potiusquam, ut solebant 9
antea, per concursatorias pugnas hominum praedas agitabant et pecorum, quas nonnumquam lucrabantur ut repentini, aliquotiens superati multitudine militum amittebant, interdum nihil prospicere
prorsus, quod poterat rapi, permittebantur. Musonianus tamen prae- 2
fectus praetorio, multis, ut ante diximus, bonis artibus eruditus, sed uenalis et flecti a ueritate pecunia facilis, per emissarios quosdam fallendi perstringendique gnaros Persarum scitabatur consilia assumpto in deliberationes huiusmodi Cassiano Mesopotamiae duce, stipen-
diis et discriminibus indurato diuersis. qui cum fide concinente specu- 3
latorum aperte cognossent Saporem in extremis regni limitibus / suorum sanguine fuso multiplici aegre propulsare gentes infestas, /

1 *ora *ex* cura **V** || 2 circumdederunt *S* circumdederat *BG* | superstrarat *BG* || 3 disiectus **V** disiectos **E***BAG* | axiculo **V** fasticulo **E** axiculos *BAG* | sontino **V** sentinam **E** somnum *BAG* || 6 atcorporarent **V** accorporarent **E***S* *BAG* | peruicacitatis *B* peruicacitati *A* || 12 aequitatum **VE** equitum *BAG* || 13 cubicul[i]* laps (*lac. 19 litt.*) anus (i *ante* * *add. m2; fu.* orum) **V** cubiculi (*lac. 2 litt.*) laps (*lac. 24 litt.*) anus **E** c., et Vrsicinus equestris ordinis praefectus *BAG* c. Eusebius et **V**. *Lind.* c. **E**. et (*lac.*) *Val.* | aniciique (*lac. 27 litt.*) uorum **V** aniciiquae (*lac. 15 litt.*) uorum **E** Anitius, qui in regiam *BAG* Anicii, quorum ad auorum *Val.* (in *pro* ad *in adn.*) A., quorum *Cl.* A. quaestuum amplitudine nobiles quorum *Pighi* || 14 posteritate *BAG* | possessione *ex* possione **V** || 16 at* [p]ersae *ex* prouersae **V** || 18 quis **V** quas *C. F. W. M.* | lucrabatur **V** lucrabantur *G* || 19 prospicere **V** conspicere *C. F. W. M.* || 20 percumittebantur **V** permittebantur **E***G* procul mittebant *BA* || 23 gnarus **V** gnaros *G* | sciscitabatur *SBAG* || 24 cassionum **V** Cassione **E** Cassioto *BA* Cassiano *G* || 26 cognoscent ♂ **V** cognosceret **E** cognoscerent *SBAG* | [limitibus] **V** || 27 – p. 82, 2 suorum – milites *add.* **V***m2 in marg.* | *aegre **V***m2*

Tamsaporem ducem parti nostrae contiguum occultis per ignotos milites temptauere colloquiis, ut, si copiam fors dedisset, suaderet regi per litteras pacem tandem aliquando cum principe Romano firmare, / 4 ut hoc facto a latere damni securus perduelles aduolaret assiduos. paruit Tamsapor hisque fretus refert ad regem, quod bellis acerrimis Constantius implicatus pacem postulat precatiuam. dumque ad Chionitas et Cusenos haec scripta mittuntur, in quorum confiniis agebat hiemem Sapor, tempus interstitit longum.

10 Haec dum per eoas partes et Gallias pro captu temporum disponuntur, Constantius quasi cluso Iani templo stratisque hostibus cunctis / Romam uisere gestiebat post Magnenti exitium absque nomine ex 2 sanguine Romano triumphaturus. nec enim gentem ullam bella cientem per se superauit aut uictam fortitudine suorum comperit ducum / uel addidit quaedam imperio aut usquam in necessitatibus summis / primus uel inter primos est uisus, sed ut pompam nimis extentam / rigentiaque auro uexilla et pulchritudinem stipatorum ostenderet / agenti tranquillius populo haec uel simile quidquam uidere nec spe- 3 ranti umquam nec optanti: ignorans fortasse quosdam ueterum principum in pace quidem lictoribus fuisse contentos, ubi uero proeliorum ardor nihil perpeti poterat segne, alium anhelante rabido flatu uentorum lenunculo se commisisse piscantis, alium ad Deciorum exempla / uouisse pro re publica spiritum, alium hostilia castra per semet ipsum cum militibus infimis explorasse, diuersos denique actibus inclaruisse magnificis, ut glorias suas posteritatis celebri memoriae commendarent.

1 tam saporem V*m2* tê S. E tamen S. *BG* Tamsaporem *A* || 2 didisset *AG* | et *post* dedisset *add.* V*m2* *om.* *AG* || 4 latere adomnis V l. ab omni E*G* l. ad omnis *SA* late ad omnes *B* latera damni ***Momms.*** a latere d. *Cl. def. Pighi* a l. orientis *postea* ab occidentali l. omni *Nov.* | aduolaret V *def. Pighi* adbellaret *G* debellaret *Momms.* inuolaret *Nov.* aboleret *Her.* || 5 tam sapor V tandem S. E tamen S. *B* (Sop-) *G* Tamsapor *A* | acertissimis *S* acerbissimis *BG* || 6 praecatium V praecatiuam E *Val.* precantium *SBA* precariam *G* || 7 eusenos VE*BG* Halanos *A* Cusenos ***Marquart*** *prob. Sey.* | confini*is V || 8 hiemam V hiemem E*SBAG* | intercessit *BAG* || 9 eos V eas *SBG* eoas *A* || 10 quam recluso VE q. ecluso *S* quidem recluso *B* q. clauso *A* concluso *G* quasi recluso *uel potius* tamquam r. *Val. in adn.* quasi clauso *Nov.* q. cluso *Her.* | se stratisque (s *pr. del.*) V extractisque *SB* stratisque *AG* || 11 gestiebat uisere *tr. SBG* | Maxentii *B* (-ti) *G* || 15 et V sed *G* || 16 rigentia aque V r. atque E rigentiaque *SBAG* || 20 anhelante rauido V anhelante rabido *Val.* || 21 commississe V || 22 uobis errore V deuouere pro re E uouisse pro re *BAG* || 23 diuersis *G* || 24 gloriosas suas VE g. s. res *BAG* glorias suas *Val. in adn.* gloriosa sua *Kießl.* | posteritati *BAG* | m *ante* celebri *del.* V | memoria V*BAG* memoriae E *Kießl.* (*cf. 17, 13, 26*)

Vt igitur multa quaeque consumpta sunt in apparatu ... secunda 4
Orfiti praefectura transcurso Ocriculo elatus honoribus magnis stipatusque agminibus formidandis tamquam acie ducebatur instructa / omnium oculis in eo contuitu pertinaci intentis. cumque urbi propin- 5
5 quaret, senatus officia reuerendasque patriciae stirpis effigies ore sereno contemplans non ut Cineas ille Pyrrhi legatus in unum coactam multitudinem regum, sed asylum mundi totius adesse existimabat. / unde cum se uertisset ad plebem, stupebat, qua celeritate omne, quod 6
ubique est hominum genus, confluxerit Romam. et tamquam Euphra-
10 ten armorum specie territurus aut Rhenum altrinsecus praeeuntibus signis insidebat aureo solus ipse carpento fulgenti claritudine lapidum uariorum, quo micante lux quaedam misceri uidebatur alterna. / eumque post antegressos multiplices alios purpureis subtegminibus 7
texti circumdedere dracones hastarum aureis gemmatisque summi-
15 tatibus illigati hiatu uasto perflabiles et ideo uelut ira perciti sibilantes caudarumque uolumina relinquentes in uentum. et incedebat hinc 8
inde ordo geminus armatorum clipeatus atque cristatus corusco lumine radians nitidis loricis indutus sparsique catafracti equites, quos clibanarios dictitant, personati thoracum muniti tegminibus et limbis
20 ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes simulacra, non uiros. / quos lamminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant / per omnia membra diducti, ut, quocumque artus necessitas commouisset, / uestitus congrueret iunctura cohaerenter aptata.
Augustus itaque faustis uocibus appellatus non montium litorum- 9

1 (*lac. 17 litt.*) **VE** regio. pro meritis cuilibet munera reddita *BAG* IV. Kal. Maias *Val. in adn.* itineris praetermittam *Pighi hic unum folium deficere aiunt scriptores codicum* **N** *et* **W** (*m2 ?*) *in marg.* || **3** formandis **V** formidandis **E***B AG* || **4** eum *Btl. Horkel Günther* || **6** pyrri **V** Pyrrhi *BAG* || **7** aestimabat *S BAG* || **8** celeritate **V** *def. Pighi* celebritate *Btl.* crebritate *Corn.* || **10** hrenum **V** || **12. 13** alternaeumque **V** alternumque **E***BAG* alterna. Eumque *Val.* aetheria. E. *Corn.* aeterna. E. *Nov.* || **13** post tantae gressos **VE** (tanta egr-) p. tante gressus *S* potestatis g. *BAG* post antegressos *Val.* || **15** perflatiles *BAG* | ueluti (*lac. 3 litt.*) ra **V** *corr. m3* uelut ita *SB* || **16** incidebat **VE** incedebat *BAG* || **17** armaturarum *Tross* (*cf. 14, 11, 21. 15, 5, 33*) *reiec. Sey.* || **19** personati **VE** *def. Kell. Müller* personatim *BA* Persae *G* | legem inibimus **VE** ligaminibus *BA* tegminibus *G* | in *ante* linbis *del.* **V** | lumbis *SBA* || **20** politae redderes **V** polita crederes **E***BAG* p. redderes *S* | simulacora (o *del. m2*) **V** || **21** laminarum **V***m3***E***SBAG* | ten[u]es **V** | lexibus **V** nexibus **E** lusibus *BA* flexibus *G* || **22** deducti **V** diducti *Gdt.* | at **VE** ad *SBA* ut *G* || **23** aptatae **V** aptae **E** apta sinus per *BA* aptata *G* || **24** augustos **VE***B* Augustus **E***m2G* angustos *SA* | appella (*lac. 10 litt.*) otium **V** appellatus (*lac. 10 litt.*) uocum **E***G* (*sine lac.*) appellati uocum *B* appellari u. *A* appellatus montium *Val.* a. minime m. *Langen* a. non m. *Her.* || **24** lictorumque *SBA* lituorumque *G*

que intonante fragore cohorruit talem se tamque immobilem, qualis
10 in prouinciis suis uisebatur, ostendens. nam et corpus perhumile
curuabat portas ingrediens celsas et uelut collo munito rectam aciem
luminum tendens nec dextra uultum nec laeua flectebat tamquam
figmentum hominis nec, cum rota concuteret, nutans nec spuens aut
os aut nasum tergens uel fricans manumue agitans uisus est umquam. /
11 quae licet affectabat, erant tamen haec et alia quaedam in citeriore
uita patientiae non mediocris indicia, ut existimari dabatur, uni illi
12 concessae. quod autem per omne tempus imperii nec in consessum
uehiculi quemquam suscepit nec in trabea socium priuatum asciuit, /
ut fecere principes consecrati, et similia multa elatus in arduum su-
percilium tamquam leges aequissimas obseruauit, praetereo memor
ea me rettulisse, cum incidissent.
13 Proinde Romam ingressus, imperii uirtutumque omnium larem, /
cum uenisset ad rostra, perspectissimum priscae potentiae forum, /
obstipuit perque omne latus, quo se oculi contulissent, miraculorum
densitate praestrictus allocutus nobilitatem in curia populumque e
tribunali in palatium receptus fauore multiplici laetitia fruebatur op-
tata et saepe, cum equestres ederet ludos, dicacitate plebis oblecta-
batur nec superbae nec a libertate coalita desciscentis reuerenter mo-
14 dum ipse quoque debitum seruans. non enim ut per ciuitates alias ad
arbitrium suum certamina finiri patiebatur, sed, ut mos est, uariis
casibus permittebat. deinde intra septem montium culmina per ac-
cliuitates planitiemque posita urbis membra collustrans et suburbana, /
quidquid uiderat primum, id eminere inter alia cuncta sperabat: /
Iouis Tarpei delubra, quantum terrenis diuina praecellunt; lauacra in
modum prouinciarum exstructa; amphitheatri molem solidatam lapi-
dis Tiburtini compage, ad cuius summitatem aegre uisio humana con-
scendit; Pantheum uelut regionem teretem speciosa celsitudine for-

1 quales **V** qualis **E** *A G* qualem *S B* || **4** et *ante* tamquam *add. Cl. reiec. Heilm. Blomgren* || **4. 5** tamquam figmentum hominis *del. Harmon c. c.* || **5** nam cum **V E** *B* non c. *A G* nam nec c. *Günther* nec c. *Cl.* || **6** est uisus *tr. A G* || **7** ceteriore **V** citeriore **E** *B A* caetera *G* || **8** uit*a (*fu.* i) **V** | *ni (*fu.* u) illi **V** nulli **E** uni illi *S B A G* || **9** concessa *B A G* | consensum **V** consessum **E** *B A G* || **11** facere **V** fecere *Val.* | consueti **E** consueuere *B A G* | quae *post* multa *add. G* || **12** obseruauit *ex* obseruabit **V** || **15** at **V** ad **E** *S B A G* || **16** ostupuit **E** obstupuit *S B A G* || **17** pro *ante* tribunali *add. B A G* e *Val. in adn.* || **20** disciscentis **V** desciscentis **E** *G* discisentis *S B* discissentis *A* || **21** alias *om. S B* || **21. 22** arbitrium **V** *B* ad a. **V** *m3 A G* ipse ad a. **E** || **25** erat **V E** *G om. S B A* uiderat *Val.* || **27** piscinarum *Hadr. Val. in adn. reiec. Lumbroso* | solididatam *ex* soliditatem **V** solidatam **E** *S B A G* || **29** Pantheon **E** *A G* | terretem **V** terrentem **E** terre tam *S* teretem tam *B A* teretem *G*

nicatam; elatosque uertices scansili suggestu concharum priorum principum imitamenta portantes et Vrbis templum forumque Pacis / et Pompei theatrum et Odeum et Stadium aliaque inter haec decora urbis aeternae.

Verum cum ad Traiani forum uenisset, singularem sub omni caelo 15
structuram, ut opinamur, etiam numinum assensione mirabilem,/ haerebat attonitus per giganteos contextus circumferens mentem nec relatu effabiles nec rursus mortalibus appetendos. omni itaque spe huiusmodi quidquam conandi depulsa Traiani equum solum locatum in atrii medio, qui ipsum principem uehit, imitari se uelle dicebat et posse. cui prope astans regalis Hormisdas, cuius e Perside discessum 16
supra monstrauimus, respondit astu gentili: „ante", inquit, „imperator, stabulum tale condi iubeto, si uales; equus, quem fabricare disponis, ita late succedat ut iste, quem uidemus." is ipse interrogatus, quid de Roma sentiret, id tantum sibi placuisse aiebat, quod didicisset ibi quoque homines mori. multis igitur cum stupore uisis horrendo / 17
imperator de fama querebatur ut inualida uel maligna, quod augens omnia semper in maius erga haec explicanda, quae Romae sunt, obsolescit, deliberansque diu, quid ageret, urbis addere statuit ornamentis, ut in proximo circo erigeret obeliscum, cuius originem formamque loco competenti monstrabo.

Inter haec Helenae, sorori Constanti, Iuliani coniugi Caesaris, Ro- 18
mam affectionis specie ductae regina tunc insidiabatur Eusebia, / ipsa, quoad uixerat, sterilis, quaesitumque uenenum bibere per fraudem illexit, ut, quotiensque concepisset, immaturum abiceret partum. nam et pridem in Galliis, cum marem genuisset infantem, hoc 19
perdidit dolo, quod obstetrix corrupta mercede mox natum prae-

1 uertices cassili **VE** u. rasili *BA* uertice scansili *G* uertices, qui scansili *Nov. prob. Pighi* | suggestus *G* | consurgunt **V** *def. Nov.* consulum et *G* concharum *Her.* || 6 numinum *ex* nominum **V** | adcensione **V** adscensione **V***m3***E***B* assensione *AG* || 7 adtonitus *ex* attonitus **V** || 8 ineffabiles *Hadr. Val.* || 9 quicquam *add.* **V***m2* quicquid *B om. G* || 11 ormisda **V** || 12 suprae ♂ **V** | agustu **V** Auguste **E** Augustus *SB* gestu *G* astu *Val. in adn.* (**N**) resp. a. g. *om. A* | inquid **V** || 15 displicuisse *Val. in adn.* (**N***m2*) d. *uel* non placuisse *Lumbroso prob. Pighi reiec. Miller* | quid **V** quod **E***SBAG* || 17 imperatori **VE***B* imperator de *AG* i. in *Gron.* | quaerebatur **V***A* querebatur **E***SG* quae quaerebatur *B* | magna **VE** *BG* maligna *A* || 18 absolescit *S* abolescit *B* || 19 quid *add.* **E***m2BAG* quid ibi *dubit. Cl. in app.* | ageretur bis **VE** ageret urbis **E***m2G* ageretur his *BA* | 20 maximo **E***m2 in marg.* | uero *SB* | originum ♂ **V** || 21 condecenti *BAG* || 22 sororem **V** sorori **E***BAG* || 25 quotienscumque **E***SBAG* | inmaturum *ex* inmaturam **V** || 27 praefecto **V** prerepto **E** praesecto *BAG*

secto plus, quam conuenerat, umbilico necauit: tanta tamque diligens opera nauabatur, ne fortissimi uiri suboles appareret.

20 Cupiens itaque augustissima omnium sede morari diutius imperator,/ ut otio puriore frueretur et uoluptate, assiduis nuntiis terrebatur et certis indicantibus Suebos Raetias incursare Quadosque Valeriam / et Sarmatas, latrocinandi peritissimum genus, superiorem Moesiam et secundam populari Pannoniam. quibus percitus tricensimo, postquam ingressus est, die quartum kalendas Iunias ab urbe profectus /
21 per Tridentum iter in Illyricum festinauit. unde misso in locum Marcelli Seuero, bellorum usu et maturitate firmato, Vrsicinum ad se uenire praecepit. et ille litteris gratanter acceptis Sirmium uenit comitantibus solis ... libratisque diu super pace consiliis, quam fundari posse cum Persis Musonianus rettulerat, in orientem cum magisterii remittitur potestate. prouectis e consortio nostro ad regendos milites natu maioribus adolescentes eum sequi iubemur, quidquid pro re publica mandauerit, impleturi.

11 At Caesar exacta apud Senonas hieme turbulenta Augusto nouies seque iterum consule Germanicis undique circumfrementibus minis / secundis ominibus motus Remos properauit alacrior magisque laetus, / quod exercitum regebat Seuerus nec discors nec arrogans, sed longa militiae frugalitate compertus et eum recta praeeuntem secuturus ut
2 ductorem morigerus miles. parte alia Barbatio post Siluani interitum promotus ad peditum magisterium ex Italia iussu principis cum uiginti quinque milibus armatorum Rauracos uenit.

3 Cogitatum est enim solliciteque praestructum, ut saeuientes ultra solitum Alamanni uagantesque fusius multitudine geminata nostro-
4 rum forcipis specie trusi in angustias caederentur. dum haec tamen rite disposita celerantur, Laeti barbari ad tempestiua furta sollertes / inter utriusque exercitus castra occulte transgressi inuasere Lugdu-

1 negauit **V** *corr. m3* || 2 soboles **V** || 5 incertis *G* | Sucuos **E***SBAG* | quod usque **V** usque **E** quoadusque *B* Quadosque *AG* || 7 XXX *G* || 8 quarto **E***S* IIII *BAG* | iūnias **V** || 9 tridenum **V** Tridentum **E***SBAG* | ylliricum **V** || 11 syrmium **V** || 12 solis **V** s. (*lac. 17 litt.*) **E** sociis *BAG* nobis *Momms.* solitis *Pighi* | liberatisque **V** libratisque **E***BAG* || 13 musoninus **V** musonius **E***BA* Musonianus *G* | oriente **V***BA* orientem **E***G* || 14 re **V** de **E** e *SG* a *BA* -que e *C. F. W. M.* || 17 hiemere **V** hyeme **E***BAG* || 17. 18 turbulenta – consule *om. SBG* || 19 omnibus **VE***B* ominibus *AG* || 21 secutus *Cl. c. c.* | ut *add.* **V***m2* || 22 murigerum **V** morigerum **E***SBAG* morigerus *Val. in adn.* || 23. 24 XX.V **V** XXV *G* || 24 milibus *om.* **E** || 25 cognitatum **V** cogitatum **E***SBAG* || 26 Alemani *B* Alemanni b_1b_2G || 28 furto **VE***B* furta *AG* || 29 occulti *G*

num incautam eamque populatam ui subita concremassent, ni clausis aditibus repercussi, quidquid extra oppidum potuit inueniri, uastassent. qua clade cognita agili studio Caesar missis cuneis tribus equitum expeditorum et fortium tria obseruauit itinera sciens per ea erupturos procul dubio grassatores; nec co ... inanti irritus fuit. cunctis enim, qui per eos tramites exiere, truncatis receptaque praeda omni intacta hi soli innoxii absoluti sunt, qui per uallum Barbationis transiere securi ideo labi permissi, quod Bainobaudes tribunus et Valentinianus postea imperator cum equestribus turmis, quas regebant, / ad exsequendum id ordinati a Cella tribuno Scutariorum, qui Barbationi sociatus uenerat ad procinctum, iter obseruare sunt uetiti, unde redituros didicere Germanos. quo non contentus magister peditum ignauus et gloriarum Iuliani peruicax obtrectator sciens se id contra utilitatem Romaniae iussisse — hoc enim, cum argueretur, Cella confessus est — relatione fefellit Constantium finxitque hos eosdem tribunos ad sollicitandos milites, quos duxerat, per speciem uenisse negotii publici. qua causa. abrogata potestate ad lares rediere priuati. 5 6 7

Isdem diebus exercituum aduentu perterriti barbari, qui domicilia fixere cis Rhenum, partim difficiles uias et suapte natura cliuosas / concaedibus clausere sollerter arboribus immensi roboris caesis. / alii occupatis insulis sparsis crebro per flumen ferum ululantes et lugubre conuiciis Romanos incessebant et Caesarem. qui grauiore motu animi percitus ad corripiendos aliquos septem a Barbatione petierat naues ex his, quas uelut transiturus amnem ad compaginandos parauerat pontes; qui, ne quid per eum impetraretur, omnes incendit. / doctus denique exploratorum delatione recens captorum aestate iam 8 9

1 uisu (*lac. 8 litt.*) aconcremassent **V** (*lac. 11 litt.*) concremassent **E** uisu (*lac. 18 litt.*) c. *S* nisu auido c. *BAG* n. ualido *Val.* ui summa *Gron.* ui subita *Hermann def. Meurig-D.* ui subitaria *Birt def. Miller* ui subitanea *Pighi* | dausis ♂ **V** || 3 aequitum *ex* equitum **V** equitum **EAG** equitatum *SB* || 4 rupturos **V** irrupturos **EBA** erupturos *G* || 5 neco (*add. m2 in lac. 9 litt.*) inanti **V** nec ea opinanti **E** nec o (*lac. 16 litt.*) *S* nec quod destinauerat *BG* nec conatus destinanti *A def. Pighi* n. c. *Val.* n. conati *Pet.* n. conatus minanti *Brakman* n. c. temptanti *Her. c. c.* n. c. ei insidianti *Nov.* diuinanti *Leo def. Sey.* | irritum *BG* || 7 solum *SBAG* || 8 Valentinanus *G* || 14 romaniae **V** *def. Fehrle* Romane R. p. **E** Romam *SB* eius Romam *A* Romanam *G* Romanae rei *Momms. def. Norden* | eiusisse *S* iuisse *B* isse *A* || 17 adrogata **V** abrogata **EB** *AG* | redire **VE** rediere *BAG* || 19 cis] trans *SBG* | hrenum **V** || 20 concedibus **V***A* *lac. 7 litt.* **ES** et incommeabiles *BG* || 21 hrenum **V** Rhenum **ES** *BAG* Rhenum ferum *Schneider* ferum *Her. c. c.* toruum *Damsté del. Harmon* | et *ante* conuiciis *tr. A ante* Romanos *G* || 22 grauiori *SBAG* || 23 a barbetione **V***B* (-bit-) ab Arbetione **E** a Barbatione *AG* || 24 anmem **V** amnem **ESB** *AG* || 26 relatione *Pet.*

torrida fluuium uado posse transiri hortatus auxiliares uelites cum Bainobaude Cornutorum tribuno misit facinus memorabile, si iuuisset fors, patraturos. qui nunc incedendo per breuia, aliquotiens scutis in modum alueorum suppositis nando ad insulam uenere propinquam / egressique promisce uirile et muliebre secus sine aetatis ullo discrimine trucidabant ut pecudes nanctique uacuas lintres per eas licet uacillantes euecti huiusmodi loca plurima perruperunt et, ubi caedendi satias cepit, opimitate praedarum onusti, cuius partem ui fluminis amiserunt, rediere omnes incolumes. hocque comperto residui Germani ut infido praesidio insularum relicto ad ulteriora necessitudines et fruges opesque barbaricas contulerunt.

11 Conuersus hinc Iulianus ad reparandas Tres tabernas, munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obstinatione subuersum hostili, / quo aedificato constabat ad intima Galliarum, ut consueuerant, adire Germanos arceri, et opus spe celerius consummauit et uictum defensoribus ibi locandis ex barbaricis messibus non sine discriminis metu /

12 collectum militis manu condidit ad usus anni totius. nec sane hoc solo contentus sibi quoque uiginti dierum alimenta parata collegit. libentius enim bellatores quaesito dexteris propriis utebantur admodum indignati, quoniam ex commeatu, qui eis recens aduectus est, ideo nihil sumere potuerunt, quod partem eius Barbatio, cum transiret iuxta, superbe praesumpsit residuumque, quod superfuit, congestum in aceruum exussit; quae utrum ut uanus gerebat et demens, an mandatu principis confidenter nefanda multa temptabat, usque in id tem-

13 poris latuit. illud tamen rumore tenus ubique iactabatur, quod Iulianus non leuaturus incommoda Galliarum electus est, sed ut possit per bella deleri saeuissima, rudis etiamtum ut existimabatur et ne soni-

2 dimisit *Cl. c. c.* misit tribuno *tr. Bae. Heilm. c. c.* | memorabili **V** memorabile si **E***G* memorabile *BA* | iubisset **V** iussisset **E***BA* iuuisset *G* || 3 qui nun **V** quin immo **E** qui nunc *BAG* || 4 uenire ♂ **V** || 5 uirilis **E***G* utile *B* | et] ut *B* | muliebris **E***G* | sexus **E***BAG* | in **V** sine **E***BAG* || 6 ut *add.* **V***m2* | nactique **E***SBAG* | limtres **V** lyntres **E***BAG* || 7 caedendi satias **VE***A def. Nov.* societas cedendi *tr. S* satietas caed. *BG* || 9 redire **V** rediere **E***BAG* | incolomes **V** incolumes **E***SBAG* || 13 aut **V***B* haud **E***AG* || 14 ad *reiec. Nov.* || 17 ad] in *B AG* || 18 XX **V** || 19 ammodum **V** admodum **E***SBAG* || 20 quonam **VE** quoniam *BAG* || 22 quae **V** que quod **E** *Günther Pet.* quod *BAG* || 23 demensam **V** demensa **E** demensum *BA* demens, an *G* | mandato **E***G* mandatum *BA* || 24 multi **VE***BA* multa **E***m2G* || 24. 25 temptabatus que – tamen *add.* **V***m2 in marg.* temptabantur quod in id temporis latuit crimen **E** temptabant quae in id t. l. illud tamen *SBA* tentabat, id t. l. i. t. *G* tentabant, usque in id *Val. in adn.* || 25 iactatur ♂ **V** || 27 existimatur *S* aestimatur *B* aestimabatur *AG* | et] ac *SBAG*

tum quidem duraturus armorum. dum castrorum opera mature con- 14
surgit militisque pars stationes praetendit agrarias, alia frumenta
insidiarum metu colligit caute, multitudo barbarica rumorem nimia
uelocitate praeuersa Barbationem cum exercitu, quem regebat, ut
praedictum est, Gallico uallo discretum impetu repentino aggressa /
sequensque fugientes ad usque Rauracos et ultra, quoad potuit, rapta
sarcinarum et iumentorum cum calonibus parte maxima redit ad suos./
et ille tamquam expeditione euentu prospero terminata milite disperso 15
per stationes hibernas ad comitatum imperatoris reuertit crimen
compositurus in Caesarem, ut solebat.

Quo dispalato foedo terrore Alamannorum reges Chnodomarius et 12
Vestralpus, Vrius quin etiam et Vrsicinus cum Serapione et Suomario
et Hortario in unum robore uirium suarum omni collecto bellicum-
que ... uenere prope urbem Argentoratum extrema metuentem Cae-
sarem arbitrati retrocessisse, cum ille tum etiam perficiendi muni-
menti studio stringeretur. erexit autem confidentiam caput altius 2
attollentium Scutarius perfuga, qui commissi criminis metuens poe-
nam transgressus ad eos post ducis fugati discessum armatorum tre-
decim milia tantum remansisse cum Iuliano docebat, — is enim nu-
merus eum sequebatur — barbara feritate certaminum rabiem un-
dique concitante. cuius asseueratione eadem subinde replicantis ad 3
maiora stimulati fiducia missis legatis satis pro imperio Caesari
mandauerunt, ut terris abscederet uirtute sibi quaesitis et ferro. qui
ignarus pauendi nec ira nec dolore perculsus, sed fastus barbaricos
ridens tentis legatis ad usque perfectum opus castrorum in eodem
gradu constantiae stetit immobilis.

Agitabat autem miscebatque omnia sine modo ubique sese diffun- 4
ditans et princeps audendi periculosa rex Chnodomarius, ardua sub-

1 ar[morum] **V** | consurgunt *G* || **5** dictum *SBAG* || **7** suos (*lac. 13 litt. in fin. pag.*) **VE**(*lac. 13 litt.*) suos(*sine lac.*) *S Pighi* sua *BAG* || **10** solebat (*lac. 6 litt. in fin. us.*) **V** solebat (*sine lac.*) **E** *def. Sey.* solebat, grauiter semper incessens *BAG* || **11** alemanorum *B* alemannorum b_1b_2G | chonodomarius **V** Chnod- *Val.* || **13** ortario **VE** Oratorio *B* Hortario *AG* | lecto *SB* | **13. 14** belli. cumque foedere **V** b. c. f. sedere (f. *del. m2*) **E** b. c. sederet *BA* consedere *G* bellicarum c. *Corn.* uelitumque c. *Pet.* bellicumque canentibus bucinis uenere *Her.* b. canere bucinis iussis uenere *Nov.* b. per omnes trans Rhenum (*uel* Transrhenanas) regiones canentibus lituis (*uel* bucinis), foedere icto ne arma nisi uictores deponerent, uenere *Pighi* || **15** dum **VE** *om. SBAG* tum *Val.* || **17** adtollentum **V***A* attollentium **E** *Val.* ad tollendum *SB* adtollentem *G* | scutarios **V***B* scutarius **E***AG* | commissum **E** | crimine **V** crimen **E** criminis *BAG* || **19** mil **V** milium **E***S* millium *BA* millia *G* || **22** stimulata *Günther Damsté* || **24** *nec[ira] ne **V** nec ira nec **E***SBAG* | fastu **V***B* fastus **E***AG* || **28** audiendi **VE** audendi **E***m2BAG* | chonodomarius **V** Chnod- *Val.*

rigens supercilia ut saepe secundis rebus elatus. nam et Decentium Caesarem superauit aequo Marte congressus et ciuitates erutas multas uastauit et opulentas licentiusque diu nullo refragante Gallias persultauit. ad cuius roborandam fiduciam recens quoque fuga ducis accessit numero praestantis et uiribus. Alamanni enim scutorum insignia contuentes norant eos milites permisisse paucis suorum latronibus terram, quorum metu aliquotiens, antequam gradum conferrent, amissis pluribus abiere dispersi. quae anxie ferebat sollicitus Caesar, quod trudente ipsa necessitate digresso periculi socio cum paucis licet fortibus populosis gentibus occurrere cogebatur.

Iamque solis radiis rutilantibus tubarumque concinente clangore / pedestres copiae lentis incessibus educuntur earumque lateri equestres iunctae sunt turmae, inter quas catafractarii erant et sagittarii, formidabile genus armorum. et quoniam a loco, unde Romana promota sunt signa, ad usque uallum barbaricum quarta leuga signabatur et decima, id est unum et uiginti milia passuum, utilitati securitatique recte consulens Caesar reuocatis procursatoribus iam ante egressis / indictaque solitis uocibus quiete cuneatim circumsistentes alloquitur genuina placiditate sermonis:

„Vrget ratio salutis tuendae communis, ut parcissime dicam, non iacentis animi Caesarem hortari uos et orare, commilitones mei, ut adulta robustaque uirtute confisi cautiorem uiam potius eligamus / ad toleranda uel ad depellenda, quae sperantur, non praeproperam et ancipitem. ut enim in periculis iuuentutem impigram esse conuenit et audacem, ita, cum res postulat, regibilem et consultam. quid igitur censeo, si arbitrium affuerit uestrum iustaque sustinet indignatio, / paucis absoluam. iam dies in meridiem uergit; lassitudine nos itineris fatigatos scrupulosi tramites excipient et obscuri, nox senescente luna nullis sideribus adiuuanda, terrae protinus aestu flagrantes, nullis aquarum subsidiis fultae. quae si dederit quisquam commode posse

2 aequum arte **V** aequo marte **E** *S B A G* || **5** Alemani *B* Alemanni $b_1 b_2$ *G* || **7** inaliquam **V** in aliquem **E** *S B A* cum *G* sin aliter *Eyss.* antequam *C. F. W. M. Haupt* || **8** dispersis **VE** dispersi *B A G* | quas **V** *B A* quae **E** *G* | sollicus **V** *corr. m3* || **9** trodante **V** trudente **E** *B A G* | digresso periculis **VE** digressus p. *B A G* digresso periculi socio *Madv.* || **13** cunctae **V** *B* iunctae **E** *C. F. W. M.* coniunctae *A G prob. Pighi* | catafractiari **V** cataphractarii **E** *B A* cataphracti *G* || **14** quō **VE** cum *S B A* quoniam *G* || **15** ad *add.* **V** *m2* | leuca **E** *S B A G* || **16** XX *G* || **17** praecursatoribus **V** *A def. Pighi* praecursoribus **E** *S B G* procursatoribus *Her.* | antegressis *Val.* || **21** uos hortari *tr. S B A G* || **25** quod *A* || **27** mergit **V** uergit **E** *B A G* | initineris **V** *B* itineris **E** *G* in itinere *A* || **30** quas *B A G*

transiri ruentibus hostium examinibus post otium cibique refectionem et potus, quid nos agimus? quo uigore inedia siti laboreque membris marcentibus occurramus? ergo quoniam negotiis difficillimis quo- 12
que saepe dispositio tempestiua prospexit et statum nutantium rerum/
recto consilio in bonam partem accepto aliquotiens diuina remedia repararunt, hic, quaeso, uallo fossaque circumdati diuisis uigiliis quiescamus somnoque et uictu congruis potiti pro tempore, pace dei sit dictum, triumphaturas aquilas et uexilla uictricia primo lucis moueamus exordio."

Nec finiri perpessi, quae dicebantur, stridore dentium infrendentes / 13
ardoremque pugnandi hastis illidendo scuta monstrantes in hostem se duci iam conspicuum exorabant caelitis dei fauore fiduciaque sui et fortunati rectoris expertis uirtutibus freti atque, ut exitus docuit, / salutaris quidam genius praesens ad dimicandum eos, dum adesse potuit, incitabat. accessit huic alacritati plenus celsarum potestatum 14
assensus maximeque Florenti praefecti praetorio periculose quidem, sed ratione secunda pugnandum esse censentis, dum starent barbari conglobati; qui si diffluxissent, motum militis in seditiones natiuo calore propensioris ferri non posse aiebat, extortam sibi uictoriam, ut putabit, non sine ultimorum conatu grauiter toleraturi.

Addiderat autem fiduciam nostris consideratio gemina recordanti- 15
bus, quod anno nuper emenso Romanis per transrhenana spatia fusius uolitantibus nec uisus est quisquam laris sui defensor nec obuius stetit, sed concaede arborum densa undique semitis clausis sidere urente brumali aegre uixere barbari longius amendati quodque imperatore terras eorum ingresso nec resistere ausi nec apparere pacem impetrauerunt suppliciter obsecrantes. sed nullus mutatam rationem 16
temporis aduertebat, quod tunc tripertito exitio premebantur im-

1 transire *SBAG* | irruentibus *Corn. Günther reiec. Pet. Löfst. Pighi* || 2 agimus **V** *def. Pighi Hartke* agamus *Cl. c. c.* | quo] quin *BA* | uigorem edia **V** uigor inedia **E** uigore i. *SBAG* || 3 quoque Ergo **VE** usque? Ego *BA* Ergo *G* quoque *ante* saepe *tr. Her.* || 4 dispositione **VE***BA* dispositio **E***m2G* || 11 hostes **VE** hostem *BAG* || 12 caelitis] Quippe quin *BA* coelestis *Lind. in adn.* || 16 Florentii **E***b*$_2$*G* | praeterio **V** praetorio **E***SBAG* || 17 consentis **V** censentis **E** *Lind.* consentientis *BAG* | instarent **V** *def. Meurig-D.* starent *Haupt* || 18 deflexissent *BAG* || 19 ferri *ex* ferre **V** || 20 putauit **V***BAG* putabat **E** putabit *Val.* | grauiter *del. Harmon c. c.* | tolleratur **V***BA* tolleratus **E** toleraturi *G def. Pighi lac. post* t. *indic.Her. c. c. reiec. Harmon* || 22 transhrenana **V** | spatia *ex* spatiu **V** || 24 concede **V***A* cum cede **E***B* concaede *G* | armorum **VE***B* ramorum *A* arborum *G* | de[n]sa **V** || 25 emendati **E** a Mandati *B* amandati *AG* || 26 auso **VE***B* ausi *AG* || 27 impetrauere **E** impetrarunt *BAG* || 28 tunc *om. SBG*

peratore urgente per Raetias, Caesare proximo nusquam elabi permittente, finitimis, quos hostes fecere discordiae, modo non occipitia conculcantibus hinc indeque cinctorum. postea uero pace data discesserat imperator et sedata iurgiorum materia uicinae gentes iam concordabant et turpissimus ducis Romani digressus ferociam natura con-
17 ceptam auxit in maius. alio itidem modo res est aggrauata Romana / ex negotio tali: regii duo fratres uinculo pacis astricti, quam anno praeterito impetrauerant a Constantio, nec tumultuare nec commoueri sunt ausi; sed paulo postea uno ex his Gundomado, qui potior erat fideique firmioris, per insidias interempto omnis eius populus cum nostris hostibus conspirauit et confestim Vadomarii plebs ipso inuito, ut asserebat, agminibus bella cientium barbarorum sese coniunxit.
18 Cunctis igitur summis infimisque approbantibus tunc opportune congrediendum nec de rigore animorum quidquam remittentibus / exclamauit subito signifer: „perge, felicissime omnium Caesar, quo te fortuna prosperior ducit. tandem per te uirtutem et consilia militare sentimus. praei nos ut faustus antesignanus et fortis! experieris, quid miles sub conspectu bellicosi ductoris testisque indiuidui gerendorum, modo adsit superum numen, uiribus efficiet excitatis." his
19 auditis cum nullae laxarentur indutiae, promotus exercitus prope collem aduenit molliter editum, opertum segetibus iam maturis, a superciliis Rheni haud longo interuallo distantem. ex cuius summitate speculatores hostium tres equites exciti subito nuntiaturi Romanum exercitum aduentare festinarunt ad suos, unus uero pedes, qui sequi non potuit, captus agilitate nostrorum indicauit per triduum et
20 trinoctium flumen transisse Germanos. quos cum iam prope densantes semet in cuneos nostrorum conspexere ductores, steterunt uestigiis fixis antepilanis hastatisque et ordinum primis uelut insolubili
21 muro fundatis et pari cautela hostes stetere cunctati. cumque ita, ut ante dictus docuerat perfuga, equitatum omnem a dextro latere sibi uidissent oppositum, quidquid apud eos per equestres copias praepol-

1 me labi V elabi E*BAG* || 2 facere ♂ V || 7 residuo V**E***B* Reges duo *A* regii duo *G* || 8 imperauerat V impetrauerant E*BAG* || 10 3 V *om.* E*BG* eius *A* || 11 *post* plebs *lac. 12 litt. in fin. us.* V *lac. 10 litt.* E *S* subinde *BA sine lac. G* ipso repugnante *add. Haupt* se inuito *Koch* ipso i. *Cl. c. c.* || 12 asserebant *G* | sese *ex* se V || 14 uigore *Hermann Corn. reiec. Günther* || 16 militaria *AG* || 17 praeuius V *def. Her. Pighi* I praeuius *G* praei nos *Cl.* | ut *ex* ait V | antesignanos V**E***B* antesignanus *AG* || 19 superni E supernum *SBG* | numinis E | uimribus *ex* uiribus V ut rebus V*m2B* rebus E in r. *A* iis r. *G* uiribus *Val. in adn.* | excitatus *G* || 22 hreni V | ei V*B* e E*AG* ex *Cl.* || 23 speculatoris V*B* speculatores E*AG* | subto *ex* subito (*m2*) V subito E*SBAG* || 24 sua *BAG* || 28 uelut insolubili *ex* insolubili uelut V || 29 cunctanti V cunctati E*BAG*

lebat, in laeuo cornu locauere confertum. isdemque sparsim pedites miscuere discursatores et leues profecto ratione tuta poscente. norant 22 enim licet prudentem ex equo bellatorem cum clibanario nostro congressum frena retinentem et scutum hastam una manu uibrante tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse, peditem uero inter ipsos discriminum uertices, cum nihil caueri solet praeter id, quod occurrit, humiliter occulte reptantem latere forato iumenti / incautum rectorem praecipitem agere leui negotio trucidandum.

Hoc itaque disposito dextrum sui latus struxere clandestinis insidiis 23 et obscuris. ductabant autem populos omnes pugnaces et saeuos / Chnodomarius et Serapio, potestate excelsiores ante alios reges. et 24 Chnodomarius quidem nefarius belli totius incentor, cuius uertici flammeus torulus aptabatur, anteibat cornu sinistrum, audax et fidus ingenti robore lacertorum, ubi ardor proelii sperabatur, immanis / equo spumante sublimior erectus in iaculum formidandae uastitatis / armorumque nitore conspicuus ante alios et strenuus miles et utilis praeter ceteros ductor. latus uero dextrum Serapio agebat, etiamtum 25 adultae lanuginis iuuenis, efficacia praecurrens aetatem, Mederichi fratris Chnodomarii filius, hominis, quoad uixerat, perfidissimi, ideo sic appellatus, quod pater eius diu obsidatus pignore tentus in Galliis / doctusque Graeca quaedam arcana hunc filium suum, Agenarichum genitali uocabulo dictitatum ad Serapionis transtulit nomen. hos 26 sequebantur potestate proximi reges numero quinque regalesque decem et optimatum series magna armatorumque milia triginta et quinque ex uariis nationibus partim mercede, partim pacto uicissitudinis reddendae quaesita.

Iamque toruum concrepantibus tubis Seuerus dux Romanorum / 27 aciem dirigens laeuam, cum prope fossas armatorum refertas uenisset,/ unde dispositum erat, ut abditi repente exorti cuncta turbarent, stetit

1 is*demque **V** || 4 hastae **V** hasta *G* hastam *Her.* | manum **V** manu **E***SBA* *G* | uibratae **VE** *BA* uibrata *G* uibrante *Her.* || 5 uellato rinocere **V** bellatori nocere **E***BAG* || 7 occu[r]rit **V** | humiliter occulte **V** *def. Blomgren* h. et o. *Cl.* | sumenti **V** iumenti *G* || 9 ita **E** quoque *G* | dispositio **V** disposito **E***SBAG* || 11 Chonodomarius **E***SBAG* || 12 Chonodomarius *SBAG* | boni **VE***B* belli *AG* turbinis *Her.* || 13 flammen storulus **V** flamen storolus **E** fulmen *BA* flammeus torulus *G* | aptabatur] horrebat *BA* | fidus **V** *def. Löfst.* fidens *G* fisus *Pet.* || 14 rubore **V** robore **E***SBAG* || 16 antea strenuus et miles **V** manu strenuus ut miles *Btl.* ante alios *Momms.* et strenuus *tr. Cl.* et *del. Her.* ante alios strenuus et m. *Blomgren* || 17 etiam dum **VE***B* etiamtum *AG* || 18 adulatae lanugines **V** adultae lanuginis **E***SBAG* | Mederici *SBAG* || 19 chonodomarii **V** Chnodomarii *Val.* || 20 3 **V** *om.* **E***B* eius *AG* || 21 archana **V***B* arcana **E***AG* || 24 armatorumque] que *om. SBG* | XXX **V** || 27 toruum (*lac. 3 litt. in fin. us.*) **V** *sine lac.* **E***SBAG* | increpantibus *G*

impauidus suspectiorque de obscuris nec referre gradum nec ulterius
28 ire temptauit. quo uiso animosus contra labores maximos Caesar / ducentis equitibus saeptus, ut ardor negotii flagitabat, agmina pedi-
29 tum impetu ueloci discurrerent, uerbis hortabatur. et quoniam alloqui pariter omnes nec longitudo spatiorum extenta nec in unum coactae multitudinis permitteret crebritas, et alioqui uitabat grauioris inuidiae pondus, ne uideretur id affectasse, quod soli sibi deberi Augustus existimabat, cautior sui hostium tela praeteruolans his et similibus notos pariter et ignotos ad faciendum fortiter accende-
30 bat. ,,aduenit, o socii, iustum pugnandi iam tempus olim exoptatum mihi uobiscum, quod antehac arcessentes arma inquietis motibus
31 poscebatis." item cum ad alios postsignanos in acie locatos extrema uenisset, ,,en", inquit, ,,commilitones, diu speratus praesto est dies / compellens nos omnes elutis pristinis maculis Romanae maiestati reddere proprium decus. hi sunt barbari, quos rabies et immodicus furor ad perniciem rerum suarum coegit occurrere nostris uiribus
32 opprimendos." alios itidem bellandi usu diutino callentes aptius ordinans his exhortationibus adiuuabat: ,,exsurgamus, uiri fortes, propellemus fortitudine congrua illisa nostris partibus probra, quae
33 contemplans Caesaris nomen cunctando suscepi." quoscumque autem pugnae signum inconsulte poscentes rupturosque imperium irrequietis motibus peruideret, ,,quaeso", inquit, ,,ne hostes uertendos in fugam sequentes auidius futurae uictoriae gloriam uioletis neu quis ante necessitatem ultimam cedat. nam fugituros procul dubio deseram, hostium terga caesuris adero indiscretus, si hoc pensatione moderata fiat et cauta."

34 Haec aliaque in eundem modum saepius replicando maiorem exercitus partem primae barbarorum opposuit fronti et subito Alaman-

2 qui **VE** quo **E***m2BAG* | maximus **VE** maximos *BAG* || 4 ut *ante* impetu *add. Cl. in app. reiec. Blomgren* | discurrens *G* | ortabatur **V** | quō **VE** cum *SBAG* quoniam *restit. Eyss.* | et gestu. et quon. *Nov.* (*cf. 19, 11, 9*) et factis. quon. *Harmon reiec. Löfst.* || 6 permitterent crebitas **V** permitteret crebritas **E** *SBAG* || 7 adfectisse ♂ **V** | sibi soli *tr. SBAG* || 8 cautior **V** *def. Sey.* incautior *Langen Corn.* || 9 fortiter *om. G* || 10 oso cuius tunc **V** o socii iustum **E***AG* o socii nunc *B* || 11 ante haec ♂**V** | inrequietis *Kell. reiec. Damsté Miller Pighi* || 13 inquit *ex* inquid **V** || 14 omnes *om. SBG* | elotis *BG* | maiestatis **V***BA* maiestati **E***G* || 17 item *SBAG* | uellandi **V** bellandi **E***BAG* | diutino **V** *def. Pighi* diuturno *Cl. c. c.* (*cf. 31, 2, 25*) || 18 exortationibus **V** || 19 propellemus **VE** *def. Pighi* propellamus *BAG* propulsemus *Her.* | probraque **V** probra **E** probra, quae *BAG* || 22 peruiueret **VE** praeuideret *BAG* peruideret *Pet.* || 24 caedat **V***B* cedat **E***SAG* | fugituros (*in fin. pag.*) fugitiuos *G* || 28 subito ad **VE** ad *del.* **E***m2 om. BAG*

norum peditum fremitus indignationi mixtus auditus est unanimi conspiratione uociferantium relictis equis secum oportere uersari regales, ne, si quid contigisset aduersum, deserta miserabili plebe facilem discedendi copiam repperirent. hocque comperto Chnodomarius iumento statim desiluit et secuti eum residui idem fecere nihil morati. nec enim eorum quisquam ambigebat partem suam fore uictricem. 35

Dato igitur aeneatorum accentu sollemniter signo ad pugnandum utrimque magnis concursum est uiribus. paulisper praepilabantur missilia et properantes concito quam considerato cursu Germani telaque dexteris explicantes inuolauere nostrorum equitum turmas / frendentes immania eorumque ultra solitum saeuientium comae fluentes horrebant et elucebat quidam ex oculis furor, quos contra pertinax miles scutorum obicibus uertices tegens eiectansque gladios / uel tela concrispans mortem minitantia perterrebat. cumque in ipso proeliorum articulo eques se fortiter conturmaret et muniret latera sua firmius pedes, frontem artissimis conserens parmis, erigebantur crassi pulueris nubes uariique fuere discursus nunc resistentibus, nunc cedentibus nostris et obnixi genibus quidam barbari peritissimi bellatores hostem propellere laborabant, sed destinatione nimia dexterae dexteris miscebantur et umbo trudebat umbonem caelumque exsultantium cadentiumque resonabat uocibus magnis et, cum cornu sinistrum altius gradiens urgentium tot agmina Germanorum ui nimia pepulisset iretque in barbaros fremens, equites nostri cornu tenentes dextrum praeter spem incondite discesserunt, dumque primi fugientium postremos impediunt, gremio legionum protecti fixerunt integrato proelio gradum. hoc autem exinde acciderat, quod, dum ordinum restituitur series, catafracti equites uiso rectore suo leuiter uul- 36 37 38

1 peditum *om.* *SBG* || 3 miserabile **V***B* miserabili **E***AG* | plebem ♂**V** | facile *Kießl. reiec. Fletcher* || 4 discidendi **V** discedendi **E***BAG* | que *om.* **E***SB AG* | dinodomarius **V** Chonodomarius **E***BAG* Chnod- *Val.* || 5 id statim **V** adstatim **E** ac statim *BG* ac tutum *A* id *del. Nov.* | facere **V***BAG* fecere **E** *Kießl. def. Blomgren* || 8 igitur *om.* *BG* | cantu *BG* occentu *A* || 9 populis **V**E populi *BG om. A* paulisper *Momms.* | propilabantur **V***G* *def. Langen Corn.* praepilabantur **V***m2***E***BA* || 10 properante *S* promentes *BA* | cuto **V** cito **E***G* scuto *S* scuta *BA* concito *Schneider* || 11 dextris **V** dexteris *Cl. c. c.* || 13 horrebat **V***B* horrebant **E***SAG* | ex oculis quidam furor *tr.* *SBA* q. f. ex o. *tr.* *G* || 15 minantia *BAG* || 18 crassi] si ♂**V** || 19 caedentibus **V***BA* cedentibus **E***Sb*$_2$*G* | obnoxi **V** obnixi **E***SBAG* || 20 dextrae *G* || 22 auocibus **V** uocibus **E***BAG* || 23 altius **V** *def. Meurig-D. Jankowski Sey.* (*cf. 24, 6, 4*) ulterius *Corn.* artius *Pet.* || 24 propulisset *BAG* || 25 dissesserunt *ex* discesserunt **V** discesserunt **E***S BAG* || 27 accidere atquod **V** a. quod **E** a. ad quod *SB* acciderat, quod *AG*

nerato et consorte quodam per ceruicem equi labente pondere armorum oppressi dilapsi, qua quisque poterat, peditesque calcando cuncta turbassent, ni conferti illi sibique uicissim innexi stetissent immobiles. igitur cum equites nihil praeter fugae circumspectantes praesidia / uidisset longius Caesar, concito equo eos uelut repagulum quoddam
39 cohibuit. quo agnito per purpureum signum draconis summitati hastae longioris aptatum, uelut senectutis pandentis exuuias stetit unius turmae tribunus et pallore timoreque perculsus ad aciem integrandam
40 recurrit. utque in rebus amat fieri dubiis, eosdem lenius increpans Caesar „quo", inquit, „cedimus, uiri fortissimi? an ignoratis fugam, quae salutem numquam repperit, irriti conatus stultitiam indicare? / redeamus ad nostros saltim gloriae futuri participes, si eos pro re
41 publica dimicantes relinquimus inconsulte." haec reuerenter dicendo / reduxit omnes ad munia subeunda bellandi imitatus salua differentia ueterem Sullam, qui, cum contra Archelaum, Mithridatis ducem, educta acie proelio fatigabatur ardenti, relictus a militibus cunctis / cucurrit in ordinem primum raptoque et coniecto uexillo in partem hostilem „ite", dixerat, „socii periculorum electi et scitantibus, ubi relictus sim imperator, respondete nihil fallentes: solus in Boeotia pro omnibus nobis cum dispendio sanguinis sui decernens."
42 Proinde Alamanni pulsis disiectisque equitibus nostris primam aciem peditum incesserunt eam abiecta resistendi animositate pul-
43 suri. sed postquam comminus uentum est, pugnabatur paribus diu momentis. Cornuti enim et Bracchiati usu proeliorum diuturno firmati eos iam gestu terrentes barritum ciere uel maximum. qui clamor ipso feruore certaminum a tenui susurro exoriens paulatimque adolescens ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum. iaculorum deinde stridentium crebritate hinc indeque conuolante puluis aequali motu assurgens et prospectum eripiens arma armis corporaque corporibus

1 labentis **VE***BAG* labente **E***m2 Corn.* || **2** oppresso *G* || **3** innixi **V** innexi *Her.* || **6** perpureum **V** purpureum **E***BA* per purpureum *G* || **7** pandentis *ex* peandentis **V** pendentis *BG* | exubias **V** exuuias *SBAG* || **8** timoris *BG* || **11** inreti **V** *corr. m3* || **12** nr̄o **V** *corr. m3* || **13** non relinquimus *A* || **14** differentiam **V** *corr. m3 om. BA* || **17** exillo **V** *corr. m3* || **19** sum *SBG* || **20** nobis (n *ex* s) **V** uobis **V***m3***E** || **22** abiectam **VE***B* abiecta *AG* || **22. 23** pulsuris. et **V***B* pulsuri. Et **E***A* pulsuri. sed *G* || **24** motibus *BG* | brachiati **E** brachati *BA* Braccati b_2G | proeliorum *ex* proelorum **V** || **25** excipiunt *ante* eos *add. G* | gesta terrentes *SB* gesturientes *G* | uarritum **VE** barritum *SBAG* | quid amor **V** *corr. m3* || **26** in *ante* ipso *add. Fletcher* | a tenuis **V** hactenus **E** identidem *B* a tenui *AG* | susurro *om. AG* || **28** crebritatem **VE** crebritate *BAG* | que *om.* **E***SBG* | puluita equali **V** pulueris e. **E** puluis aequali *BAG* || **29** adcorgens **V** *corr. m3* | armis] aritus **V** *corr. m3* | que *om.* **E***SBG*

obtrudebat. sed uiolentia iraque incompositi barbari in modum exar- 44
sere flammarum nexamque scutorum compagem, quae nostros in mo-
dum testudinis tuebatur, scindebant ictibus gladiorum assiduis. quo 45
cognito opitulatum conturmalibus suis celeri cursu Bataui uenere cum
regibus, formidabilis manus extremae necessitatis articulo circumuen-
tos, si iuuisset fors, eruptura, toruumque canentibus classicis adultis
uiribus certabatur. uerum Alamanni bella alacriter ineuntes altius 46
anhelabant uelut quodam furoris affectu opposita omnia deleturi. /
spicula tamen uerutaque missilia non cessabant ferrataeque arundines
fundebantur, quamquam etiam comminus mucro feriebat contra mu-
cronem, et loricae gladiis findebantur et uulnerati nondum effuso
cruore ad audendum exsertius consurgebant. pares enim quodam 47
modo coiere cum paribus, Alamanni robusti et celsiores, milites usu
nimio dociles; illi feri et turbidi, hi quieti et cauti; animis isti fiden-
tes, grandissimis illi corporibus freti. resurgebat tamen aliquotiens 48
armorum pondere pulsus loco Romanus lassatisque impressus genibus
laeuum reflectens poplitem barbarus subsidebat hostem ultro laces-
sens, quod indicium est obstinationis extremae.

Exsiliuit itaque subito ardens optimatium globus, inter quos decer- 49
nebant et reges, et sequente uulgo ante alios agmina nostrorum irru-
pit et iter sibi aperiendo ad usque Primanorum legionem peruenit /
locatam in medio, quae conformatio castra praetoria dictitatur, ubi
densior et ordinibus frequens miles instar turrium fixa firmitate con-
sistens proelium maiore spiritu repetiuit et uulneribus declinandis in-
tentus seque in modum myrmillonis operiens hostium latera, quae
nudabat ira flagrantior, destrictis gladiis perforabat. at illi prodigere 50
uitam pro uictoria contendentes temptabant agminis nostri laxare
compagem. sed continuata serie peremptorum, quos Romanus iam

1 obtrudebant V obtrudebat *G* | inconpositi *ex* incopositi V || 3 testitudinis V testudinis E *S B A G* || 4 uenire V *corr. m3* || 5 regibus] Herulis *Cluverius* Erulis *dubit. Hoffmann* || 6 si iubiisset (bi *ex* lii) V *corr. m3* sistebat *B* | eruptura V E *B def. Pighi* eraptura *A* ereptura *G* | torbumque V *corr. m3* cornuque *B* || 7 bellum *S B A G* | acriter *S B A G* | l *post* altius *del.* V || 8 afflatu *Btl. Hertz* || 9 uerrutaque V || 10 enim V etiam *G* || 11 fundebantur V *B* findebantur E *A G* || 12 adadaudiendum (i *del.*) V ad audendum E *A G* ad audiendum *S B* | ex[er]citus V exercitus E *om. B A G* exertius *uel* excitatius *Val. in adn.* || 13 cum re V E *om. B* coiere *A* coiuere *G* | imparibus *S B* || 14 fieret V *corr. m3* fierent *B* || 16 inpressis V *def. Löfst.* impressu *G* impressus *Val. in adn.* || 17 lacescens V lacessens E *S B A G* || 20 interrupit *S B G* || 21 pariendo V aperiendo E *B A G* pandendo *Her.* rapiendo *Cl.* (*cf. 18, 9, 3*) *prob. Meurig-D.* || 22 confirmatio V conformatio *Cl.* | dictitator V *B A* dictitantur E dictitatur *G* || 25 inmodum *ex* innodum V || 26 destrictis *ex* districtis V districtis E *S B A G*

fidentior strauit, succedebant barbari superstites interfectis auditoque
51 occumbentium gemitu crebro pauore perfusi torpebant. fessi denique
tot aerumnis et ad solam deinceps strenui fugam per diuersos tramites tota celeritate digredi festinabant ut e mediis saeuientis pelagi fluctibus, quocumque auexerit uentus, eici nautici properant et uectores; quod uoti magis quam spei fuisse fatebitur quilibet tunc praesens.

52 Aderatque propitiati numinis arbitrium clemens et secans terga cedentium miles, cum interdum flexis ensibus feriendi non suppeterent instrumenta, erepta ipsis barbaris tela eorum uitalibus immergebat /
nec quisquam uulnerantium sanguine iram expleuit nec satiauit caede
53 multiplici dexteram uel miseratus supplicantem abscessit. iacebant itaque plurimi transfixi letaliter remedia mortis compendio postulantes, alii semineces labente iam spiritu lucis usuram oculis morientibus inquirebant, quorundam capita discissa trabalibus telis et pendentia iugulis cohaerebant, pars per limosum et lubricum solum in sociorum cruore lapsi intactis ferro corporibus aceruis superruen-
54 tium obruti necabantur. quae ubi satis euenere prosperrime, ualidius instante uictore acumina densis ictibus hebescebant splendentesque galeae sub pedibus uoluebantur et scuta. ultimo denique trudente discrimine barbari, cum elati cadauerum aggeres exitus impedirent, / ad subsidia fluminis petiuere, quae sola restabant, eorum terga iam
55 perstringentis. et quia cursu sub armis concito fugientes miles indefessus urgebat, quidam nandi peritia eximi se posse discriminibus arbitrati animas fluctibus commiserunt. qua causa celeri corde futura praeuidens Caesar cum tribunis et ducibus clamore obiurgatorio pro-

2 occubentium **V** occumbentium **E** *SBAG* || 4 toto *BG* | celeritatis *G* | gredi **V** regredi **E** gradu *BG* aggredi *A* egredi *Val.* (**W***m2*) digredi *Her.* (*cf.* deici *lin. 5*) || 5 deici **V** *A* eici *ex* deici **E** eiici *BG* deuii *Damsté* | nauticis *B* || 5. 6 properante uictores quo toti **V** properant u. Quod uoti **E** imperant u., quod *B* properant uectores, quod (*lac. 5 litt. in fin. us.*) *A* properant uictores, quod uoti *G* et *add. Val. in adn.* || 6 magis quam] maioris *B* || 8 aderat *BA* adorant *G* | demens *SB* inclemens *G* || 9 sensibus **VE** ensibus *BAG* | suppeteret **V** *B* suppeterent **E** *AG* || 10 erepta *add. Haupt* rapta *Nov.* (*cf. 16, 12, 41*) ademta *Damsté* || 12 abscessit (*lac. 10 litt. in fin. pag.*) **V** *sine lac.* **E** *BAG def. Pighi* || 16 per *add. G* | lubrosum **V** super **E** lutosum *BAG* limosum *Cl.* scruposum *Her.* | et *om.* **E** | solumine **V** solum **E** *BA* solum in *G* || 17 lapsi **V** *def. Pighi Meurig-D.* relapsi *Cl.* prolapsi *Her. c. c.* | intectis **V** *BA* intactis **E** *G* || 18 euenire **VE** *B* euenere *AG* || 21 aggeris **V** *B* aggerum **E** aggeres *AG* || 23 perstringentes **V** perstringentis *G* | qua **V** *BA* iam **E** quia *G* quoniam *Her.* || 24 nandi *ex* mandi **V** | eximisse **V** eximi se **E** *AG* exemisse *B* || 26 clamore *ex* clamatore **V**

hibebat, ne hostem auidius sequens nostrorum quisquam se gurgitibus committeret uerticosis. unde id obseruatum est, ut marginibus 56
insistentes confoderent telorum uarietate Germanos, quorum si quem morti uelocitas subtraxisset, iacti corporis pondere ad ima fluminis
5 subsidebat. et uelut in quodam theatrali spectaculo aulaeis miranda 57
monstrantibus multa licebat iam sine metu uidere nandi strenuis quosdam nescios adhaerentes, fluitantes alios, cum expeditioribus linquerentur ut stipites et uelut luctante amnis uiolentia uorari quosdam fluctibus inuolutos, nonnullos clipeis uectos praeruptas un-
10 darum occursantium moles obliquatis meatibus declinantes ad ripas ulteriores post multa discrimina peruenire. spumans denique cruore barbarico decolor alueus insueta stupebat augmenta.

Dum haec aguntur, rex Chnodomarius reperta copia discedendi / 58
lapsus per funerum strues cum satellitibus paucis celeritate rapida
15 properabat ad castra, quae prope Tribuncos et Concordiam munimenta Romana fixit intrepidus, ut escensis nauigiis dudum paratis ad casus ancipites in secretis se secessibus amendaret. et quia non nisi 59
Rheno transito ad territoria sua poterat peruenire, uultum, ne agnosceretur, operiens sensim rettulit pedem. cumque propinquaret iam
20 ripis, lacunam palustribus aquis interfusam circumgrediens, ut transiret, calcata mollitie glutinosa equo est euolutus et confestim licet obeso corpore grauior ad subsidium uicini collis euasit. quem agnitum — nec enim potuit celare, qui fuerit, fortunae prioris magnitudine proditus — statim anhelo cursu cohors cum tribuno secuta armis circumda-
25 tum aggerem nemorosum cautius obsidebat perrumpere uerita, ne fraude latenti inter ramorum tenebras exciperetur occultas. quibus ui- 60
sis compulsus ad ultimos metus ultro se dedit solus egressus comitesque eius ducenti numero et tres amici iunctissimi flagitium arbitrati post regem uiuere uel pro rege non mori, si ita tulerit casus, tradi-

1 ni **VE** in *SB* ne *AG* || 4 acti *uel* intacti *Damsté* || 5 quadam **V** quodam **E***SBAG* | auleis *ex* aureis **V** || 7 adadherente **V** ab adherente **E** adhaerere *BAG* adhaerentes *Lind.* | expediti uiribus *G* || 8 stipetis **VE** stipitis **E***m2B* stipites *AG* || 12 argumenta *SBG* augumenta *A* || 13 hac **VE***m2A* haec **E***S BG* | aguntur *add. G* | Chonodomarius *SBAG* || 14 dilapsus *Damsté reiec. Miller Meurig-D.* | celeritate *ex* cereritate **V** || 16 exscensis **E** accensis *SBA* ascensis *G* || 17 in secretis **V** *def. Pighi* in *del. Her.* | se *ante* secessibus *add. Hadr. Val. prob. Pighi* se *post* s. *Nov. Momms.* semet *Langen* | emendaret **V** euaderet *G* amandaret *Val.* (*cf. 25, 3, 17*) abderet *Langen* mandaret *Momms.* || 18 hreno **V** | tentoria **V** territoria *G* || 20 plaustribus **V** palustribus **E***SBAG* || 21 deuolutus *Pet. reiec. Löfst.* || 22 oboso **V** obeso **E***SBAG* || 23 celari *BAG* | fuit **E** fuerat *SBAG* || 25 cautio **V** cautius **E***BAG* | subsidebat **V** obsidebat *G* | uaeritani **V** uerita ne **E***BAG* || 27 dedit **V** dedidit *Btl.* || 28 3 **V** *om.* **E***SB* eius *AG*

61 dere se uinciendos. utque natiuo more sunt barbari humiles in aduersis disparesque in secundis, seruus alienae uoluntatis trahebatur pallore confusus claudente noxarum conscientia linguam, immensum quantum ab eo differens, qui post feros lugubresque terrores cineribus Galliarum insultans multa minabatur et saeua.

62 Quibus ita fauore superni numinis terminatis post exactum iam diem occinente liticine reuocatus inuitissimus miles prope supercilia Rheni tendebat scutorumque ordine multiplicato uallatus uictu fruebatur et somno. ceciderunt autem in hac pugna Romani quidem ducenti quadraginta et tres, rectores uero quattuor: Bainobaudes Cornuto- 10
63 rum tribunus adaeque Laipso et Innocentius catafractarios ducens, / et uacans quidam tribunus, cuius non suppetit nomen, ex Alamannis uero sex milia corporum numerata sunt in campo constrata et alii inaestimabiles mortuorum acerui per undas fluminis ferebantur. /
64 tunc Iulianus, ut erat fortuna sui spectatior meritisque magis quam 15 imperio potens, Augustus acclamatione concordi totius exercitus appellatus ut agentes petulantius milites increpabat id se nec sperare
65 nec adipisci uelle iurando confirmans. et ut augeret euentus secundi laetitiam, concilio ... eum spectare Chnodomarium sibi iussit offerri, / qui primo curuatus, deinde humi suppliciter fusus gentilique prece 20
66 ueniam poscens bono animo esse est iussus. et diebus postea paucis ductus ad comitatum imperatoris missusque exinde Romam in castris peregrinis, quae in monte sunt Caelio, morbo ueterni consumptus est.

67 His tot ac talibus prospero peractis euentu in palatio Constanti 25 quidam Iulianum culpantes, ut princeps ipse delectaretur, irrisiue Victorinum ideo nominabant, quod uerecunde referens, quotiens imperaret, superatos indicabat saepe Germanos.

1 se *add. G* | uincendos **V** uinciendos *B A G* || 4 posteros **V** post feros *G* || 7 inuictissimus **E** *S B A G* || 8 hreni **V** | ordinem **V** *B* ordine **E** *A G* || 9. 10 CCXL et III **V** || 10 iiiorum **V** || 11 ribunus **V** *corr. m3* || 12 quidem **V** *B A* quidam **E** *G* || 13 sex aliis **V** et aliis sex **E** sex ex aliis *B* ex aliis (*lac. 8 litt.*) *A* sex *G* sex amplius *Haupt* sex aut septem *Cl. in app.* | sunt inuenta *S B A G* | alii *add. Her. ex* aliis *post* sex || 18 adipi[sci] uille ♂ **V** | et] nec *B A* | augere **V** *B* augerent **E** augeret *A G* augeretur *Her.* | secundos *B A* || 19 laetitia **V** *B A Her.* laetitiam **E** *G* | concilio (*lac. 9 litt.*) mus peciare **V** c. (*lac. 12 litt.*) **E** conciliabili contendebat *B A* concilio *G* c. omni spectante *Haupt* c. permisso eum spectare *Her.* (e. s. *Momms.*) c. gestiente eum spectare *Brakman* c. concesso eum sp. *Pighi* | Chonodomarium *B A G* | sibi *om. S B A G* || 20 pace **V** prece *Val.* || 23 celio** (*fu.* ri) **V** Caelio **E** *S B A G* || 26 **ipse (*fu.* de *?*) **V** | inuri siue **V** i. se sine (se *del.*) **E** uictoria sine *B A* Victoriam siue *G* inrisiue *Val.* || 27 uictoria. Num **E** uictore. Non *B A* | refere*ns (*fu.* t) **V** | inpetraret **V** imperaret **E** *A G* imparet *S* impararet *B*

Interque exaggerationem inanium laudum ostentationemque aperte 68
lucentium inflabant ex usu imperatorem suopte ingenio nimium,
quidquid per omnem terrae ambitum agebatur, felicibus eius auspiciis
assignantes. quocirca magniloquentia elatus adulatorum tunc et 69
deinde edictis propositis arroganter satis multa mentiebatur se
solum, cum gestis non affuisset, et dimicasse et uicisse et supplices
reges gentium erexisse aliquotiens scribens et, si uerbi gratia eo agente
tunc in Italia dux quidam egisset fortiter contra Persas nulla eius
mentione per textum longissimum facta laureatas litteras ad prouin-
ciarum damna mittebat se inter primores uersatum cum odiosa sui
iactatione significans. exstant denique eius principis dicta in tabu- 70
lariis publicis condita ... delata narrandi extollendoque semet in cae-
lum. ab Argentorato, cum pugnaretur, mansione quadragesima dis-
paratus describens proelium aciem ordinasse et stetisse inter signife-
ros et barbaros fugasse praecipites sibique oblatum falso indicat Chno-
domarium, pro rerum indignitas! super Iuliani gloriosis actibus con-
ticescens, quos sepelierat penitus, ni fama res maximas uel obum-
brantibus plurimis silere nesciret.

1 lauduum **V** laudum **E** *SBAG* | obtestationemque **VE** *A* ostentationemque *SBG* obtrectationemque *Kießl.* || 2 inflabant *ex* inflabaut **V** || 3 ɔ **V** *om.* **E** *SB* eius *AG* (*post* ausp.) || 4 adsignantes (*lac. 4 litt.*) quocirca **VE** designantes prosperaque fortuna. Qu. *B* assignantes p. f. Qu. *A* ads. Qu. *G* || 6 dimicasset et uicisset et **V** dimicasse et uicisse et **E** *BAG* || 10 damna]signa *BAG* || 11. 12 eius dicta in tabulariis principiis publicis **VE** edicta *BAG* principis *SBAG* p. *post* eius *tr. Val. in adn.* || 12 condi (*lac. 27 litt.*) **V** condita (*lac. 12 litt.*) **E** condigne scriptis, memoria *BAG* condita, in quibus ambitione *Val. in adn.* c., ex quibus haec sint testimonia *Pighi* | narrando *Val. in adn.* | extollendique *SBAG* *Pighi* || 13 ab *om. BG* || 15 Chonodomarium *SBAG* || 17 saepelierat *ex* saepelurat **V** || 18 AMMIANI MARCELLI*NI (*fu.* A) RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER XVI. INCIPIT LIBER XVII. **V** AMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM FINIT XVI INCIPIT XVII **E**

LIBER XVII

1. Iulianus Caesar transito Rheno Alamannorum uicos diripit ac incendit; ibi munimentum Traiani reparat et decimestres indutias barbaris concedit.
2. Iulianus Caesar DC Francos Germaniam II uastantes obsidet et ad deditionem fame compellit.
3. Iulianus Caesar Gallos tributis oppressos leuare conatur.
4. Iussu Constantii Augusti obeliscus Romae in Circo Maximo subrectus constituitur; et de obeliscis ac de notis hieroglyphicis.
5. Constantius Augustus et Sapor Persarum rex frustra de pace per litteras et legatos agunt.
6. Iuthungi, gens Alamannica, in Raetiis, quas populabantur, a Romanis caesi fugatique.
7. Nicomedia terrae motu prostrata; et quot modis terra quatiatur.
8. Iulianus Caesar Salios, gentem Francicam, in deditionem accipit: Chamauorum alios caedit, alios capit, reliquis pacem tribuit.
9. Iulianus Caesar tria munimenta ad Mosam euersa a barbaris instaurat et a milite famem patiente probris ac minis incessitur.
10. Suomarius et Hortarius, Alamannorum reges, captiuis redditis a Iuliano Caesare pacem impetrant.
11. Iulianus Caesar post res in Gallia bene gestas in aula Constantii Augusti ab inuidis deridetur segnisque et timidus appellatur.
12. Constantius Augustus Sarmatas dominos olim, tum exsules, et Quados, Pannoniarum et Moesiae uastatores, ad obsides dandos et captiuos reddendos compellit: atque exsulibus Sarmatis in libertatem auitasque sedes restitutis regem imponit.
13. Constantius Augustus Limigantes Sarmatas seruos post magnam ipsorum caedem factam cogit sedibus suis emigrare ac milites suos alloquitur.
14. Romani legati de pace re infecta reuertuntur ex Perside Sapore Armeniam et Mesopotamiam repetente.

1 Hac rerum uarietate, quam iam digessimus, ita conclusa Martius iuuenis Rheno post Argentoratensem pugnam otiose fluente securus sollicitusque, ne dirae uolucres consumerent corpora peremptorum,/ sine discretione cunctos humari mandauit absolutisque legatis, quos ante certamen superba quaedam portasse praediximus, ad Tres ta- 5
2 bernas reuertit. unde cum captiuis omnibus praedam Mediomatricos

1 hanc E*BA* | rerum quis uarietatem iam digessimus V*BA* quam r. i. u. d. E r. quas i. d. uarietate *G* r. u. quas i. d. *Pighi* r. u. quam i. d. *Cl.* | conclusam artius V conclusa Martius *G* || 2 iuuetus V iuuet (*ante* artius) *BA* iuuenis *G* || 3 inedire V ne dirae E*BAG*

seruandam ad reditum usque suum duci praecepit et petiturus ipse Mogontiacum, ut ponte compacto transgressus in suis requireret barbaros, cum nullum reliquisset in nostris, refragante uetabatur exercitu; uerum facundia iucunditateque sermonum allectum in uoluntatem traduxerat suam. amor enim post documenta flagrantior sequi libenter hortatus est omnis operae conturmalem auctoritate magnificum ducem plus laboris indicere sibi quam militi, sicut perspicue contigit, assuetum. moxque ad locum praedictum est uentum, flumine pontibus constratis transmisso occupauere terras hostiles. at 3 barbari perstricti negotii magnitudine, qui se in tranquillo positos otio tunc parum inquietari posse sperabant, aliorum exitio, quid fortunis suis immineret, anxie cogitantes simulata pacis petitione, ut primae uertiginis impetum declinarent, misere legatos cum uerbis compositis, quae denuntiarent concordem foederum firmitatem; incertumque quo consilio, stat ... institutos mutata uoluntate per alios cursu celeri uenire compulsos acerrimum nostris minati sunt bellum, / ni eorum regionibus excessissent.

Quibus clara fide compertis Caesar noctis prima quiete nauigiis 4 modicis et uelocibus octingentos imposuit milites, † eorum uiginti sursum uersum decurso egressi, quidquid inuenire potuerint, ferro uiolarent et flammis. quo ita disposito solis primo exortu uisis per 5 montium uertices barbaris ad celsiora ducebatur alacrior miles nulloque inuento —hoc si quidem opinati discessere confestim— eminus ingentia fumi uolumina uisebantur indicantia nostros perruptas popu- lari terras hostiles. quae res Germanorum perculit animos atque deser- 6 tis insidiis, quas per arta loca et latebrosa struxerant nostris, trans

1 praecipit **V** praecepit **E***SBAG* || 2 pontem **V***B* ponte **E***AG* | requiret ♂**V** requirere **E** relinqueret *B* || 3 reli[n]quisset (n *m2*) et **V** reliquisset et **E***BA* reliquisset *G* || 4 facundi **VE** facundia *SBAG* | iocunditateque **VE** iuc-*SBAG* | sermonem **V** sermonis **E** sermonum *BAG* || 5 traduxerant **VE***B* traduxerat *AG* | suam *ex* suiam **V** || 6 oms **VE** omnes *SB* omnis *AG* | opere **VE** operae *BAG* || 7 plus] post ♂**V** || 8 ad**suetum (*fu.* si *?*) **V** | mox *A* | ut ad *AG prob. Damsté aut* et *uel* ubi *ante* flumine || 9 ad **V** at **E***SBAG* || 10 praestricti **E***SBAG* || 10. 11 posito socio **V** positos ocio **E***G* positos socios *BA* || 11 paruim **V** parum **E***SBAG* || 13 miserunt *SBAG* || 15 stat institutos **V***BA* erat i. **E** aut instituto *G* statim instituto *uel* statim impetu restituto *Momms. lac. indic. Cl.* (*lac.*) post ita institutos *Cl. in app.* statim institutorum *Pighi* || 17 ne **VE** ni *SBAG* || 18 prima noctis *tr.* **E***SBAG* || 19 eorum XX **VE** e. uiginti *SB AG* ea re ut ui ingenti *Val. in adn.* quorum sescenti *Troß Hermann* dierum XX alimenta secum portantes, quibus Rheno *Her.* ut spatio stadiorum XX *Nov.* eo ut milium XX spatio *Pighi* || 20 uersus *BG* || 21 uiolarent *ex* uiolaren **V** uiolarunt **E***A* | disposita **V** disposito **E***SBAG* || 22 nulleque **V** nulloque **E***G* milleque *S* militeque *B* nemineque *A* || 23 ingenti *S* ingentis *BG*

Menum nomine fluuium ad opitulandum suis necessitudinibus auola-
7 runt. ut enim in rebus amat fieri dubiis et turbatis, hinc equitum
nostrorum accursu, inde nauigiis uectorum militum impetu repentino
perterrefacti euadendi subsidium uelox locorum inuenere prudentes, /
quorum digressu miles libere gradiens opulentas pecore uillas et fru-
gibus rapiebat nulli parcendo extractisque captiuis domicilia cuncta
8 curatius ritu Romano constructa flammis subditis exurebat. emensa-
que aestimatione decimi lapidis cum prope siluam uenisset squalore
tenebrarum horrendam, stetit diu cunctando indicio perfugae doctus /
per subterranea quaedam occulta fossasque multifidas latere pluri-
9 mos, ubi habile uisum fuerit, erupturos. ausi tamen omnes accedere
fidentissime ilicibus incisis et fraxinis roboreque abietum magno se-
mitas inuenere constratas. ideoque gradientes cautius retro non nisi
per anfractus longos et asperos ultra progredi posse uix indignatio-
10 nem capientibus animis aduertebant. et quoniam aeris urente saeuitia/
cum discriminibus ultimis laboratur in cassum —aequinoctio quippe
autumnali exacto per eos tractus superfusae niues oppleuere montes
simul et campos—, opus arreptum est memorabile.

11 Et dum nullus obsisteret, munimentum, quod in Alamannorum solo
conditum Traianus suo nomine uoluit appellari, dudum uiolentius
oppugnatum tumultuario studio reparatum est; locatisque ibi pro
tempore defensoribus ex barbarorum uisceribus alimenta congesta
12 sunt. quae illi maturata ad suam perniciem contemplantes metuque
rei peractae uolucriter congregati precibus et humilitate suprema /
petiere missis oratoribus pacem quam Caesar omni consiliorum uia
firmatam causatus ueri similia plurima per decem mensuum tribuit
interuallum id nimirum sollerti colligens mente, quod castra supra,
quam optari potuit, occupata sine obstaculo tormentis muralibus et

2 in *add. Kell.* || 4 inuenire V*B* inuenere E*AG* || 6 rapiebat *ex* rapebat V || 7 rito V ritu E*SBAG* | emensique V*EA* emensisque *BG* emensaque *Lind.* || 8 silua V syluam E*BAG* | uenisset *ex* nisset V || 9 horrenda V horrendam E*B AG* | dux *ante* diu *add. Cl.* | perfuga edoctus V*EB* perfugae ed. *AG* p. doctus *Val.* || 10 lanere V latere E*BAG lac. post* l. *indic. Cl. c. c.* hostium *add. Nov.* | plurimus V*E* plurimos *BAG* complurimos *Bae.* || 11 accidere V*E* occidere *SB* accedere *AG* || 12 abiectum V*B* abiecto *A* obiecto *G* abietum *Val.* (W*m2*) || 13 inuenire V*EB* inuenere *AG* | gradiantes *ex* gradientes V gradientes E*SBAG* || 19 obsideret *SB* | munimentūm V munimentum E*G* monumentum *BA* | Alemanorum *B* Alemannorum $b_1 b_2 G$ || 22 barbarum V *def. Norden* barbarorum E*SBAG* || 24 suppremа V || 25 petierem istis V petiere missis E*SBAG* || 26 firmata V*G* firmatam E*BA* | ueniri V ueri E*BAG* | mensium E*SBAG* || 27 interuallum (*lac. 14 litt. in fin. pag.*) V *sine lac.* E*AG* || 28 aptari V*BA* optari E*G* | tormentis *add.* V*m2* | murabilibus V muralibus E*BAG* mirabilibus E*m2*

apparatu deberent ualido communiri. hac fiducia tres immanissimi 13
reges uenerunt tandem aliquando iam trepidi ex his, qui misere uictis apud Argentoratum auxilia, iurantes conceptis ritu patrio uerbis / nihil inquietum acturos, sed foedera ad praestitutum usque diem, / quia id nostris placuerat, cum munimento seruaturos intacto frugesque portaturos umeris, si defuisse sibi docuerint defensores. quod utrumque metu perfidiam frenante fecerunt.

Hoc memorabili bello comparando quidem Punicis et Teutonicis, / 14
sed dispendiis rei Romanae peracto leuissimis ut faustus Caesar exsultabat et felix credique obtrectatoribus potuit ideo fortiter eum ubique fecisse fingentibus, quod oppetere dimicando gloriose magis optabat quam damnatorum sorte, sicut sperabat, ut frater Gallus occidi, / ni pari proposito post excessum quoque Constanti actibus mirandis inclaruisset.

Quibus ut in tali re compositis firmiter ad sedes reuertens hibernas / 2
sudorum reliquias repperit tales. Remos Seuerus magister equitum per Agrippinam petens et Iuliacum Francorum ualidissimos cuneos in sescentis uelitibus, ut postea claruit, uacua praesidiis loca uastantes offendit hac opportunitate in scelus audaciam erigente, quod Caesare in Alamannorum secessibus occupato nulloque uetante expleri se posse praedarum opimitate sunt arbitrati. sed metu iam reuersi exercitus munimentis duobus, quae olim exinanita sunt, occupatis se, quoad fieri poterat, tuebantur. hac Iulianus rei nouitate perculsus / 2
et coniciens, quorsum erumperet, si isdem transisset intactis, retento milite circumuallare disposuit. ... Mosa fluuius praeterlambit, et ad usque quartum et quinquagesimum diem, Decembri scilicet et Ianuario mense, obsidionales tractae sunt morae destinatis barbarorum animis incredibili pertinacia reluctantibus. tunc pertimescens sollertissi- 3

2 t *ante* iam *del.* V || 3. 4 uero (*lac. 10 litt.*) linquietum V uerbis (*lac. 12 litt.*) se foedera E uero (*lac. 4 litt.*) Linquentium *S* uerbo. L. *B* uerbis, l. *A* u. nihil inquietum *G* || 4 praestitum ♂ V || 5 com ♂ V *om.* E | monimenta VE munimento *SBAG* | seruaturo sit acto V seruaturos E s. intacto *BAG* || 6 humeros ♂ V | suis *post* umeris *add. Cl. Her. c. c. uel* u. p. *tr. Cl. Nov.* | defuisses V defuissent E defuisset *SBA* defuisse *G* | sibi] si *SBA* | docuerim V docerentque E decueri *S* decuerit *BA* docuerint *G* || 8 memorabile V *BA* memorando E memorabili *G* || 9 dispendii V dispendiis E *Lind.* dispendio *BAG* | leuissimis *ex* leuissimu V leuissimo *G* || 11. 12 magis quam optabat quam VE quam *pr. om.* E*m2BAG* || 12 sperabant *BAG* || 13 Constantii E *SBAG* || 15 adsedes *ex* adsedens V || 17 in VE *BG def. Blomgren om. A* || 20 aliam annorum V Alamannorum E *A* Alemanorum *B* Alemannorum b_1b_2G || 25 (*lac. 16 litt.*) osa V (*lac. 12 litt.*) mosa E castellum oppidum, quod Mosa *BAG* castella munita quae M. *Rolfe* munimenta, q. M. *Pighi* || 27 more V morae E *BAG* || 28 reluctantis V reluctantibus E *Momms.* reluctatis *SBAG* | permiscens V pertimescens E *BAG*

mus Caesar, ne obseruata nocte illuni barbari gelu uinctum amnem peruaderent, cotidie a sole in uesperum flexo ad usque lucis principium lusoriis nauibus discurrere flumen ultro citroque milites ordinauit, ut crustis pruinarum diffractis nullus ad erumpendi copiam facile perueniret. hocque commento inedia et uigiliis et desperatione postrema lassati sponte se propria dederunt statimque ad comita-
4 tum Augusti sunt missi. ad quos eximendos periculo multitudo Francorum egressa, cum captos comperisset et asportatos, nihil amplius ausa repedauit ad sua. hisque perfectis acturus hiemem reuertit Parisios Caesar.

3 Quia igitur plurimae gentes ui maiore collaturae capita sperabantur,/ dubia bellorum coniectans sobrius rector magnis curarum molibus stringebatur. dumque per indutias, licet negotiosas et breues, aerumnosis possessorum damnis mederi posse credebat, tributi ratiocinia
2 dispensauit. cumque Florentius praefectus praetorio cuncta permensus, ut contendebat, quidquid in capitatione deesset, ex conquisitis se supplere firmaret, talium gnarus animam prius amittere quam hoc
3 sinere fieri memorabat. norat enim huiusmodi prouisionum, immo euersionum, ut uerius dixerim, insanabilia uulnera saepe ad ultimam egestatem prouincias contrusisse, quae res, ut docebitur postea, pe-
4 nitus euertit Illyricum. ob quae praefecto praetorio ferri non posse clamante, se repente factum infidum, cui Augustus summam commiserit rerum, Iulianus eum sedatius leniens scrupulose computando et uere docuit non sufficere solum, uerum etiam exuberare capitatio-
5 nis calculum ad commeatuum necessarios apparatus. nihilo minus tamen diu postea indictionale augmentum oblatum sibi nec recitare nec subnotare perpessus humi proiecit. litterisque Augusti monitus ex relatione praefecti non agere ita perplexe, ut uideretur parum Florentio credi, rescripsit gratandum esse, si prouincialis hinc inde uasta-

2 peruadarent *ex* peruaderent V peruaderent E *S B A G* || 3 discurrente *B* discurrentes b_2 *G* || 4 erumpendo V erumpendum E *B* erumpendi *A G* | ad erumpendum quopiam *Eyss.* || 5 perueniret (*lac. 12 litt. in fin. pag.*) V *sine lac.* E *B A G def. Pighi Sey.* || 6 dederunt V dediderunt *Btl.* || 7 aliquos VE aliquot *B A* ad quos *G* | eximendo *B A* || 9 castra *post* sua *add. B G* | [a]cturus V | parrisios V *G* || 12 dolii abellorum V dubia bellorum E *Hadr. Val.* dolum b. *S B A G* || 13 inducias V || 16 captatione VE *A* captione *S B* capitatione *G* || 17 ammittere V amittere *S B A G* || 18 huius *ex* huis V | imò b_2 *G* || 20 contraxisse V contrusisse *Btl.* || 21 ylliricum V Illyricum *S B A G* | obque V hocque E ob quae *S B A G* || 23 sedatus V sedatius *Val.* || 24 capitationes VE *B* captationes *A* capitationis *G* || 25 calcalum VE calculum *S A G* calculorum *B* | at V ad *A G* ad *ante* necessarios *tr. S B* || 28 arum ♂ V

tus saltem sollemnia praebeat, nedum incrementa, quae nulla supplicia egenis possent hominibus extorquere. factumque est tunc et deinde unius animi firmitate, ut praeter solita nemo Gallis quidquam exprimere conaretur. ... denique inusitato exemplo id petendo Caesar 6
impetrauerat a praefecto, ut secundae Belgicae multiformibus malis oppressae dispositio sibi committeretur ea uidelicet lege, ut nec praefectianus nec praesidalis apparitor ad soluendum quendam urgeret. / quo leuati solacio cuncti, quos in curam ... susceperat, nec interpellati/ ante praestitutum tempus debita contulerunt.

Inter haec recreandarum exordia Galliarum administrante secun- 4
dam adhuc Orfito praefecturam obeliscus Romae in Circo erectus est Maximo. super quo nunc, quia tempestiuum est, pauca discurram. / urbem priscis saeculis conditam, ambitiosa moenium strue et porta- 2
rum centum quondam aditibus celebrem, hecatonpylos Thebas institutores ex facto cognominarunt, cuius uocabulo prouincia nunc usque Thebais appellatur. hanc inter exordia pandentis se late Cartha- 3
ginis improuiso excursu duces oppressere Poenorum posteaque reparatam Persarum rex ille Cambyses, quoad uixerat, alieni cupidus et immanis, Aegypto perrupta aggressus est, ut opes exinde raperet
inuidendas ne deorum quidem donariis parcens. qui dum inter prae- 4
datores turbulente concursat, laxitate praepeditus indumentorum / concidit pronus ac suomet pugione, quem aptatum femori dextro gestabat, subita ui ruinae nudato uulneratus paene letaliter interisset. / longe autem postea Cornelius Gallus, Octauiano res tenente Romanas / 5
Aegypti procurator, exhausit ciuitatem plurimis interceptis reuersusque, cum furtorum arcesseretur et populatae prouinciae, metu nobilitatis acriter indignatae, cui negotium spectandum dederat imperator,/ stricto incubuit ferro. is est, si recte existimo, Gallus poeta, quem flens quodam modo in postrema Bucolicorum parte Vergilius carmine
leni decantat.

4 (*lac. 21 litt.*) inique **V** *G* (*lac. 3 litt.*) Camelasii nomine i. *BA* Denique *Val. in adn.* nec leges interpretari inique. Denique *Pighi* || **5** secunda **VE** *B* secundae *AG* | belgicae *ex* belbicae **V** || **7** praesidialis **E** *SBAG* | quenquam *AG* || **8** solatio **V** | cura (*lac. 11 litt.*) separat suam **VE** curam aes alienum s. s. *BAG* c. susceperat suam *Val.* (**N**) c. tuendos susceperat suam *Pighi* c. propriam susceperat *Sey.* || **10** creandarum **VE** recreandarum *BAG* || **14** ercaton pylos *ex* ecaton p. (*m2*) **V** Hecatompylos *AG* || **16** thebas **V** *BA* Thebais **E** *G* | pandent esse **V** pandente se **V***m3* pandentem se **E** pandentis se *BAG* || **18** uicerat **VE** uixerat *BAG* || **20** deeorum **V** deorum **E** *SBAG* || **21** turbulenter *BAG* || **22** concedit **V** concidit **E** *BAG* || **26** depopulatae *BAG* || **28** stricto *ex* strictor **V** | poeta *add.* **V***m2* || **29** partem **V** perte **E** *S* parte *BAG* | Virgilius **V***m3***E** *A* Virgilii *B* || **30** leni *om. SBG*

6 In hac urbe inter delubra ingentia diuersasque moles figmenta Aegyptiorum numinum exprimentes obeliscos uidimus plures aliosque iacentes et comminutos, quos antiqui reges bello domitis gentibus / aut prosperitatibus summarum rerum elati montium uenis uel apud extremos orbis incolas perscrutatis excisos et erectos diis superis in 7 religione dicarunt. est autem obeliscus asperrimus lapis in figuram metae cuiusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam, utque radium imitetur, gracilescens paulatim, specie quadrata in uer- 8 ticem productus angustum, manu leuigatus artifici. formarum autem innumeras notas, hieroglyphicas appellatas, quas ei undique uidemus 9 incisas, initialis sapientiae uetus insigniuit auctoritas. uolucrum enim ferarumque etiam alieni mundi genera multa sculpentes, ut ad aeui quoque sequentes aetates impetratorum uulgatius perueniret memo- 10 ria, promissa uel soluta regum uota monstrabant. non enim ut nunc litterarum numerus praestitutus et facilis exprimit, quidquid humana mens concipere potest, ita prisci quoque scriptitarunt Aegyptii, sed singulae litterae singulis nominibus seruiebant et uerbis; nonnum- 11 quam significabant integros sensus. cuius rei scientiam his interim duobus exemplis ...: per uulturem naturae uocabulum pandunt, quia mares nullos posse inter has alites inueniri rationes memorant physicae, perque speciem apis mella conficientis indicant regem moderatori cum iucunditate aculeos quoque innasci debere his insignibus ostendentes et similia plurima.

1 inter haec in hac (inter haec *del.*) **V** | labra **V** delubra *Corn.* || **3** dotis **V** *corr. m3* || **4** suarum *Damsté prob. Miller* || **5** perscrutantis **VE** perscrutatis *BAG* | erectos **VE** erectosque *BAG* et erectos *Cl.* || **6** relegione *ex* religione **V** religione **E***SBAG* religionem *Her.* || **8** emitetur **V** *corr. m3* | graciliscens **VE***B* gracilescens *AG* | paulisper *SBAG* || **9** productos **V** *corr. m3* | artificis *SBG* || **10** hieroglyficas **V** || **13** sequentis **E***SBAG Cl.* | ut *post* aetates *add. Hadr. Val. ante* ad (**12**) *colloc. Cl.* | impetratorum *ex* imperatorum **E** imperatorum *SBAG* | uulgarius *G* | peruenire **V** perueniente *G* perueniret *Hadr. Val.* || **15** praestitus ♂ **V** || **16** scriptitarent **V** *corr. m3* | aegyptiis et **VE** Aegyptii sed *BAG* || **18. 19** scientia in his interim duobus exemplum **VE** s. in his i. in d. e. *B* s. in his inseram d. e. *A* scientiae in his interim sit d. e. *G* s. in his i. d. e. *Kell.* scientiam his expediam d. exemplis *Eyss.* s. his interim duobus exemplis expediam *Schneider* scientiae in his i. do duobus exemplum *Pet. lac. indic. Cl.* scientiam his interim duobus exemplis monstrabo *uel* monstrari sufficiet *Nov.* scientiam his i. d. docebo exemplis *Brakman* scientia in his i. exemplum suppeditabit *uel* suppeditat *uel* ostendit *uel* praebebit *Pighi* || **19** naturae] matris *Bochart.* (*μητέρα Horap.*) || **20** maros **V** mares **E***SBAG* | nullos *add.* **V***m2 sup. lin.* | fysicae **V** || **21** perque perque (*alt. del.*) **V** || **22** iocunditate **VE** iucunditate *SBAG* | his signibus **V** his signis **V***m3***E***G* his significant *BA* his signis solemnibus *Haupt* insignibus *Harmon* his rerum insignibus *Nov. c. c.* insignitius *Damsté* his insignibus *Pighi*

Et quia sufflantes adulatores ex more Constantium id sine modo 12
strepebant, quod, cum Octauianus Augustus obeliscos duo ab Heliu-
politana ciuitate transtulisset Aegyptia, quorum unus in Circo Maxi-
mo, alter in campo locatus est Martio, hunc recens aduectum difficul-
tate magnitudinis territus nec contrectare ausus est nec mouere, /
discant, qui ignorant, ueterem principem translatis aliquibus hunc
intactum ideo praeterisse, quod deo Soli speciali munere dedicatus /
fixusque intra ambitiosi templi delubra, quae contingi non poterant, /
tamquam apex omnium eminebat. uerum Constantinus id parui 13
ducens auulsam hanc molem sedibus suis nihilque committere in reli-
gionem recte existimans, si ablatum uno templo miraculum Romae
sacraret, id est in templo mundi totius, iacere diu perpessus est, dum
translationi pararentur utilia. quo conuecto per alueum Nili proiecto-
que Alexandriae nauis amplitudinis antehac inusitatae aedificata est
sub trecentis remigibus agitanda. quibus ita prouisis digressoque uita 14
principe memorato urgens effectus intepuit tandemque sero impositus
naui per maria fluentaque Thybridis uelut pauentis, ne, quod paene ig-
notus miserat Nilus, ipse parum sub emeatus sui discrimine moenibus
aluminis inferret, defertur in uicum Alexandri tertio lapide ab urbe
seiunctum. unde chamulcis impositus tractusque lenius per Ostien-
sem portam piscinamque publicam Circo illatus est Maximo. sola post 15
haec restabat erectio, quae uix aut ne uix quidem sperabatur posse
compleri: † idestisque periculum altis trabibus — ut machinarum cer-
neres nemus — innectuntur uasti funes et longi ad speciem multipli-
cium liciorum caelum densitate nimia subtexentes. quibus colligatus
mons ipse effigiatus scriptilibus elementis paulatimque in arduum per
inane protentus diu pensilis hominum milibus multis tamquam mo-
lendarias rotantibus metas cauea locatur in media eique sphaera

2 quot **V** quod **E** *S B A G* | obeliscus **V** *corr. m3* | duos **V***m3* **E** *S B A G* | obheliu-politam **V** obheliupolitana **V***m3* ab heliopolitana **E** *B A* ab Heliupolitana *G* || **3** ci-uitate *om. S B* || **5** contrectare *ex* trectare **V** || **9** apes **V** *corr. m3* || **13** translatione **V** *B* translationi **V***m3* **E** *A G* || **14** inuisitatae *Btl. reiec. Löfst.* || **16** principem **V** principe **E** *B A G* || **18** sub emeatu **V** *B* sub meatus **E** suo meatu *A* sub emeatus *G* sublato meatu *Damsté* || **19** alumnis **E** *A G* || **20** *ostiensem (*fu.* h) **V** || **23** idestisque periculum **V** erectisque per circulum **E** id est usque periculum *B* id est absque periculo *A* erectisque usque periculum *G* digestisque ad perpendiculum *Haupt* intextisque *uel* textisque ad perpendiculum *Meurig-D.* derectisque *Her.* || **26** id per arduum **V** *B A G* per a. **E** in arduum per *Eyss.* ut per a. *Seguine* ita per a. *Meurig-D.* || **27** diuque *B A G* | milebus *ex* milibus (*m2 ?*) **V** || **28** rogantibus **V E** rotantibus *B A G* | mediae quesferea (e *ult. del.*) **V** mediaque spera **E** media equesphera *S B* m., aeque sphera *A* m.: eique sphaera *G*

superponitur aenea aureis lamminis nitens, qua confestim ui ignis diuini contacta ideoque sublata facis imitamentum infigitur aereum, iti-
16 dem auro imbratteatum uelut abundanti flamma candentis. secutaeque aetates alios transtulerunt, quorum unus in Vaticano, alter in hor-
17 tis Sallusti, duo in Augusti monumento erecti sunt. qui autem notarum textus obelisco incisus est ueteri, quem uidemus in circo, Hermapionis librum secuti interpretatum litteris subiecimus Graecis:

ΑΡΧΗΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΝΟΤΙΟΥ ΔΙΕΡΜΗΝΕΥΜΕΝΑ ΕΧΕΙ ΣΤΙΧΟΣ ΠΡΩΤΟΣ ΤΑΔΕ ΛΕΓΕΙ

18 *Ἥλιος βασιλεῖ Ῥαμέστῃ· δεδώρημαί σοι ἀνὰ πᾶσαν οἰκουμένην μετὰ χαρᾶς βασιλεύειν, ὃν Ἥλιος φιλεῖ. — καὶ Ἀπόλλων κρατερὸς φιλαλήθης υἱὸς Ἥρωνος θεογέννητος κτίστης τῆς οἰκουμένης, ὃν Ἥλιος προέκρινεν, ἄλκιμος Ἄρεως βασιλεὺς Ῥαμέστης. ᾧ πᾶσα ὑποτέτακται ἡ γῆ μετὰ ἀλκῆς καὶ θάρσους. βασιλεὺς Ῥαμέστης Ἡλίου παῖς αἰωνόβιος.*

ΣΤΙΧΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ

19 *Ἀπόλλων κρατερός, ὁ ἑστὼς ἐπ᾽ ἀληθείας δεσπότης διαδήματος, τὴν Αἴγυπτον δοξάσας κεκτημένος, ὁ ἀγλαοποιήσας Ἡλίου πόλιν καὶ κτίσας τὴν λοιπὴν οἰκουμένην καὶ πολυτιμήσας τοὺς ἐν Ἡλίου πόλει θεοὺς ἀνιδρυμένους, ὃν Ἥλιος φιλεῖ.*

ΤΡΙΤΟΣ ΣΤΙΧΟΣ

20 *Ἀπόλλων κρατερὸς Ἡλίου παῖς παμφεγγής, ὃν Ἥλιος προέκρινεν καὶ Ἄρης ἄλκιμος ἐδωρήσατο. οὗ τὰ ἀγαθὰ ἐν παντὶ διαμένει καιρῷ· ὃν Ἄμμων ἀγαπᾷ, πληρώσας τὸν νεὼν τοῦ φοίνικος ἀγαθῶν. ᾧ οἱ θεοὶ ζωῆς χρόνον ἐδωρήσαντο.*

1 habena *B* ahena *G* | lammin[i]s (*fu.* l) **V** laminis **E***SBAG* || 2 infigura ereum **VE** in figura aereum *SBAG* infigitur *Val. in adn.* || 3 canentis **V***G* candentis **V***m3***E** cauentis *SBA* || 4 ortis **V** || 5 Salustii **E***B* Sallustii *AG* || 8 *Graeca desunt SB (lac. 3—4 uss.)* | ΔΤΙΟ **VE***A ἀπὸ G* | ΤΥΟ **E** | ΝΟΠΠΟΥ *A* | ΔΙΕΡΜΝΝCΥΜΕΝΔ **VE** *ΔΙΕΡΜΗΝΣΜΕΝΑ A διερμηνευμένα G* || 9 CΤΕΧΟCΤΙΡΩΤΟC **VE***A στῖχος πρῶτος G* || 9. 10 ΔΕΤ ЄΤΝΔΙΟC ΒΔCΙΔΤΡΔ . 2UΔЄCΤΗ [Δ]ЄΔΩΡΗΜЄ ΔCOINΔCONONCO **VE***A (NAEΣ...)* || 9 *ἐστιν G om. Val. λέγει O. Müller* || 10 *ἃ G* Ἥλιος *Val.* | *βασιλεῖ G* | *ῥαμεστῇ G* | *δεδωρήμεθα, ὃν G δεδώρημαί σοι Val.* | *ἀνὰ add. Val.* | *πᾶσαν G* | *οἰκουμένην G* || 10—p. 111, 20 *οἰκουμένην — βασιλέα om.* **V** *(lac. 1 1/2 pag.)* **E** *(sine lac.) A (lac. 3/4 pag.)* || 11 *χάρας G* | *βασιλεύων G βασιλεύειν· ὃν Val.* || 17 *ἐστὼς G* || 22 *παμφέγγης G* || 23 *πάντι διαμενεῖ κερῷ G* || 24 *ἀγαπᾶ G* | *ὁ ante πληρώσας add. Crönert* || 25 *πολὺν ante χρόνον add. Günther*

Ἀπόλλων κρατερὸς υἱὸς Ἥρωνος, βασιλεὺς οἰκουμένης Ῥαμέστης, ὃς ἐφύλαξεν Αἴγυπτον τοὺς ἀλλοεθνεῖς νικήσας, ὃν Ἥλιος φιλεῖ, ᾧ πολὺν χρόνον ζωῆς ἐδωρήσαντο θεοί. δεσπότης οἰκουμένης Ῥαμέστης αἰωνόβιος.

ΛΙΒΟΣ ΣΤΙΧΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ

Ἥλιος θεὸς μέγας δεσπότης οὐρανοῦ. δεδώρημαί σοι βίον ἀπρόσκο- 21
ρον. Ἀπόλλων κρατερὸς κύριος διαδήματος ἀνείκαστος, ὃς τῶν θεῶν ἀνδριάντας ἀνέθηκεν ἐν τῇδε τῇ βασιλείᾳ, δεσπότης Αἰγύπτου, καὶ ἐκόσμησεν Ἡλίου πόλιν ὁμοίως καὶ αὐτὸν Ἥλιον δεσπότην οὐρανοῦ. συνετελεύτησεν ἔργον ἀγαθὸν Ἡλίου παῖς βασιλεὺς αἰωνόβιος.

ΤΡΙΤΟΣ ΣΤΙΧΟΣ

Ἥλιος θεὸς δεσπότης οὐρανοῦ Ῥαμέστῃ βασιλεῖ. δεδώρημαι τὸ κρά- 22
τος καὶ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν. ὃν Ἀπόλλων φιλαλήθης δεσπότης χρόνων καὶ Ἥφαιστος ὁ τῶν θεῶν πατὴρ προέκρινεν διὰ τὸν Ἄρεα. βασιλεὺς παγχαρὴς Ἡλίου παῖς, καὶ ὑπὸ Ἡλίου φιλούμενος.

ΑΦΗΛΙΩΤΟΥ ΠΡΩΤΟΣ ΣΤΙΧΟΣ

Ὁ ἀφ' Ἡλίου πόλεως μέγας θεὸς ἐνουράνιος Ἀπόλλων κρατερός, 23
Ἥρωνος υἱός, ὃν Ἥλιος ἠγάπησεν, ὃν οἱ θεοὶ ἐτίμησαν, ὁ πάσης γῆς βασιλεύων, ὃν Ἥλιος προέκρινεν, ὁ ἄλκιμος διὰ τὸν Ἄρεα βασιλεύς, ὃν Ἄμμων φιλεῖ, καὶ ὁ παμφεγγής, συγκρίνας αἰώνιον βασιλέα et reliqua.

Datiano et Ceriali consulibus cum uniuersa per Gallias studio cau- 5
tiore disponerentur formidoque praeteritorum barbaricos hebetaret excursus, rex Persarum in confiniis agens adhuc gentium extimarum / iamque cum Chionitis et Gelanis, omnium acerrimis bellatoribus, /

2 *τοῦ ἄλλου ἔθνους G def. Crönert τοὺς ἀλλοεθνεῖς Val.* | *νικήσας G κρατήσας Crönert* || **3** *οἱ ante θεοὶ add. Günther* || **5** *ἄλλος G λιβὸς Crönert* || **6** *ἀπρόσκορον G def. Erman Norden ἀπρόσκοπον Dindorf Cl.* || **7** *ᾧ G ὃν Val. ὃς Erman ὃς τῶν θεῶν O. Müller* || **8** *βασιλεία G* || **10** *συνετέλεσεν Crönert* || **12** *ῥαμεστῇ G* | *δεδώρημαί σοι κράτος Günther δ. σοι τὸ κράτος Erman* || **13** *ὃν ante καὶ (14) tr. Günther* || **14** *ὁμοίως ante Ἥφαιστος add. Erman* || **15** *παγχαρὴς] Ῥαμέστης Erman* || **16** *ἀφηλιώτης G ἀφηλιώτου Crönert* || **18** *ἠγώγησεν G ἠγάπησεν Btl. Erfurdt* || **20** *παμφέγγης G* | *καὶ ante συγκρίνας add. Günther* | *βασιλείαν Günther* || **25** gela[nis] V Halanis *A* Segestanis *Marquart*

pignore icto societatis rediturus ad sua Tamsaporis scripta suscepit /
2 pacem Romanum principem nuntiantis poscere precatiuam. ideoque
non nisi infirmato imperii robore temptari talia suspicatus latius se-
met extentans pacis amplectitur nomen et condiciones proposuit
graues missoque cum muneribus Narseo quodam legato litteras ad
Constantium dedit nusquam a genuino fastu declinans, quarum hunc
fuisse accepimus sensum:
3 „Rex regum Sapor, particeps siderum, frater Solis et Lunae, Con-
stantio Caesari fratri meo salutem plurimam dico.
Gaudeo tandemque mihi placet ad optimam uiam te reuertisse et
incorruptum aequitatis agnouisse suffragium rebus ipsis expertum, /
4 pertinax alieni cupiditas quas aliquotiens ediderit strages. quia igitur
ueritatis ratio soluta esse debet et libera et celsiores fortunas idem
loqui decet atque sentire, propositum meum in pauca conferam remi-
5 niscens haec, quae dicturus sum, me saepius replicasse. ad usque
Strymona flumen et Macedonicos fines tenuisse maiores meos anti-
quitates quoque uestrae testantur. haec me conuenit flagitare —ne
sit arrogans, quod affirmo— splendore uirtutumque insignium serie /
uetustis regibus antistantem. sed ubique mihi cordi est recordatio, /
cui coalitus ab adolescentia prima nihil umquam paenitendum admisi./
6 ideoque Armeniam recuperare cum Mesopotamia debeo auo meo com-
posita fraude praereptam. illud apud nos numquam in acceptum fere-
tur, quod asseritis uos exsultantes, nullo discrimine uirtutis ac doli /
7 prosperos omnes laudari debere bellorum euentus. postremo si morem
gerere suadenti uolueris recte, contemne partem exiguam, semper luc-
tificam et cruentam, ut cetera regas securus, prudenter reputans /
medellarum quoque artifices urere nonnumquam et secare et partes
corporum amputare, ut reliquis uti liceat integris, hocque bestias
factitare; quae cum aduertant, cur maximo opere capiantur, illud
8 propria sponte amittunt, ut uiuere deinde possint impauidae. id sane
pronuntio, quod, si haec mea legatio redierit irrita, post tempus hie-
malis quietis exemptum uiribus totis accinctus fortuna condicionum-

1 isto **VE***B* icto *AG* | tam Saporis **E** tum S. *BG* || 3 firmato **VE***BA* infirmato **E***m2G* || 4 conditiones **V** || 7 accipimus ♂ **V** || 8 siuerum **V** siderum **E***m2 BAG* || 9 Caesari *om. SBG* || 10 optimatem **VE** optimam *BAG* | uitam te **E** te uiam *tr. BAG* || 13 oratio *BAG* | d *ante* esse *del.* **V** || 16 sermona **VE** Strymona *BAG* | imperium *ante* meos *add. Cl. c. c. reiec. Pighi* || 22 in *om. G* | incoeptum *B* | fretus **VE***A* fastu *B* fuit *G* feretur *Haupt* || 26 regas *ex* rega **V** | ac *ante* prud. *add. BAG* || 30 amittunt **V** (*ex* admittunt) *G* admittunt **E** amittant *SBA* | possent *G* || 31 legato **VE** legatio **E***m2SBAG* | inlita **V** irrita **E***B AG*

que aequitate spem successus secundi fundante uenire, quoad ratio siuerit, festinabo."

His litteris diu libratis recto pectore, quod dicitur, considerateque 9
responsum est hoc modo:

„Victor terra marique Constantius semper Augustus fratri meo Sa- 10
pori regi salutem plurimam dico.

Sospitati quidem tuae gratulor ut futurus, si uelis, amicus, cupiditatem uero semper indeflexam fusiusque uagantem uehementer insimulo. Mesopotamiam poscis ut tuam perindeque Armeniam et sua- 11
des integro corpore adimere membra quaedam, ut salus eius deinceps locetur in solido, quod † infundendum est potiusquam ulla consensione firmandum. accipe igitur ueritatem non obtectam praestrigiis, sed perspicuam nullisque minis inanibus perterrendam. praefectus prae- 12
torio meus opinatus aggredi negotium publicae utilitati conducens / cum duce tuo per quosdam ignobiles me inconsulto sermones conseruit super pace. non refutamus hanc nec repellimus; adsit modo cum decore et honestate, nihil pudori nostro praeruptura uel maiestati. est 13
enim absonum et insipiens nunc, cum gestarum rerum ordines —placatae sint aures inuidiae!— nobis multipliciter illuxerunt, cum deletis tyrannis totus orbis Romanus nobis obtemperat, ea prodere, quae contrusi in orientales angustias diu seruauimus illibata. cessent autem, 14
quaeso, formidines, quae nobis intentantur ex more, cum ambigi nequeat non inertia nos, sed modestia pugnas interdum excepisse potiusquam intulisse et nostra, quotiens lacessimur, fortissimo beneuolentiae spiritu defensare id experiendo legendoque scientes in proeliis quibusdam raro rem titubasse Romanam, in summa uero bellorum numquam ad deteriora prolapsam."

1 aetate aequitate **VE** motibus in aequali *B* aequitate *G* || 2 restinabo **V** destinabo **E** festinabo *BAG* || 5 semper Aug. *om. SBG* || 7 uelis* (*fu.* t) **V** || 8 indeflexam *ex* indeflexum **V** | fustusque ♂ **V** || 9 Mesopotomiam **V** Mesopotamiam **E***SBAG* || 10 corpore **V***BAG def. Pighi* corpori **E** | 3 **V** *om.* **E***SBG* eius (*ante* salus) *A* | deinde *SBAG* || 11 in fundendum **V** refutandum *G def. Češka* infringendum *Haupt* infandum dicendum *Brakman* infindendum *Damsté* infendendum *Pighi prob. Hartke* | melius potius quam *BG* || 12 obtatam **V** obtectam **E** *A* opertam *BG* | praestigiis **E***SBAG* || 17 praeruptura **V***B def. Pighi reiec. Hartke* praereptura **E***AG* || 18 insidiens **VE** insolens **E***m2* inuidens *BA* indecens *G* insipiens *Val. in adn.* (**N***m2*) *Btl. Haupt* | num **VE** cum **E***m2 BAG* nunc cum *Cl.* | ordine *AG* | placati **E** explicati **E***m2* non placatae *BA* explicatae *G* || 19 quas *ante* inuidiae *add. BAG* | incluserunt *SBAG* | dele*tis (*fu.* c) **V** || 21 contra si **V***BA* contraxi **E** contracti *G* contrusi *Btl. Haupt* | seruiuimus ♂ **V** seruiamus *BA* || 22 formidinis ♂ **V** | ex more *add.* **V***m2 in marg.* || 24 beneuolentiae **V** *def. Pighi* licet b. *Momms.* plenae potentiae *Pet.* || 27 deteriorem **V** deteriora *G*

15 Hanc legationem nullo impetrato remissam — nec enim effrenatae regis cupiditati responderi amplius quidquam potuit — post paucissimos dies secutus est Prosper comes et Spectatus tribunus et notarius itemque Eustathius Musoniano suggerente philosophus ut opifex suadendi imperatoris scripta perferentes et munera enisuri apparatum interim Saporis arte quadam suspendere, ne supra humanum modum prouinciae munirentur arctoae.

6 Inter quae ita ambigua Iuthungi, Alamannorum pars Italicis conterminans tractibus, obliti pacis et foederum, quae adepti sunt obsecrando, Raetias turbulente uastabant adeo, ut etiam oppidorum
2 temptarent obsidia praeter solitum. ad quos repellendos cum ualida manu missus Barbatio, in locum Siluani peditum promotus magister, / ignauus, sed uerbis effusior, alacritate militum uehementer erecta / prostrauit acerrime multos ita, ut exigua portio, quae periculi metu se dedit in fugam, aegre dilapsa lares suos non sine lacrimis reuiseret
3 et lamentis. huic pugnae Neuitta, postea consul, equestris praepositus turmae, et affuisse et fortiter fecisse firmatur.

7 Isdem diebus terrae motus horrendi per Macedoniam Asiamque et Pontum assiduis pulsibus oppida multa concusserunt et montes. / inter monumenta tamen multiformium aerumnarum eminuere Nicomediae clades, Bithyniae urbium matris, cuius ruinarum euentum / uere breuiterque absoluam.

2 Primo lucis exortu diem nonum kal. Septembrium concreti nubium globi nigrantium laetam paulo ante caeli speciem confuderunt et amendato solis splendore nec contigua uel apposita cernebantur; ita oculorum optutu praestricto humo inuolutus crassae cali-
3 ginis squalor insedit. dein uelut numine summo fatales contorquente manubias uentosque ab ipsis excitante cardinibus magnitudo furentium incubuit procellarum, cuius impetu pulsorum auditus est montium gemitus et elisi litoris fragor, haecque secuti typhones atque presteres cum horrifico tremore terrarum ciuitatem et suburbana fun-

1 efferenatae **V** effrenatae **E** *S B A G* || 4 Eustachius **E** *S B G* | philosofus (-so- *add. m2*) **V** || 6 ut *add. B A G* dum *Btl.* ne *Cl.* || 7 prouintiae **V** || 8 iuthiuntu gialam annorum (i *ult. add. m2*) **V** uithiuntugia (a *del.*) Alamannorum **E** ut Thiuntugialamannorum *S* ut Thiuntugi alcmanorum *B* et Thiutungi Alamannorum *A* Iuthiuntugi Alemannorum *G* Iuthungi A. *Lind.* || 10 uastarent **E** || 14. 15 metus edidit **V E** *B* metu aedidit *A* metu se dedit *G* || 15 in *add. G* | egredi lapsa res **V** lapsasres **E** lares **E** *m2 in marg.* egredi lapsaces *S* e. lampsaces *B* aegre dilapsa res *A G* a. d. lares *Gdt.* | suas *A G* || 16 huic *ex* huc **V** || 24 laetam *add.* **V** *m2* || 25 adposita *ex* posita **V** || 26 caliginis **V** *def. Pighi Bae.* caligini *Corn.* || 29 inpectu **V** impetu **E** *S B A G* || 30 bus *post* gemitus *del.* **V** | haecque secum **V E** *B* h. secuti *A* aqueus, cum *G*

ditus euerterunt. et quoniam accliuitate collium aedes pleraeque uehe- 4
bantur, aliae super alias concidebant reclangentibus cunctis sonitu
ruinarum immenso. inter quae clamoribus uariis celsa culmina resul-
tabant quaeritantium coniugium liberosque et si quid necessitudines
artae constringunt. post horam denique secundam, multo ante ter- 5
tiam, aer iam sudus et liquidus latentes retexit funereas strages. non-
nulli enim superruentium ruderum ui nimia constipati sub ipsis
interiere ponderibus; quidam collo tenus aggeribus obruti, cum super-
esse possent, si qui iuuisset, auxiliorum inopia necabantur; alii ligno-
rum exstantium acuminibus fixi pendebant. uno ictu caesi complures,/ 6
paulo ante homines, tunc promiscae strages cadauerum cernebantur. /
quosdam domorum inclinata fastigia intrinsecus serabant intactos /
angore et inedia consumendos. inter quos Aristaenetus affectatam re-
cens dioecensin curans uicaria potestate, quam Constantius ad hono-
rem uxoris Eusebiae Pietatis cognominarat, animam hoc casu cruciа-
tam diutius exhalauit. alii subita magnitudine ruinae oppressi isdem 7
adhuc molibus conteguntur. collisis quidam capitibus uel umeris
praesectis aut cruribus inter uitae mortisque confinia aliorum adiu-
menta paria perferentium implorantes cum obtestatione magna desere-
bantur. et superesse potuit aedium sacrarum et priuatarum homi- 8
numque pars maior, ni palantes abrupti flammarum ardores per quin-
que dies et noctes, quidquid consumi poterat, exussissent.

Adesse tempus existimo pauca dicere, quae de terrae pulsibus con- 9
iectura ueteres collegerunt. ad ipsius enim ueritatis arcana non modo
haec nostra uulgaris inscitia, sed ne sempiterna quidem lucubrationi-
bus longis nondum exhausta physicorum iurgia penetrarunt. unde 10
ut in ritualibus et pontificiis ... obtemperatur, obseruantibus sacerdo-

1 adciuitate **V** aciuitate **E** uicinitate **E***m2* ad ciuitatem *SBAG* accliuitate *Lind.* || 2 concedebant **V** *corr. m3 (?)* | sonitus **V** sonitu **E***SBAG* || 3 interimque *SBAG* | excelsa *BAG* || 4. 5 necessitudinis arte **V** necessitudines artae *Btl. Haupt* || 5 constringit *G* || 6 reliquidus **VE** liquidus *BAG* | funere astrages **V** f. strages **E** funereas st. *BAG* || 7 super rudientium **VE** s. ruuentium *B* superruentium *AG* | constipatis **V** constipati **E***BAG* || 9 iubuisset **V** iuuissent **E***BAG* iuuisset *Cl. Her.* (**W***m2*) || 10 aculminibus **V** acuminibus *G* || 11 uidebantur *SBG* || 12 serebant **V** serabant **E** *Haupt* ferebant *BAG* seruabant *Btl. Nov.* || 13 regens **V** recens *Lind.* || 15 pietatis eo **V** eo *om. G* p. uocabulo Graeco *Češka* | casu *ex* casum **V** || 16 ruinae *post* magn. *add.* **E** *ante Hadr. Val.* || 19 magna *om. BG* || 21 abrupte *Hadr. Val.* | L **V** quinquaginta **E***SBAG* quinque *Gdt.* || 22 exussent **V** exussissent **E***AG* excussissent *S* excussisset *B* || 23 deterra **V** *corr. m3* || 26 ingenia *BAG* || 27 ut] et *AG* | obtemperantur obtemperantibus **V** obtemperant **E** obtemperantibus *SBAG* obseruatur obtemperantibus *Val. in adn.* (**W***m2*) (*lac.*) obtemperatur obseruantibus *Cl.*

tiis caute ne alio deo pro alio nominato, cum, qui eorum terram con-
11 cutiat, sit in abstruso, piacula committantur. accidunt autem, ut opiniones aestimant, inter quas Aristoteles aestuat et laborat, aut in cauernis minutis terrarum, quas Graece syringas appellamus, impulsu crebriore aquis undabundis aut certe, ut Anaxagoras affirmat, uentorum ui subeuntium ima terrarum; qui cum soliditatibus concrustatis inciderint, eruptiones nullas repperientes eas partes soli conuibrant, quas subrepserint tumidi. unde plerumque obseruatur terra tremente uentorum apud nos spiramina nulla sentiri, quod in ultimis
12 eius secessibus occupantur. Anaximander ait arescentem nimia aestuum siccitate aut post madores imbrium terram rimas pandere grandiores, quas penetrat supernus aer uiolentus et nimius, ac per eas uehementi spiritu quassatam cieri propriis sedibus. qua de causa terrores huiusmodi uaporatis temporibus aut nimia aquarum caelestium superfusione contingunt. ideoque Neptunum umentis substantiae potestatem Ennosigaeon et Sisichthona poetae ueteres et theologi nuncuparunt.

13 Fiunt autem terrarum motus modis quattuor: aut enim brasmatiae sunt, qui humum more aestus imitus suscitantes sursum propellunt immanissimas moles, ut in Asia Delos emersit et Thera et Anaphe et Rhodus, Ophiusa et Pelagia prioribus saeculis dictitata, aureo quondam imbri perfusa, et Eleusin in Boeotia et apud Tyrrhenos Vulcanus insulaeque plures; aut climatiae, qui limes ruentes et obliqui urbes, aedificia montesque complanant; aut chasmatiae, qui grandiore motu patefactis subito uoratrinis terrarum partes absorbent, ut

1 cautum *BG* cauetur *A* | unde et in rit. libris et pont. obseruatur, obtemperantibus sac. quibus sacerdotes obtemperant caute *Wagn.* libris *prob. Nov. Pighi* || 2 fit **VE** sit *SBAG* | in obstruso *BA* abstrusum *G* | accidunt autem *add.* **V***m2* || 4 Graece *om. BA* || 5 crebriori *BAG* || 7 repp-]p *pr. del.* **V***m3* || 8 umidi **V** humidi **E***SBAG* tumidi (*?*) *Gdt. ut dittogr. del. Corn.* || 10 ɔ **V** *om.* **E***SBG* eius *A* | Anaximenes *A* | ut **VE** ait *BAG* | nimia *ex* nimiam **V** || 12 supernos **V** supernus **E***AG* super nos *B* || 13 tremores *Lind. in adn. Btl.* || 16 potestate menno sigeon **V** p. ennosigeon **E** potestatem enosigeon *B* p., Ennosigaeon *AG* | sisichona **VE** Sisichthona *BAG* || 17 nuncupauerunt *SBG* || 18 IIII ♀ **V** | brasmatae ♂ **V** || 19 itus (molestus *post* i *add. sup. lin. m2*) **V** molestius **E***BA* intus *G* imitus *Haupt* more aestus imitus *Her. Cl.* || 20 moles*utin (*fu.* t; ut *add. sup. lin. m2*) **V** | hiera **V** Thera *Wagn.* || 20. 21 anae pethrodus **V** pethrodus **E** anapetrodus *S* Anaperodus *B* Anaphe, et Rhodus *AG* || 21 dictita **V** dictitata **E***SBAG* || 22 Eleusis **E** Eleusim *SB* Eleusina *A* | tyrrenos **V** | uol[c]amus (c *ex* e *m3*) **V** uolcamus **E** Vulcanus *AG* || 23 et] atque*? Cl. c. c. in app. reiec. Pighi* || 24 gradiore **V** grandiore **E** *Eyss.* grandiori *SBAG* grauiore *Her.*

in Atlantico mari Europaeo orbe spatiosior insula et in Crisaeo sinu Helice et Bura et in Ciminia Italiae parte oppidum Saccumum ad Erebi profundos hiatus abactae aeternis tenebris occultantur. inter 14 haec tria genera terrae motuum mycematiae sonitu audiuntur minaci,/ cum dissolutis elementa compagibus ultro assiliunt uel relabuntur considentibus terris. tunc enim necesse est uelut taurinis reboare mugitibus fragores fremitusque terrenos. sed hinc ad exorsa.

At Caesar hiemem apud Parisios agens Alamannos praeuenire stu- 8 dio maturabat ingenti nondum in unum coactos, sed ad insaniam post Argentoratum audaces omnes et saeuos opperiensque Iulium mensem, unde sumunt Gallicani procinctus exordia, diutius angebatur. nec enim egredi poterat, antequam ex Aquitania aestatis remissione solutis frigoribus et pruinis ueheretur annona. sed ut est 2 difficultatum paene omnium diligens ratio uictrix, multa mente uersans et uaria id tantum repperit solum, ut anni maturitate non exspectata barbaris occurreret insperatus, firmatoque consilio uiginti dierum frumentum ex eo, quod erat in sedibus consumendum, ad usus diuturnitatem excoctum, bucellatum, ut uulgo appellant, umeris imposuit libentium militum, hocque subsidio fretus secundis ut ante auspiciis profectus est intra mensem quintum uel sextum duas expeditiones consummari posse urgentes et necessarias arbitratus. / quibus paratis petit primos omnium Francos, eos uidelicet, quos con- 3 suetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo apud Toxandriam locum habitacula sibi figere praelicenter. cui, cum Tungros uenisset, occurrit legatio praedictorum opinantium repperiri imperatorem etiam tum in hibernis pacem sub hac lege praetendens, ut quiescentes eos tamquam in suis nec lacesseret quisquam nec uexaret./ hos legatos negotio plene digesto oppositaque condicionum perplexitate ut in isdem tractibus moraturus, dum redeunt, muneratos absoluit. dictoque citius secutus profectos Seuero duce misso per ripam / 4 subito cunctos aggressus tamquam fulminis turbo perculsit iamque

1 adantico **V** *corr. m3 in marg.* | spatior **VE** potior *SBAG* spatiosior *Val. in adn.* (*Wm2*) spatio latior *Blomgren* | sinu *om. SBG* || 2 burra **VE***B* Bura *AG* | Succunium *BAG* || 2. 3 ad hebi **V** ad herebi **E***G* esse *BA* || 3 abactà *G* || 4 terraeque *B* terrae, qui *A* | minatorio *BG* || 5 ultra **VE***A* ultro *BG* | relauuntur **V** relabuntur **E***SBAG* || 8 apud *ex* aput **V** | Alemannos **E***G* Alemanos *B* || 9 insaniam **VE** insani *B* ad insaniam *A* insania *G* in insaniam *Lind.* || 10 operiensque **VE***BA* opperiensque b_2G || 11 agebantur **VE***B* angebatur *AG* || 15 tantum **VE***BG def. Nov. Bae. Hagend.* tandem *A* || 16 insperatis **VE** insperatus *BAG* | XX **V** XVII *Btl.* (*cf. 17, 9, 2*) || 18 bucclatum **VE** bucellatum *SBA* buccellatum b_2G || 26 dum **V***B* tum **E***AG* || 27 lacesceret ♂ **V** || 29 hisdem **V** || 30 profecto **VE** praefecto *BA* profectos *G*

precantes potiusquam resistentes in opportunam clementiae partem effectu uictoriae flexo dedentes se cum opibus liberisque suscepit. / Chamauos itidem ausos similia adortus eadem celeritate partim cecidit, partim acriter repugnantes uiuosque captos compegit in uincula, / alios praecipiti fuga trepidantes ad sua, ne militem spatio longo defatigaret, abire interim permisit innocuos; quorum legatis paulo postea missis precatum consultumque rebus suis humi prostratis sub obtutibus eius pacem hoc tribuit pacto, ut ad sua redirent incolumes.

9 Cunctis igitur ex uoto currentibus studio peruigili properans modis omnibus utilitatem fundare prouinciarum munimenta tria recta serie superciliis imposita fluminis Mosae subuersa dudum obstinatione barbarica reparare pro tempore cogitabat et ilico sunt instaurata procinctu paulisper omisso. atque ut consilium prudens celeritas faceret tutum, ex annona decem dierum et septem, quam in expeditionem pergens uehebat ceruicibus miles, portionem subtractam in isdem condidit castris sperans ex Chamauorum segetibus id suppleri posse, quod ablatum est. longe autem aliter accidit. frugibus enim nondum etiam maturis miles expensis, quae portabat, nusquam repperiens uictus / extrema minitans Iulianum compellationibus incessebat et probris, / Asianum appellans, Graeculum et fallacem et specie sapientiae stolidum. utque inueniri solent quidam inter armatos uerborum uolubilitate conspicui, haec et similia multa strepebant:

4 ,,Quo trahimur spe meliorum abolita olim quidem dura et perpessu asperrima per niues tolerantes et acumina crudelium pruinarum? sed nunc, pro nefas, cum ultimis hostium fatis instamus fame ignauissimo mortis genere tabescentes. et ne qui nos turbarum existimet concitores, pro uita loqui sola testamur non aurum neque argentum petentes, quae olim nec contrectare potuimus nec uidere, ita nobis negata, / uelut contra rem publicam tot suscepisse labores et pericula confutatis!“

6 Et erat ratio iusta querellarum. inter tot enim rerum probabilium cursus articulosque necessitatum ancipites sudoribus Gallicanis miles

3 ausus V ausos E *BAG* || 5 trepidantes V *def. Hagend.* repedantes *Btl.* | tecta *post* sua *add. BG* || 8 ɔ V *om.* E *SB* eius *AG* || 9 rex ♂ V *om. B* || 10 monimenta VE munimenta *SBAG* || 13 utque VE atque *SBAG* | ut *om.* E id *Nov. Pet.* | pudens V prudens E *BAG* || 14 X V | VII V quattuor E | in *add.* E*m2G* ad *A* || 16 posse *om. SBG* || 18 portauit *SBG* | reperiens *ex* reppiens V || 19 extremam initans V | probr*is (*fu.* i) V || 21 uoluptilitate V uolubilitate E *SBAG* || 23 perpressu V perpessu E *BAG* || 25 ph E proh *SBAG* | factis V *BA* fatis E *G* || 26 quis E *BAG* || 27 pro uitali qui V pro ut aliqui E prouincia qui *BA* pro uita loqui *G* | solent E | poteritis VE *BA* petentes *G* poscentes *Nov.* || 29 confutatis *ex* confatatis V || 31 inter – rerum *add.* V*m2 in marg.*

exhaustus nec donatiuum meruit nec stipendium iam inde, ut Iulianus illo est missus, ea re, quod nec ipsi, quod daret, suppetere poterat usquam nec Constantius erogari more solito permittebat. hocque 7
exinde claruit fraude potiusquam tenacitate committi, quod, cum idem Caesar petenti ex usu gregario cuidam, ut barbas detonderet, dedisset aliquid uile, contumeliosis calumniis appetitus est a Gaudentio tunc notario ad explorandos eius actus diu morato per Gallias, quem postea ipse interfici iusserat, ut loco monstrabitur competenti.

Lenito tandem tumultu non sine blanditiarum genere uario con- 10
textoque nauali ponte Rheno transito terris Alamannorum calcatis / Seuerus magister equitum bellicosus ante haec et industrius repente commarcuit. et qui saepe uniuersos ad fortiter faciendum hortabatur 2
et singulos, tunc dissuasor pugnandi contemptus uidebatur et timidus mortem fortasse metuens aduentantem, ut in Tageticis libris legitur uel Vegoicis fulmine mox tangendos adeo hebetari, ut nec tonitruum nec maiores aliquos possint audire fragores. et iter ignauiter egerat praeter solitum, ut ductores uiarum praeeuntes alacri gradu / ultima minitando terreret, ni omnes conspirantes in unum se loca penitus ignorare firmarent. qui interdicti metuentes auctoritatem / nusquam deinde sunt progressi.

Inter has tamen moras Alamannorum rex Suomarius ultro cum 3
suis improuisus occurrit, ferox ante saeuiensque in damna Romana, / sed tum lucrum existimans insperatum, si propria retinere permitteretur. et quia uultus incessusque supplicem indicabat, susceptus bonoque animo esse iussus et placido nihil arbitrio suo relinquens pacem genibus curuatis orauit. et eam cum concessione praeteritorum / 4
sub hac meruit lege, ut captiuos redderet nostros et, quotiens sit necesse, militibus alimenta praeberet susceptorum uilium more secu-

1 exhaustus *om.* *SBG* | ***Iam (*fu.* Nec) **V** || 2 nec ipsi *ex* ipsi nec **V** || 6 a *om.* *BG* || 7 ɔ **V** *om.* **E***SBG* eius *A* | moratos **V** morato **E***BAG* || 8 iusserat **V***BA* iussit, ut **E***G* iusserat, ut *Cl.* || 10 ponto **V** ponte **E***BAG* | Alemanorum *B* Alemannorum b_1b_2G || 11 repente *om.* *BG* || 14 tagetinicis **V** Tagetis Tusci *BAG* Tageticis *Val.* | *post* legitur *repet. et del.* fortasse metuens aduentantem **V** || 15 et *add. Gdt.* uel *Preller Haupt* | uegonicis **V***BA* uegonios *ex* uegonicis **E** Veiouis *G* Vegoicis *Cl.* Vegonicisque *Brakman* | heuetari **V** hebetari **E***SBAG* | nectores nitrum **V** nec tonitruum **E** nec tonitrum *BAG* || 16 g *ante* ignauiter *del.* **V** || 17 regerat **V** rexerat **E***SBA* egerat *G* || 21 Alemanorum *B* Alemannorum b_1b_2G | sumoarius **VE***B* Suomarius *AG* || 22 damnas **V** damna **E***BAG* || 22. 23 Romanas et **V** Romanorum. At **E** Romana, et *BAG* Romana, sed *Val.* || 26 curuantis **V** curuatis **E***SBAG* | orabit **V** orauit **E** *Gdt.* orabat *SBAG* || 27 quotiens *ex* quo **V** || 28 securitatem *BG*

ritates accipiens pro illatis; quas si non ostendisset in tempore, sciret se rursus eadem flagitandum.

5 Quod ita recte dispositum est, impraepedite completo Hortari nomine petendus erat regis alterius pagus, et quia nihil uidebatur deesse praeter ductores, Nesticae tribuno Scutariorum et Chariettoni, uiro fortitudinis mirae, imperauerat Caesar, ut magna quaesitum industria, comprehensumque offerrent sibi captiuum, et correptus uelociter adolescens ducitur Alamannus pacto obtinendae salutis pollici-
6 tus itinera se monstraturum. hoc progresso secutus exercitus celsarum arborum obsistente concaede ire protinus uetabatur. uerum per circuitus longos et flexuosos ubi uentum est tandem ad loca, ira quisque percitus armorum urebat agros, pecora diripiebat et homines /
7 resistentesque sine ulla parsimonia contruncabant. his malis perculsus/ rex cum multiplices regionum uicorumque reliquias cerneret exustorum, ultimas fortunarum iacturas adesse iam contemplatus orauit ipse quoque ueniam facturum se imperanda iurandi exsecratione... restituere uniuersos promisit; id enim cura agebatur impensiore /
8 detentisque plurimis reddidit paucos. quo cognito ad indignationem iustam Iulianus erectus, cum munerandus uenisset ex more, quattuor comites eius, quorum ope et fide maxime nitebatur, non ante absoluit,/
9 dum omnes rediere captiui. ad colloquium tamen accitus a Caesare / trementibus oculis adorato uictorisque superatus aspectu condicione difficili premebatur hac scilicet, ut, quoniam consentaneum erat post tot secundos euentus ciuitates quoque reparari ui barbarorum excisas,/ carpenta et materias ex opibus suis suorumque praeberet. et haec pollicitus imprecatusque, si perfidum quidquam egisset, luenda sibi

1 quam *BG* || **2** ea defatigandum **V** eadem fatigandum *Eyss.* e. flagitandum *Pet. Niemeyer* itidem *Cl. in app.* || **3** conpleto *ex* conpeto **V** completum *BAG* || **4** erit **VE***BA* erat *SG* || **5** Charitoni *G* || **8** Alemanis *B* Alamannis *A* Alemannus *G* || **9** praegresso **E***G* || **10** congerie *BG* | uetebatur **V** uetabatur **E***SBAG* || **11** flexu dissos **V** flexuosos **E***G* *def. Blomgren* flexus dissonos *BA* f. diuersos *Nov.* flexuosos ubi *Her.* | at **V** ad **E***SBAG* | et ira **VE***G* *def. Blomgren* et ita *BA* ira *Cl.* || **12** armorum **V** *def. Pet.* armatorum *G* | agros et pecora *Cl. Her. reiec. Blomgren* || **13** con[t]rungabant (*fu.* s *uel* f) **V** contruncabat **E***SBAG* contruncabant *Cl. prob. Blomgren* | percussus **V** perculsus **E***SBAG* || **14** [m]ultiplices (*fu.* p) **V** | regiones **V** regionis *Val. in adn.* legiones *Hadr. Val.* regionum direptiones *Her.* regionum *Sey. def. Češka* || **16. 17** exsecratione restituere **V***B AG* *def. Pighi* e. captiuos uniuersos r. **E** e. captiuosque r. *Haupt* e. promisit, captiuos r. u. id e. *Nov. lac. indic. Cl. Her.* ni restitueret *Damsté* || **17** inpensior **V** impensius **E***B* impensiore *AG* || **18** detensisque **V** detentisque **E***BAG* || **19** ıııı ꝯ **V** || **20** ɔ **V** *om.* **E***SBG* eius *A* || **21** tandem *Gdt.* | ****a* (*fu.* tri) **V** || **23** quō **VE** quomodo *SBA* quoniam *G* || **24** euentos **V** euentus **E***SBAG* || **26** iubenda **V** luenda *G*

cruore supplicia ad propria remeare permissus est. annonam enim transferre ita ut Suomarius ea re compelli non potuit, quod ad internecionem regione eius uastata nihil inueniri poterat, quod daretur.

Ita reges illi tumentes quondam immaniter rapinisque ditescere 10
assueti nostrorum Romanae potentiae iugo subdidere colla iam domita et uelut inter tributarios nati et educati obsecundabant imperiis ingrauate. quibus hoc modo peractis disperso per stationes milite consuetas ad hiberna regressus est Caesar.

Haec cum in comitatu Constantii subinde noscerentur — erat enim 11
necesse tamquam apparitorem Caesarem super omnibus gestis ad Augusti referre scientiam — omnes, qui plus poterant in palatio, / adulandi professores iam docti recte consulta prospereque completa / uertebant in deridiculum talia sine modo strepentes insulse: „in odium uenit cum uictoriis suis capella, non homo“ ut hirsutum Iulianum carpentes appellantesque „loquacem talpam“ et „purpuratam simiam“ et „litterionem Graecum“ et his congruentia plurima. atque ut tinnacula principi resonantes audire haec taliaque gestienti uirtutes eius obruere uerbis impudentibus conabantur ut segnem incessentes et timidum et umbratilem gestaque secus uerbis comptioribus exornantem; quod non tunc primitus accidit. namque ut solet am- 2
plissima quaeque gloria obiecta esse semper inuidiae, legimus in ueteres quoque magnificos duces uitia criminaque, etiamsi inueniri non poterant, finxisse malignitatem spectatissimis actibus eorum offensam. ut Cimonem, Miltiadis filium, insimulatum ... saepe ante et 3
prope Eurymedonta Pamphylium flumen Persarum populum deleuit innumerum coegitque gentem insolentia semper elatam obsecrare suppliciter pacem; Aemilianum itidem Scipionem ut somniculosum aemulorum incusari maliuolentia, cuius impetrabili uigilantia obstinatae in perniciem Romae duae potentissimae sunt urbes excisae. / nec non etiam in Pompeium obtrectatores iniqui multa scrutantes, / 4

2 ad *ex* at **V** || 3 inuenire b_2G || 6 uelud **V** | obsecundabat **V** obsecundabant **E***BAG* | imperii **V** imperiis **E** imperio *BAG* || 7 consueta **E***BG* || 8 egressus *A* || 10 apparitorem *om. SBG* || 11. 12 scientiam — professores *repet.* **V***m2 in marg.* || 13 uertebat **V** uertebant **E***SBAG* | insule ♂ **V** || 16 sumiam **V** simiam *SBAG* || 17 utinnacula **V** ut in aula **E** uernacula *BAG* ut tinnacula *def. Löfst.* uelut tintinnacula *Kell.* ut t. *Cl.* || 18 incessantes **VE** incessentes *BAG* || 20. 21 amplissimaque **VE** amplissimique *S* amplissimi *BA* amplissima *G* a. quaeque *Eyss. Btl.* || 22 quoque] namque *S* naturaque *BG* || 24 *lac. post* insimulatum *indic. Gdt.* | saepe ante] incesti *Lind.* intemperantiae *Hadr. Val. Pighi* (*uel* uinolentiae) | et] qui *BAG* || 25 eyrymedon tapamf[y]lium (fy *m2 ?*) **V** || 26 sem relatam **V** elatam **E** regis e. *BAG* semper e. *Lind.* || 29 sunt potentissimae *tr. SBAG* || 30 multa *om. BG*

cum nihil, unde uituperari deberet, inueniretur, duo haec obseruarunt ludibriosa et irrita: quod genuino quodam more caput digito uno scalpebat quodque aliquamdiu tegendi ulceris causa deformis fasciola candida crus colligatum gestabat; quorum alterum factitare ut dissolutum, alterum ut nouarum rerum cupidum asserebant nihil interesse oblatrantes argumento subfrigido, quam partem corporis redimiret regiae maiestatis insigni: eum uirum, quo nec fortior nec amantior quisquam patriae fuit, ut documenta praeclara testantur.

5 Dum haec ita aguntur, Romae Artemius curans uicariam praefecturam pro Basso quoque agebat, qui recens promotus urbi praefectus fatali decesserat sorte. cuius administratio seditiones perpessa est turbulentas nec memorabile quidquam habuit, quod narrari sit dignum.

12 Augusto inter haec quiescenti per hiemem apud Sirmium indicabant nuntii graues et crebri permixtos Sarmatas et Quados uicinitate et similitudine morum armaturaeque concordes Pannonias Moe-
2 siarumque alteram cuneis incursare dispersis. quibus ad latrocinia magis quam aperto habilibus Marti hastae sunt longiores et loricae ex cornibus rasis et leuigatis plumarum specie linteis indumentis innexae/ equorumque plurimi ex usu castrati, ne aut feminarum uisu exagitati raptentur aut in subsidiis ferocientes prodant hinnitu densiore uec-
3 tores. et per spatia discurrunt amplissima sequentes alios uel ipsi terga uertentes insidendo uelocibus equis et morigeris trahentesque singulos interdum et binos, uti permutatio uires foueat iumentorum uigorque otio integretur alterno.

4 Aequinoctio itaque temporis uerni confecto imperator coacta militum ualida manu ductu laetioris fortunae profectus, cum ad locum aptissimum peruenisset, flumen Histrum exundantem pruinarum iam resoluta congerie super nauium foros ponte contexto transgressus / populandis barbarorum incubuit terris. qui itinere festinato praeuenti / cateruasque bellatoris exercitus iugulis suis imminere cernentes, /

1 ur *post* deberet *del.* **V** | obseruauerunt *SBG* || 3 quotque **V** quodque **E***S* *BG* || 4 collibatam **V** colligatum **E***B* colligarat *A* colligabat *G* colligatum habebat *Nov.* c. gestabat *Her.* (*cf. Val. Max. 6, 2, 7*) || 6 redimeret **V***B* redimiret **E***AG* || 7 ne ca[n]ta*tior (*fu.* u *et* u) **V** nec cunctatior **E** nec cautior *SBAG* nec autem cautior *Walter* nec amantior *Haupt def. Pighi* || 8 patriae patriae (*alt. del.*) **V** || 9 promaeartemius **V** Romae Artemius *AG* || 17 alteram *ex* alterum **V** | incursa ♂ **V** | atalarocinia **V** *corr. m3* || 18 lorci **V** loricae **E***SBAG* || 19 lauigatis **V** leuigatis **E***SBAG* | speciem **VE***B* specie *AG* || 20 castirati **V** castrati **E***SBAG* || 21 reptentur **VE** captentur *SBA* raptentur *G* || 22 aliis **V** alios **E***BAG* || 24 uinos **V** binos **E***SBAG* || 27 lenioris *BG*

quem nondum per anni tempus colligi posse rebantur, nec spirare ausi nec stare, sed uitantes exitium insperatum semet omnes effuderunt in fugam. stratisque plurimis, quorum gressus uinxerat timor, si quos exemit celeritas morte, inter latebrosas conualles montium occultati uidebant patriam ferro pereuntem, quam uindicassent profecto si uigore quo discesserant restitissent. gerebantur haec in ea parte Sarmatiae, quae secundam prospectat Pannoniam, parique fortitudine circa Valeriam opes barbaras urendo rapiendoque occurrentia militaris turbo uastabat. 6

Cuius cladis immensitate permoti posthabito latendi consilio Sarmatae petendae specie pacis agmine tripertito agentes securius nostros aggredi cogitarunt. ... nec expedire tela nec uim uulnerum declinare nec, quod est in rebus artissimis ultimum, uerti possent in fugam. aderant autem ilico Sarmatis periculorum Quadi participes, / qui noxarum saepe socii fuerant indiscreti; sed ne eos quidem prompta iuuit audacia in discrimina ruentes aperta. caesis enim compluribus / pars, quae potuit superesse, per notos colles euasit, quo euentu uires et animos incitante iunctis densius cuneis ad Quadorum regna properabat exercitus, qui ex praeterito casu impendentia formidantes / rogaturi suppliciter pacem fidentes ad principis uenere conspectum / erga haec et similia lenioris dictoque die statuendis condicionibus ... modo Zizais quoque, etiamtum regalis, ardui corporis iuuenis, ordines Sarmatarum more certaminis instruxit ad preces; uisoque imperatore / abiectis armis pectore toto procubuit exanimis stratus. et amisso uocis officio prae timore tum, cum orare deberet, maiorem misericordiam mouit conatus aliquotiens parumque impediente singultu per- 7 8 9

3 his **VE** hi **E***m2A* ii *BG* si *Momms.* || 4 exemit] non exuit *B* | morti **VE** *AG* mortis *B* morte *Sey. (cf. 15, 4, 12. 18, 2, 13. 21, 12, 11. 29, 3, 7)* | inter *ex* inteb **V** | conualles *ex* ualles **V** || 6 hic **V** haec **E***SBAG* || 7 sarmaciae **V** || 8 cō **V** circa **E** *Hadr. Val.* esse *S* etiam *BA* contra *G* | Barbaricas *SBAG* | uerendo **V***B* uerrendo **E** urendo *A* ferendo *G* || 9 militia[r]is (*fu.* qui) **V** militaris **E***SBAG* || 10 latenti consilio **VE** concilio latenti *tr. S* c. latenter *BA* consilio latendi *G* | armatae **V** Sarmatae **E** *Val.* arma *BA* armati *G* || 11 petendo *SBA* | tipertito **V** tripartito **E** tripertito *BAG* || 12 ut *ante* nec[1] *add. A def. Pighi Češka lac. indic. Langen Momms.* | expedirent *Btl. def. Češka* | declinarent **V***B def. Češka* declinare **E***AG* || 13 altissimis **VE***B* arctissimis *A* artissimis *G* | possent *om. B* posse *G* | in fugam possent *tr.* **E** || 14 quá **V** Quadi **E***G* quo quique *B* quoque *A* || 18 at **V** ad **E***SBAG* || 20 uenire **V***B* uenere **E***AG* || 21 ergo **V** erga *Val.* (**N**) | et *add.* **E***G* | leniter *BA* lenituris *G* || 22 modo *del. Lind. lac. indic. Eyss.* pari modo *Her.* quoquo m. *Nov.* modo *ante* regalis *colloc. Damsté* | apud ui **V** ui **E** prope ui *BA* haud parui *G* ardui *Nov.* | ordine **V***BA* ordinem **E** ordines *G* || 25 dum **VE***BG def. Löfst.* tum *A* | cum] eum *G*

missus explicare, quae poscebat. recreatus denique tandem iussusque
exsurgere genibus nixus usu linguae recuperato concessionem delic-
torum sibi tribui supplicauit et ueniam eoque ad precandum admissa
multitudo, cuius ora formido muta claudebat periculo adhuc prae-
stantioris ambiguo, ubi ille solo iussus attolli orandi signum exspec-
tantibus diu monstrauit, omnes clipeis telisque proiectis manus pre-
cibus dederunt plura excogitantes, ut uincerent humilitate supplican-
11 di regalem. duxerat pauor cum ceteris Sarmatis etiam Rumonem et
Zinafrum et Fragiledum subregulos plurimosque optimates cum impe-
trandi spe similia petituros. qui licet elati gaudio salutis indultae /
condicionum sarcina compensare inimice facta pollicebantur seque
cum facultatibus et liberis et coniugibus terrarumque suarum ambitu
Romanae potentiae libenter offerrent. praeualuit tamen aequitati
iuncta benignitas iussique obtinere sedes impauidi nostros reddidere
captiuos, duxeruntque obsides postulatos et oboedire praeceptis de-
12 inde promptissime spoponderunt. hortante hoc exemplo clementiae /
aduolarunt regalis cum suis omnibus Araharius et Vsafer inter opti-
mates excellens, agminum gentilium duces, quorum alter Transiugi-
tanorum Quadorumque parti, alter quibusdam Sarmatis praeerat, /
locorum confiniis et feritate iunctissimis; quorum plebem ueritus im-
perator, ne ferire foedera simulans in arma repente consurgeret, /
discreto consortio pro Sarmatis obsecrantes iussit paulisper abscedere,/
13 dum Araharii et Quadorum negotium spectaretur. qui cum reorum
ritu oblati stantes curuatis corporibus facinora grauia purgare non
possent, ultimae sortis infortunia metuentes dederunt obsides impe-
14 ratos numquam antea pignera foederis exhibere compulsi. his ex
aequo bonoque compositis Vsafer in preces admissus est Arahario

2 exsurgere (*lac. 2 litt.*) **V** exurgere (*sine lac.*) **E***SBAG* exsurgere iam *dubit. Meurig-D.* || **3** tribuis **V** tribui **E***BAG* || **4** formidine *B* | mutae laudebat **V** mute ledebat **E** m. laudabat *S* non audacter laudabant *B* muta claudebat *A* m. cludebat *G* || **8** patior **V***B* pauor **E** *Her.* potior *AG* pariter *Corn.* | armatis **V** Sarmatis *Val.* || **10** specie similia **VE***B* spe cosimilia *A* spe similia *G* || **11** sed quae **VE***B* se quae **E***m2* seque *AG* || **12** con*iugibus **V** || **13** offerrentes **E***m2* efferrent *SBA* || **14** obitinere **V** obtinere **E** (opt-) *G* ab itinere *SBA* | inpauidi *ex* inpauidos **V** || **17** atuolarunt **V** | regales **V** regalis *Cl.* | Arabarius *AG* || **18** excellentes *BAG* | transfugitanorum **VE***B* Transtigritanorum *A* transiugitanorum *G* || **19** que *om. G* || **20** confinis **V** confiniis **E***BAG* | acrius **V***BA* arcuit *G* ueritus *Val.* || **22** iussis **V** iussos **E** iussi *BG* iussit *A* | abscidere **V** abscedere **E***AG* obsc- *B* || **23** barbarii et **V** *lac. 6 litt.* **E** Barbarorum et *SB* Transtigritanorum et *A* Arabarii et *G* Araharii et *Val.* | eorum **V** reorum *Lind.* || **24** oblatis tantis **V***B* o. t. armis **E** oblati, stantes *AG* || **26** exhiberi **V** exhibere **E***SBAG* || **27** amissus **V** admissus **E***SBAG* | Arabario *SBAG*

pertinaciter obstrepente firmanteque pacem, quam ipse meruit, ei quoque debere proficere ut participi licet inferiori et obtemperare suis imperiis consueto. uerum quaestione discussa aliena potestate eripi Sarmatae iussi ut semper Romanorum clientes offerre obsides quietis uincula conseruandae gratanter amplexi sunt. ingerebat autem se post haec maximus numerus cateruarum confluentium nationum et regum suspendi a iugulis suis gladios obsecrantium, postquam Araharium impune compererant abscessisse, et pari modo ipsi quoque adepti pacem, quam poscebant, accitos ex intimis regni procerum filios obsidatus sorte opinione celerius obtulerunt itidemque captiuos, ut placuerat, nostros, quos haud minore gemitu perdidere quam suos.

Quibus ordinatis translata est in Sarmatas cura miseratione dignos potiusquam simultate. quibus incredibile quantum prosperitatis haec attulit causa, ut uerum illud aestimaretur, quod opinantur quidam, / fatum uinci principis potestate uel fieri. potentes olim ac nobiles erant huius indigenae regni, sed coniuratio clandestina seruos armauit in facinus. atque ut barbaris esse omne ius in uiribus assueuit, uicerunt dominos ferocia pares et numero praeminentes. qui confundente metu consilia ad Victohalos discretos longius confugerunt, obsequi defensoribus ut in malis optabile quam seruire mancipiis arbitrati. quae deplorantes post impetratam ueniam recepti in fidem / poscebant praesidia libertati eosque iniquitate rei permotus inspectante omni exercitu conuocatos allocutus uerbis mollioribus imperator/ nulli nisi sibi ducibusque Romanis parere praecepit. atque ut restitutio libertatis haberet dignitatis augmentum, Zizaim regem isdem praefecit, conspicuae fortunae tum insignibus aptum profecto, ut res docuit, et fidelem, nec discedere quisquam post haec gloriose gesta permissus est, antequam, ut placuerat, remearent nostri captiui.

His in barbarico gestis Brigetionem castra commota sunt, ut etiam ibi belli Quadorum reliquias circa illos agitantium tractus lacrimae

1 obstrepentes **V** obstrepente **E***BAG* || 3 questione **VE** quaestione *BAG* || 7 Arabarium *BAG* || 8 conpererat **V** compererant **E***BAG* || 11 aut **V** haud **E***B AG* | minori *SBAG* || 13 quantum in prosperitatis **V***B* dictu qu. improsperitatis **E** qu. inde prosperitatis *A* qu. pr. *G* || 14 opinatur **V***BAG* opinantur **E** *Val.* || 15 potente soli magnobiles **V** potentes olim magni nobilis **E** Potentes olim ignobiles *BAG* ac nobiles *Lind.* || 17 barbari sésé **VE** (sese) Barbari esse *B* barbaris esse *AG* || 18 et] et in *SB* sed *Hadr. Val.* || 19 Victobalos **E***SBAG* || 20 seruitute **VE***B* seruire *A* seruire suis *G* seruire seruitutem *Her.* (*cf. Gell. 1, 12, 5*) seruire ante *Walter* seruitum ire *Löfst. prob. Hagend.* seruire suismet *Damsté prob. Miller* || 22 eoque *BG* || 24 parcere **V***B* parere **E***AG* || 26 conspicuae *ex* conpicuae **V** || 27 gloriosae **V** gloriose **E** *Lind.* gloriosa *SBAG*

uel sanguis exstingueret. quorum regalis Vitrodorus, Viduari filius regis, et Agilimundus subregulus aliique optimates et iudices uariis populis praesidentes uiso exercitu in gremio regni solique genitalis sub gressibus iacuere militum et adepti ueniam iussa fecerunt subolemque suam obsidatus pignore ut obsecuturi condicionibus impositis tradiderunt eductisque mucronibus, quos pro numinibus colunt, iurauere se permansuros in fide.

18 His, ut narratum est, secundo finitis euentu ad Limigantes, Sarmatas seruos, ocius signa transferri utilitas publica flagitabat, quos erat admodum nefas impune multa et nefaria perpetrasse. nam uelut obliti priorum tunc erumpentibus Liberis ipsi quoque tempus aptissimum nancti limitem perrupere Romanum, ad hanc solam fraudem
2 dominis suis hostibusque concordes. deliberatum est tamen id quoque lenius uindicari, quam criminum magnitudo poscebat, hactenus ultione porrecta, ut ad longinqua translati amitterent copiam nostra uexandi, quos pericula formidare monebat scelerum conscientia diu-
3 tius commissorum. ideoque in se pugnae molem suspicati uertendam / dolos parabant et ferrum et preces. uerum aspectu primo exercitus / tamquam fulminis ictu perculsi ultimaque cogitantes uitam precati / tributum annuum dilectumque ualidae iuuentutis et seruitium spoponderunt abnuere parati, si iuberentur aliorsum migrare, ut gestibus indicabant et uultibus, locorum confisi praesidio, ubi lares post
4 exactos dominos fixere securi. has enim terras Parthiscus irruens obliquatis meatibus Histro miscetur. sed dum solus licentius fluit, / spatia longa et lata sensim praeterlabens et ea coartans prope exitum in angustias accolas ab impetu Romanorum alueo Danubi defendit, / a barbaricis uero excursibus suo tutos praestat obstaculo, ubi pleraque umidioris soli natura et incrementis fluminum redundantia stagnosa sunt et referta salicibus ideoque inuia nisi perquam gnaris; et super his insularem anfractum aditu Parthisci paene contiguum amnis po-

1 utrodori **E** Iutrodorus uiduari *S* I. Viduarii *BA* Vitrodorus V. *G* || 4 sobolemque **V** (sub- *m2*) **E***BAG* || 5 obsecutori **V** obsequuturi **E***BAG* || 6 quos *add.* **E***BAG* || 8 limitaneos **E** limitantes *BAG* || 9 socius **V** socia **E** ocyus *BAG* | signa *ex* pugna **V** || 17 pugnaem **V** pugnae **E***SBAG* || 18 aspectum **V** aspectu **E***BAG* || 19 percussi *G* | ultimaque cogitanes **V** *corr. m3 om.* **E** | praecanti **V** precati **E***BAG* || 20 delectumque *SBAG* || 21 annuere **V** abnuere *Val.* | paratis **V** parati **E***BAG* || 22 indicabat **VE** indicabant *BAG* | uoltibus **V** uultibus **E***BAG* | confisi *ex* confusi **V** || 23 actos ♂ **V** exactos (*lac. 4 litt.*) *S* e. inde *BAG* || 25 lata *ex* longa (*m2*) **V** | cohortans **V** coartans **E** coarctans *BAG* || 26 danubii **V** Danubi *Harmon c. c.* || 29 sunt *om. BG* | agnaris **V** gnaris **E***B AG* || 30 annis **V** amnis **E***SBAG*

tior ambiens terrae consortio separauit. hortante igitur principe / cum genuino fastu ad citeriorem uenere fluminis ripam, ut exitus docuit, non iussa facturi, sed ne uiderentur militis praesentiam formidasse, stabantque contumaciter ideoque propinquasse monstrantes, / ut iubenda repudiarent. quae imperator accidere posse contemplans / in agmina plurima clam distributo exercitu celeritate uolucri Limigantes intra suorum acies clausit. stansque in aggere celsiore cum paucis et stipatorum praesidio tectus eos, ne ferocirent, lenius admonebat. sed fluctuantes ambiguitate mentium in diuersa rapiebantur et furori mixta uersutia temptabant cum precibus proelium uicinumque sibi in nostros parantes excursum proiecere consulto longius scuta, / ut ad ea recuperanda sensim progressi sine ullo fraudis indicio spatia furarentur.

Iamque uergente in uesperum die, cum moras rumpere lux moneret excedens, erectis uexillis in eos igneo miles impetu ferebatur. qui conferti acieque densiore contracta aduersus ipsum principem stantem, ut dictum est, altius, omnem impetum contulerunt eum oculis incessentes et uocibus truculentis. cuius furoris amentiam exercitus ira ferre non potuit eosque imperatori, ut dictum est, acriter imminentes / desinente in angustum fronte, quem habitum caput porci simplicitas militaris appellat, impetu disiecit ardenti et dextra pedites cateruas peditum obtruncabant, equites laeua equitum se turmis agilibus infuderunt. cohors praetoria ex aduerso Augustum cautius stipans / resistentium pectora moxque terga fugientium incidebat et cadentes insuperabili contumacia barbari non tam mortem dolere quam nostrorum laetitiam horrendo stridore monstrabant et iacentes absque mortuis plurimi succisis poplitibus ideoque adempto fugiendi subsidio, alii dexteris amputatis, nonnulli ferro quidem intacti, sed superruentium collisi ponderibus cruciatus alto silentio perferebant. / nec eorum quisquam inter diuersa supplicia ueniam petit aut ferrum proiecit aut exorauit celerem mortem, sed arma iugiter retinentes / licet afflicti minus criminis aestimabant alienis uiribus potiusquam

1 sperauit **V** seperauit **E** *B* separauit *AG* || **2** uenire **V** *B* uenere **E** *AG* || **6** migrantes **V** morantes *Nov.* pigrantes *Pet.* mirantes *Her.* Limigantes *Blomgren prob. Miller Frassinetti* || **7** suorum] uallum *BG* || **11** proicere **V** proiecere **E** *A* proiicere *SBG* || **15** conuerti *SB* conuersi b_1b_2G || **17** contulerant *SBAG* | eum] cum **E** *BAG* | incessentis *B* incessentibus *AG* || **25** dolore **VE** dolere *BAG* || **27** puplitibus ♂ **V** | ideo **E** *SB* | adepto **V** adempto **E** *AG* adeptoque *SB* || **27. 28** subsidio — sed *om. SB* || **28** intactis et **V** intacti et **E** intacti, sed *AG* || **29** superuentium *B* superuenientium b_1b_2G || **30** petiit **E** *AG* || **32** minus *ex* minis **V**

conscientiae suae iudicio uinci mussantesque audiebantur interdum / fortunae non meriti fuisse quod euenit. ita in semihorae curriculo / discrimine proeliorum emenso tot procubuere subito barbari, ut pugnam fuisse sola uictoria declararet.

12 Vixdum populis hostilibus stratis gregatim peremptorum necessitudines ducebantur humilibus extractae tuguriis, aetatis sexusque promiscui et fastu uitae prioris abolito ad infimitatem obsequiorum uenere seruilium et exiguo temporis interuallo decurso caesorum ag-
13 geres et captiuorum agmina cernebantur. incitante itaque feruore certaminum fructuque uincendi consurrectum est in perniciem eorum, qui deseruere proelia uel in tuguriis latitantes occultabantur. / hos, cum ad loca uenisset auidus barbarici sanguinis miles, disiectis culmis leuibus obtruncabant nec quemquam casa, uel trabibus com-
14 pacta firmissimis, periculo mortis extraxit. denique cum inflammarentur omnia nullusque latere iam posset, cunctis uitae praesidiis circumcisis aut obstinate igni peribat absumptus aut incendium uitans egressusque uno supplicio declinato ferro sternebatur hostili. /
15 fugientes tamen aliqui tela incendiorumque magnitudinem amnis uicini se commisere gurgitibus peritia nandi ripas ulteriores occupare posse sperantes, quorum plerique summersi necati sunt, alii iaculis periere confixi adeo, ut abunde cruore diffuso meatus fluminis spumaret immensi. ita per elementum utrumque Sarmatas uincentium ira uirtusque deleuit.

16 Placuerat igitur post hunc rerum ordinem cunctis adimi spem omnem uitaeque solacium. et post lares incensos raptasque familias / nauigia iussa sunt colligi ad indagandos eos, quos a nostrorum acie
17 ulterior discreuerat ripa. statimque, ne alacritas intepesceret pugnatorum, impositi lintribus per abdita ducti uelites expediti occupa-

1 iudico V iudicio E*SBAG* || 2 saemiore V semihorae E*AG* saeuiore *B* || 3 proculque ere (procubuere *m rec. in marg.*) V || 5 populi V populis E*BAG* || 6 ectracta et uguriis V extractae tuguriis E*G* et tracta e t. *SB* extracti e t. *A* | aetate *B* || 7 ab V*B* ad E*AG* | infinitate *SB* || 8 uenire V*B* uenere E*AG* | texiguo V exiguo E*SBAG* | decurso *ex* discurso V discurso *SB* | caesarum V caesorum E*BAG* || 10 perni[c]iem (c *ex* t) V || 13 culminis V *corr. m3 (?)* | obtruncabat E*AG* | conpactae V compacta E*BAG* || 14 exstruxit V extraxit E*G* extrusit *BA* || 15 nonnullusque V nullusque E*A* non ullusque *BG* | possit V*B* posset E*AG* || 17 sternebantur VE sternabatur *B* sternebatur *AG* || 19 conmissere *ex* conmiscere V commisere E*BAG* | namdi V nandi E*SBAG* || 20 necatique b_2G || 21 confixis V confixi *G* || 21. 22 spumare timens VE spumaret tumens *BAG* immensi *Val.* (N) || 22 armatas VE armata *BG* armatos *A* Sarmatas *Val.* (W*m2*) || 26 eos V*B* eos quos E *Momms.* quos *AG* || 28 uel iter V*BG* uelites E*A*

runt latibula Sarmatarum, quos repentinus fefellit aspectus gentiles lembos et nota remigia conspicantes. ubi uero procul micantibus te- 18
lis, quod uerebantur, propinquare senserunt, ad suffugia locorum palustrium contulerunt eosque secutus infestius miles caesis plurimis ibi uictoriam repperit, ubi nec caute posse consistere nec audere aliquid credebatur. post absumptos paene diffusosque Amicenses / 19
petiti sunt sine mora Picenses ita ex regionibus appellati conterminis; quos tutiores fecere sociorum aerumnae rumorum assiduitate compertae. ad quos opprimendos —erat enim arduum sequi per diuersa conspersos imprudentia uiarum arcente— Taifalorum auxilium et Liberorum adaeque Sarmatarum assumptum est. cumque auxiliorum 20
agmina locorum ratio separaret tractus contiguos Moesiae sibi miles elegit, Taifali proxima suis sedibus obtinebant, Liberi terras occupauerant e regione sibi oppositas.

Quae Limigantes ... territique subactorum exemplis et prostrato- 21
rum diu haesitabant ambiguis mentibus, utrum oppeterent an rogarent, cum utriusque rei suppeterent documenta non leuia. uicit tamen ad ultimum coetu seniorum urgente dedendi sese consilium. / uariaeque palmae uictoriarum accessit eorum quoque supplicatio, qui armis libertatem inuaserant, et reliqui eorum cum precibus ut superatos et imbelles dominos aspernati fortioribus uisis inclinauere ceruices. accepta itaque publica fide deserto montium propugnaculo / 22
ad castra Romana conuolauit eorum pars maior diffusa per spatia ampla camporum cum parentibus et natis atque coniugibus opumque uilitate, quam eis celeritatis ratio furari permisit. et qui animas 23
amittere potiusquam cogi solum uertere putabantur, dum licentem amentiam libertatem existimarent, parere imperiis et sedes alias suscipere sunt assensi tranquillas et fidas, ut nec bellis uexari nec mutari seditionibus possint. isdemque ex sententia, ut credebatur,

1 sarmantarum **V** Sarmatarum **E** *SBAG* || **2** conspirantes **VE** conspicantes *BAG* || **4** se *ante* contul. *add. G reiec. Löfst.* | caesis *om. SBG* | plurimus *BG* || **8** facere **V** *B* fecere **E** *AG* || **9** at **V** ad **E** *SBAG* || **10** arcenti* (*fu.* e *?*) **V** arcentisque **E** arcenti *SB* arcente *AG* | auxiliorum **V** auxilia (*post* Liber.) **E** auxilium *BAG* || **11** ataeque **V** atque **E** *A* adaeque *SBG* | sarmatarum *ex* sarmatorum **V** || **13** obtinebant *ex* obtineant **V** || **14. 15** oppositasque **V** oppositas atque **E** oppositos *B* oppositas *AG* oppositas. Quae *Günther Pet.* || **15** contemplantes *ante* Limig. *add. Günther* perpessi *Pet. post* L. *Pighi* | limitaneas **E** lutugantos *SB* Limitantes *G* | *lac. indic. Cl.* | territi *AG* | subacrum prostratorum **VE** s. *om. BAG* | recentibus *ante* subact. *add. BAG* || **18** se **V** sese *Her. c. c.* || **20** reliquiore **VE** reliquere *BA* reliqui eorum *G* || **22** desertoque **E** et deserto *BG* || **23** diffusa diffusa (*alt. del.*) **V** || **25** futurari **V** furari **E** *BAG*

acceptis quieuere paulisper post feritate natiua in exitiale scelus erecti, ut congruo docebitur textu.

24 Hoc rerum prospero currente successu tutela Illyrico competens / gemina est ratione firmata, cuius negotii duplicem magnitudinem imperator aggressus utramque perfecit. infidis ... exsules populos licet mobilitate suppares acturos tamen paulo uerecundius tandem reductos in auitis sedibus collocauit. isdemque ad gratiae cumulum non ignobilem quempiam regem, sed quem ipsi antea sibi praefecere, re-
25 galem imposuit bonis animi corporisque praestantem. tali textu recte factorum Constantius iam metuente sublimior militarique consensu / secundo Sarmaticus appellatus ex uocabulo subactorum iamque discessurus conuocatis cohortibus et centuriis et manipulis omnibus / tribunali insistens signisque ambitus et aquilis et agmine multiplicium potestatum his exercitum allocutus est ore omnium fauorabilis, ut solebat:

26 „Hortatur recordatio rerum gloriose gestarum omni iucunditate uiris fortibus gratior ea ad modum uerecundiae replicare, quae diuinitus delata sorte uincendi et ante proelia et in ipso correximus feruore pugnarum, Romanae rei fidissimi defensores. quid enim tam pulchrum tamque posteritatis memoriae iusta ratione mandandum quam,
27 ut miles strenue factis, ductor prudenter consultis exsultet? persultabat Illyricum furor hostilis absentiam nostram inanitate tumenti despiciens, dum Italos tueremur et Gallos, uariisque discursibus uastabat extima limitum nunc cauatis roboribus, aliquotiens peragrans pedibus flumina, non congressibus nec armis fretus aut uiribus,/ sed latrociniis assuetus occultis, astu et ludificandi uarietate, iam inde ab instituta gente nostris quoque maioribus formidatus; quae longius disparati, qua ferri poterant, tulimus leuiores iacturas effi-
28 cacia ducum uitari posse sperantes. ubi uero per licentiam scandens

3 prosper occurrente V prospero o. E p. currente *B* (cure-) *AG* | illyrico *ex* yllirico (*m2 ?*) V || 4 acuius V Ad cuius E cuius *BAG* || 5 *lac. indic. Haupt* mancipiis *add. Pighi* attritis stratisque *Rolfe* | populus V populos E*SAG* populo *B* || 6 supra*res V suspectos *G* suppares *Haupt* || 8 praeficere V praefecere E*BAG* || 10 metu omni *Her.* || 11 sarmaticos V Sarmaticus E*SBAG* || 13 tribunal V tribunali *Kell. Nov.* || 17 gratiore ad V*B* gratior ad E*AG* gratior ea ad *Nov.* | uerecunde E*AG* || 18 in *om. BAG* || 20 memoria VE*BA* memoriae E*m2G* || 21 milestrenuae V | consulis V consultis E*BAG* | persulcabat VE persultabat *SAG* persultabatque *B* || 23 dispiciens V despiciens E*BAG* || 24 nuncque VE*A def. Pighi reiec. Hartke* nunc *SBG* | nauatis VE cauatis E*m2A Lind.* nautis *SB* nauticis b_2G || 27 nostrisque m. *SG* uestrisque m. *B* || 28 qua] quae V qua *Lind.* | laetiores, *? Cl. in app.* saeuiores *Fletcher reiec. Pighi Miller* || 29 uetari V*BAG* uitari E *Corn.*

in maius ad funestas prouinciarum clades erepsit et crebras, communitis aditibus Raeticis tutelaque peruigili Galliarum securitate fundata terrore nullo relicto post terga uenimus in Pannonias, si placuerit numini sempiterno, labentia firmaturi; cunctisque paratis, ut nostis, uere adulto egressi arripuimus negotiorum maximas moles: / primum ne struendo textis compagibus ponti telorum officeret multitudo, quo opera leui perfecto uisis terris hostilibus et calcatis obstinatis ad mortem animis conatos resistere Sarmatas absque nostrorum dispendio strauimus parique petulantia ruentes in agmina nobilium legionum Quados Sarmatis adiumenta ferentes attriuimus. qui post aerumnosa dispendia inter discursus et repugnandi minaces anhelitus,/ quid nostra ualeat uirtus, experti manus ad dimicandum aptatas / armorum abiecto munimine pone terga uinxerunt restareque solam salutem contemplantes in precibus affusi sunt uestigiis Augusti clementis, cuius proelia saepe compererant exitus habuisse felices. his 29 sequestratis Limigantes quoque fortitudine superauimus pari interfectisque pluribus alios periculi declinatio adegit suffugia petere latebrarum palustrium. hisque secundo finitis euentu lenitatis tempus 30 aderat tempestiuae. Limigantes ad loca migrare compulimus longe discreta, ne in perniciem nostrorum se commouere possent ulterius, / et pepercimus plurimis et Zizaim praefecimus Liberis dicatum nobis futurum et fidum plus aestimantes creare quam auferre barbaris regem hoc decore augente sollemnitatem, quod isdem quoque rector tributus antehac electus est et acceptus. quadruplex igitur praemium, 31 quod unus procinctus absoluit, nos quaesiuimus et res publica, primo ultione parta de grassatoribus noxiis; deinde quod uobis abunde sufficient ex hostibus captiui, his enim uirtutem oportet esse contentam, quae sudore quaesiuit et dexteris. nobis amplae facultates opum- 32 que sunt magni thesauri, integra omnium patrimonia nostri labores et

3 Pannoniam *B* || 3. 4 placuit **V** ut placuit *G* si placuerit *Btl.* si placebit *Cl. in app.* || 4 nomine **V** numini *G* || 5 nr̄is **VE** nostris *SB* nostis *AG* | arripimus **V***B* arripuimus **E***AG* || 7 perfectio **V** perfecto **E***AG* profectio *SB* || 9 petulanti **VE** (-tiae *m2 ?*) petulantia *SBAG* || 10 armatis **VE***B* Sarmatis *AG* | adtribuimus **VE** attriuimus *BAG* || 14 atfusi **V** affusi **E***SBAG* || 16 limitantes *BG* || 17 alios periculi *om. B* periculi *om. G* || 19 limitantes b_1b_2G || 20 in *add. sup. lin.* **V** || 21 zizam **V***BG* Zizaim **E***A* || 22 adfere **V** auferre **E** *Grut. Val.* afferre *SBAG* || 23 hisdem **V** isdem **E***SBAG* || 25 quaeciuimus **VE** quae sciuimus *SBA* quaesiuimus *G* || 26 quot *G* | nobis **E***SB* | abunde *om. SB* || 27 sufficient **VE***AG def. Pighi* sufficiet *B Btl.* | captiuis **V** captis *Val. prob. Bae.* captiui captis *Btl.* captis uiuis *Cl.* captiui *Pighi* | contemtam **V** contentam **E***SB AG* || 28 amplas *G* | opum quae **VE** opum, quae *SBAG* || 29 si *ante* integra *add. Btl. Haupt* | integrum **V** integra **E***BAG* | laboris **V** labores *G*

fortitudo seruarint. hoc enim boni principis menti, hoc successibus
33 congruit prosperis. postremo ego quoque hostilis uocabuli spolium
prae me fero, secundo Sarmatici cognomentum, quod uos unum idem-
que sentientes mihi —ne sit arrogans dicere— merito tribuistis."
34 Post hunc dicendi finem contio omnis alacrior solito aucta spe po-
tiorum et lucri uocibus festis in laudes imperatoris assurgens deumque
ex usu testata non posse Constantium uinci tentoria repetit laeta. et
reductus imperator ad regiam otioque bidui recreatus Sirmium cum
pompa triumphali regressus est et militares numeri destinatas re-
mearunt ad sedes.
14 Hisce isdem diebus Prosper et Spectatus atque Eustathius legati ad
Persas, ut supra docuimus, missi Ctesifonta reuersum regem adiere
litteras perferentes imperatoris et munera poscebantque rebus inte-
gris pacem et mandatorum memores nusquam ab utilitate Romanae
rei maiestateque discedebant amicitiae foedus sub hac lege firmari de-
bere asseuerantes, ne super turbando Armeniae uel Mesopotamiae
2 statu quidquam moueretur. diu igitur ibi morati, cum obstinatissi-
mum regem nisi harum regionum dominio sibi adiudicato obdures-
centem ad suscipiendam cernerent pacem, negotio redierunt infecto. /
3 post quod id ipsum condicionum robore pari impetraturi Lucillianus
missus est comes et Procopius tunc notarius, qui postea nodo quodam
uiolentiae necessitatis astrictus ad res consurrexerit nouas.

1 sensibus *SBG* || 3 secundi **V** secundo *Val. in adn. Btl.* || 4 sint **V** sim **E** *def. Pighi* sit *BAG* || 5 concio **V** | solito *ex* solit **V** | potioris *SBG* || 6 lucris **V***A* ludicris **E** lucri *BG def. Langen* | imperator[i]s (*fu.* e) **V** | demumque *SB AG* || 9 ad *ante* dest. *add. C. F. W. M.* || 10 sedes **V***BAG* ad sedes **E** *Cl. c. c.* || 11 hisce *reiec. Her. def. Pighi* | hisdem **V***BA* isdem **E***G* | prospere spectatus **V**E prosper espectatus *B* Prosper et Spectatus *AG* | Eustachius E*SBG* || 12 tesifonta **V***B* Ctesiphonta *AG* || 13 praeferentes **VE***A* proferentes *BG* perferentes *Kell.* || 14 principis *post* mand. *add. Cl. c. c.* (*cf. 21, 7, 4*) *reiec. Bae.* | onus quam **V** nusquam E*SBAG* || 15 amici itae **V** amicitiae **E***AG* amici ita *SB* || 18 domini obsidia diiudicato **V** dominio sibi adiudicato **E***BAG* || 21 iussus **VE** missus *SB AG* | est *om. BAG* || 22 uiolentae **E***AG* uiolente *SB* | consurrexit *AG def. Harmon* | AMMIANI MARCELLI*NI (*fu.* A) RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER XVII. INCIPIT LIBER XVIII **V** AMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM FINIT LIBER XVII. INCIPIT XVIII **E**

LIBER XVIII

1. Iulianus Caesar Gallorum commodis consulit et ubique ab omnibus ius seruandum curat.
2. Iulianus Caesar castellorum ad Rhenum, quae receperat, moenia reparat, Rhenum transit et hostili Alamanniae parte uastata V Alamannorum reges ad pacem petendam et captiuos reddendos compellit.
3. Barbationi magistro peditum et uxori eius cur capita abscissa sint iussu Constantii Augusti.
4. Rex Persarum Sapor Romanos totis uiribus aggredi parat.
5. Antoninus protector cum suis omnibus ad Saporem transfugit eumque in bellum Romanum sponte iam motum impellit.
6. Vrsicinus magister militum ex oriente euocatus, cum iam uenisset in Thraciam, remittitur in Mesopotamiam; quo reuersus per Marcellinum Saporis aduentum explorat.
7. Sapor cum Chionitarum et Albanorum regibus Mesopotamiam intrat. Romani suos ipsi agros incendunt, agrestes in oppida compellunt ac citeriorem ripam Euphratis castellis praesidiisque communiunt.
8. Septingenti equites Illyriciani necopinantes a Persis coniciuntur in fugam. euadunt hinc Vrsicinus, inde Marcellinus.
9. Descriptio Amidae et quot tum ibi legiones ac turmae in praesidio fuerint.
10. Sapor duo castella Romana in fidem recipit.

Haec per orbis uarias partes uno eodemque anno sunt gesta. at in 1
Galliis cum in meliore statu res essent et Eusebium atque Hypatium
fratres sublimarent uocabula consulum, Iulianus contextis successi-
bus clarus apud hiberna sequestratis interim sollicitudinibus bellicis /
haud minore cura prouinciarum fortunis multa conducentia dispone-
bat diligenter obseruans, ne quem tributorum sarcina praegrauaret /
neue potentia praesumeret aliena aut hi uersarentur in medio, quo-
rum patrimonia publicae clades augebant uel iudicum quisquam ab
aequitate deuiaret impune. idque ea re leui labore correxit, quod ipse 2
iurgia dirimens, ubi causarum cogebat magnitudo uel personarum, /
erat indeclinabilis iustorum iniustorumque distinctor. et licet multa 3
sunt eius laudanda in huiusmodi controuersiis, unum tamen sufficiet

2 galiis V | esset *BAG* || 4 hiberna[ns] (ns *ex* s *m2*) V hibernas E*S* hyberna *BAG* Parisios hibernans *Cl. in app.* (*cf. 21, 12, 16*) || 7 premeret *G* | haut V aut E*BAG* || 8 iudic*um (*fu.* i) V iudicium *SB* || 12 sint E*SBAG* | sufficit *SBG* ||

4 poni, ad cuius similitudinem acta uel dicta sunt. Numerium Narbonensis paulo ante rectorem accusatum ut furem inusitato censorio uigore pro tribunali palam admissis uolentibus audiebat; qui cum infitiatione defenderet obiecta nec posset in quoquam confutari, / Delphidius, orator acerrimus, uehementer eum impugnans documentorum inopia percitus exclamauit: „ecquis, florentissime Caesar, nocens esse poterit usquam, si negare sufficiet?“ contra quem Iulianus prudenter motus ex tempore: „et quis“, ait, „innocens esse poterit, / si accusasse sufficiet?“ et haec quidem et huiusmodi multa ciuilia.

2 Egressurus autem ad procinctum urguentem, cum Alamannorum pagos aliquos esse reputaret hostiles et ausuros immania, ni ipsi quoque ad ceterorum sternerentur exempla, haerebat anxius, qua ui qua celeritate, cum primum ratio copiam tribuisset, rumore prae-
2 curso terras eorum inuaderet repentinus. seditque tandem multa et uaria cogitanti id temptare, quod utile probauit euentus. Hariobaudem uacantem tribunum, fidei fortitudinisque notae, nullo conscio legationis specie ad Hortarium miserat, regem iam pacatum, ut exinde facile ad collimitia progressus eorum, in quos erant arma protinus commouenda, scitari possit, quid molirentur, sermonis barbarici
3 perquam gnarus. quo fidenter ad haec patranda digresso ipse anni tempore opportuno ad expeditionem undique milite conuocato profectus id inter potissima mature duxit implendum, ut ante proeliorum feruorem ciuitates multo ante excisas ac uacuas introiret receptasque communiret, horrea quin etiam exstrueret pro incensis, ubi
4 condi possit annona a Britanniis sueta transferri. et utrumque perfectum est spe omnium citius. nam et horrea ueloci opere surrexerunt / alimentorumque in isdem satias condita et ciuitates occupatae sunt septem: Castra Herculis, Quadriburgium, Tricensima et Nouesium, /

1 at **V** ad **E** *SBAG* || 2 rectore **V** rectorem **E** *SBAG* || 3 uigore **V** *def. Löfst.* more **E** rigore *BAG* | audebat **V** audiebat **E** *BAG* || 4 infitatione **V** *corr. m3* insita ratione *BG* || 6 haec quis **V** quis **E** Nec quis *B* Ecquis *AG* || 7 suffecerit *BAG* | cc̄ **V** contra **E** *Lind.* circa *SBAG* || 8 et quis **VE** *B def. Pet.* ecquis *AG* || 9 succidet **V** -fficiet *sup. lin. scr.* **V***m2* || 10 Alemannorum **E** b_1b_2G Alemanorum *B* || 11 ausuro **VE** *B* ausuros *SAG* | n[i] (i *ex* e *m3*) **V** ni *om. B* || 21 reuocato *BG* || 22 petissima **V** potissima **E** *AG* peritissima *SB* | dixit **V** *B* duxit **E** *AG* || 23 excisa quas **V** excisas quas **E** *BA* excisas *G* e. ac uacuas *Her.* | introieret **V** introiret **E** *SBAG* || 24 incessis **V** incensis **E** *SBAG* || 25 posset **E** *S BAG* | ueta **VE** sueta *SBAG* || 27 hisdem (-dem *add. m2*) **V** iisdem *G* || 28 VII **V** || 28—p. 135, 1 tricensimae et — antennacum et *add.* **V***m2 in marg. in ras.* Stricensium *G* Tricensima *Her.* et *post* Tric. *om. A* niues iobonna **V***m2* **E** *B* Niuesio Bonna *A* Niuesium B. *G* Nouesium *Lind.*

Bonna, Antennacum et Vingo, ubi laeto quodam euentu etiam Florentius praefectus apparuit subito partem militum ducens et commeatuum perferens copiam sufficientem usibus longis.

Post haec impetrata restabat adigente necessitatum articulo receptarum urbium moenia reparari nullo etiamtum interturbante; idque claris indiciis apparet ea tempestate utilitati publicae metu barbaros oboedisse, rectoris amore Romanos. reges ex pacto superioris anni 6 aedificiis habilia multa suis misere carpentis et auxiliarii milites semper munia spernentes huiusmodi ad obsequendi sedulitatem Iuliani blanditiis deflexi quinquagenarias longioresque materias uexere ceruicibus ingrauate et fabricandi ministeriis opem maximam contulerunt.

Quae dum diligenti maturantur effectu, Hariobaudes exploratis 7 omnibus redit docuitque comperta. post cuius aduentum incitatis uiribus omnes uenere Mogontiacum, ubi Florentio et Lupicino, Seueri successore, destinate certantibus per pontem illic constitutum transiri debere renitebatur firmissime Caesar asserens pacatorum terras non debere calcari, ne, ut saepe contigit, per inciuilitatem militis occurrentia uastitantis abrupte foedera frangerentur.

Alamanni tamen omnes, quos petebat exercitus, confine periculum 8 cogitantes Suomarium regem amicum nobis ex pactione praeterita monuerunt minaciter, ut a transitu Romanos arceret. eius enim pagi Rheni ripis ulterioribus adhaerebant. quo testante resistere solum non posse in unum coacta barbara multitudo uenit prope Mogontiacum / prohibitura uiribus magnis exercitum, ne transmitteret flumen. ge- 9 mina itaque ratione uisum est habile, quod suaserat Caesar, ne paca-

1 iungo (*del.*) Vingo **E** iungo *SB* Bingio *AG* || **2** commeatum **V** commeatuum **E***BAG* || **3** uisibus **V** usibus usibus (*alt. del.*) **E** usibus *BAG* || **5** inturbante **VE** interturbante *BAG* | et que **V** idque *G* || **6** apretea **V** appareret ea **E** aspera *BA* apparet, ea *G* paret ea *Hagend. def. Pighi* | utilitatis **E** || **7** rectore amore romanos **V** potius quam amore Romanis **E** rectore amore. Romanos *S* rectoris amore. R. *BA* non r. amore. Romanis *G* || **8** miserans *S* miserant *BG* || **9** sedutilitatem **V** sedulitatem **E***BAG* || **10** defluxi **VE** deflexi *BAG* | quinquaginarias *ex* quinquagen- (*m2*) **V** quinquagenarias **E***SBAG* | longioris *ex* longiores (*m2*) **V** longiores **E***SBAG* || **14** rediit **E***AG* || **15** uenire **V** uenere **E***BAG* | mogantiacum **V** Mogontiacum **E***SBAG* || **16** destinato *SBA* || **17** nitebatur **VE***B* renitebatur *AG* | paccatorum **V** || **18** contingit **E***SBAG* | indiuitatem ♂ **V** | militio **VE** militi *BA* militis *G* militiae *Her.* || **19** occurrenti **V** occurrentia *G* | uastitatis **E***SBA* uastantis *G* || **20** Alammanni **V** Alamanni **E***SA* Alemani *B* Alemanni b_1b_2G || **21** sumoarium **VE***B* Suomarium *AG* | pac*tione (*fu.* a) **V** || **23** hreni **V** | resistere *om.* **E***SBG* || **24** barbarica *SBAG* || **25** exercitus (*tr. ante* flumen) **E** | transiret **E** transmitterent *SBAG*

torum terrae corrumperentur neue renitente pugnacissima plebe / pons cum multorum discrimine iungeretur ... in locum ad compagi-
10 nandum pontem aptissimum. quod hostes sollertissime contemplati / per contrarias ripas leniter incedentes, ubi nostros figere tentoria procul cernebant, ipsi quoque noctes agebant exsomnes custodientes
11 peruigili studio, ne transitus temptaretur. uerum cum nostri locum aduentarent prouisum, uallo fossaque quieuere circumdati et ascito Lupicino in consilium Caesar certis imperauit tribunis, ut trecentenos pararent cum sudibus milites expeditos, quid agi quoue iri deberet, /
12 penitus ignorantes. et collecti nocte prouecta impositique omnes, / quos lusoriae naues quadraginta, quae tunc aderant solae, ceperunt, / decurrere iubentur per flumen adeo taciti, ut etiam remi suspenderentur, ne barbaros sonitus excitaret undarum, atque mentis agilitate et corporum, dum hostes nostrorum ignes obseruant, aduersas perrupere milites ripas.

13 Dum haec celerantur, Hortarius rex nobis antea foederatus non nouaturus quaedam, sed amicus finitimis quoque suis reges omnes et regales et regulos ad conuiuium corrogatos retinuit epulis ad usque uigiliam tertiam gentili more extentis; quos discedentes inde casu nostri ex improuiso adorti nec interficere nec corripere ullo genere potuerunt tenebrarum equorumque adiumento, quo dubius impetus trusit, abreptos. lixas uero uel seruos, qui eos pedibus sequebantur, / nisi quos exemit discrimine temporis obscuritas, occiderunt.

14 Cognito denique Romanorum transitu, qui tunc perque expeditiones praeteritas ibi leuamen sumere laborum opinabantur, ubi hostem contingeret inueniri, perculsi reges eorumque populi, qui pontem ne strueretur studio seruabant intento, metu exhorrescentes diffuse uertuntur in pedes et indomito furore sedato necessitudines opesque suas transferre longius festinabant. statimque difficultate omni depulsa ponte constrato sollicitarum gentium opinione praeuenta uisus

1 niue V*B* neue E*AG* | gente *SBAG* || 2 pons] plebs *A* || 2.3 *ad* pons—pontem* *add. G in marg.* || 2 iri *ante* in *add. Val. in adn. lac. indic. Her. Cl.* || 3 contemplanti V contemplati E*SBAG* || 4 incidentes V incedentes E*AG* insidentes *B* || 5 cernebantibus si V cernebant ipsi E*AG* cernentibus si *B* || 7 accito *SBG* || 9 cum sudibus] confisos uiribus *Langen* succinctius *Schneider lac. suspic. Momms.* | debere V*B* deberent E deberet E*m2AG* || 12 aut V ut E*m2BAG* | remissus penderentur V remi suspenderentur E*m2BAG* || 15 perrumpere V*BAG def. Nov. Rolfe Pighi* perrupere E *Btl. def. Sey.* | limitis *G* || 16 ante *G* || 17 fintimis V finitimis E*SBAG* || 19 more gentili *tr. SBG* || 20 corrigere V*B* corripere E*AG* | genere] modo *SBAG* || 22 adreptos V*B* abreptos E*AG* || 24 transitu Romanorum *tr. Cl. c. c. in app. reiec. Pighi Sey.* || 29 festinaba[nt] V | difficultatem V difficultate E*SBAG*

in barbarico miles per Hortarii regna transibat intacta. ubi uero terras 15
infestorum etiamtum tetigit regum, urens omnia rapiensque per medium rebellium solum grassabatur intrepidus.

Postque saepimenta fragilium penatium inflammata et obtruncatam hominum multitudinem uisosque cadentes multos aliosque supplicantes cum uentum fuisset ad regionem, cui Capellatii uel Palas nomen est, ubi terminales lapides Romanorum et Burgundiorum confinia distinguebant, castra sunt posita ea propter, ut Macrianus et Hariobaudus, germani fratres et reges, susciperentur impauidi, qui propinquare sibi perniciem sentientes uenerant pacem anxiis animis precaturi. post quos statim rex quoque Vadomarius uenit, cuius erat 16
domicilium contra Rauracos scriptisque Constantii principis, quibus commendatus est artius, allegatis leniter susceptus est, ut decebat, / olim ab Augusto in clientelam rei Romanae susceptus. et Macrianus 17
quidem cum fratre inter aquilas admissus et signa stupebat armorum uiriumque uarium decus uisa tunc primitus proque suis orabat. / Vadomarius uero nostris coalitus utpote uicinus limiti mirabatur quidem apparatum ambitiosi procinctus, sed uidisse se talia saepe ab adolescentia meminerat prima. libratis denique diu consiliis concordi 18
assensione cunctorum Macriano quidem et Hariobaudo pax est attributa, Vadomario uero, qui suam locaturus securitatem in tuto et legationis nomine precator uenerat pro Vrio et Vrsicino et Vestralpo regibus pacem itidem obsecrans, interim responderi non poterat, ne, ut sunt fluxioris fidei barbari, post abitum recreati nostrorum parum
acquiescerent per alios impetratis. sed cum ipsi quoque missis legatis / 19
post messes incensas et habitacula captosque plures et interfectos / ita supplicarent tamquam ipsi haec deliquissent in nostros, pacem condicionum similitudine meruerunt. inter quas id festinatum est

1 hortarii (i *alt. add. m2*) **V** || 2 regum (g *ex* c *m2*) [u]rens **V** | rapinisque **V** rapiensque *G* || 5 homin[um] (um *ex* em *m2*) **V** || 6 capellatii **V** *def. Norden* Capillacii *Her.* || 7 romanorum **VE***BA* *def. Schmidt Norden* Alemannorum *G* | Burgundorum *SBAG* || 8 distinguibant *ex* distinguebant (*m2*) **V** distinguebant **E***SBAG* | macrinus **VE** Macrianus *SBAG* || 9 hariobadus **V** Ariobadus **E** Hariobaudus *SBG* Hariobaudes *A* || 12 constanti **V** Constantii **E***SBAG* *def. Harmon Cl. c. c.* || 13 ducebat **VE***B* *om. AG* ut decebat *Val.* || 14 macrianus *ex* macrinus (*m2*) **V** Macrinus **E** || 15 ad[mi]ssus **V** || 17 Dadomarius **V***B* Vadomarius **E***AG* || 18 ab *om. SBG* || 20 macriniano **VE***B* Macriano *AG* | Hariobaude *A* || 21 Vadalmario (l *del.*) **E** Dadomario *B* || 22 uario **VE***BG* Vrio *A* | uersalpo **VE***BG* Vestralpo *A* || 24 fluxiores **VE** fluxioris **E***m2BAG* | habitum **VE** abitum *BAG* | recredati **V** recreati **E** *Val.* recordati *BAG* || 25 atquiescerent **V** || 28 similitudinem meruerunt *ex* s. eruerunt (*m2*) **V** similitudine meruerunt **E***AG* similitudinem eruerunt *SB*

maxime, ut captiuos restituerent omnes, quos rapuerant excursibus crebris.

3 Haec dum in Galliis caelestis corrigit cura, in comitatu Augusti / turbo nouarum exoritur rerum a primordiis leuibus ad luctus et lamenta progressus. in domo Barbationis pedestris militiae tunc rectoris examen apes texuere perspicuum. superque hoc ei prodigiorum gnaros sollicite consulenti discrimen magnum portendi responsum est, coniectura uidelicet tali, quod hae uolucres post compositas sedes opesque congestas fumo pelluntur et turbulento sonitu cymbalo-
2 rum. huic uxor erat Assyria nomine nec taciturna nec prudens, quae eo ad expeditionem profecto et multiplici metu suspenso ob ea, quae meminerat sibi praedicta, perculsa uanitate muliebri ancilla ascita notarum perita, quam e patrimonio Siluani possederat, ad maritum scripsit intempestiue uelut flens obtestans, ne post obitum Constanti propinquantem in imperium ipse, ut sperabat, admissus despecta se anteponeret Eusebiae matrimonium tunc reginae, decore corporis
3 inter multas feminas excellentis. quibus litteris occulte, quantum fieri potuit, missis ancilla, quae domina dictante perscripserat, reuersis omnibus e procinctu exemplum ferens ad Arbitionem noctis prima
4 quiete confugit auideque suscepta chartulam prodidit. hocque indicio ille confisus, ut erat ad criminandum aptissimus, principi detulit / atque ex usu nec mora ulla negotio tributa nec quiete Barbatio epistulam suscepisse confessus et mulier scripsisse documento conuicta non
5 leui ceruicibus interiere praecisis. hisque punitis quaestiones longe serpebant uexatique multi nocentes sunt et innocentes. inter quos etiam Valentinus ex primicerio protectorum tribunus ut conscius inter complures alios tortus aliquotiens superuixit penitus, quid erat gestum, ignorans. ideoque ad iniuriae periculique compensationem / ducis in Illyrico meruit potestatem.

6 Erat autem idem Barbatio subagrestis arrogantisque propositi, ea re multis exosus, quod et, dum domesticos protectores sub Gallo regeret Caesare, proditor erat et perfidus et post eius excessum nobi-

3 comitatum **VE***B* comitatu *Em2AG* || 6 examina pestex[ere] (ex *sup. lin. et* ere *m2*) **V** examina pertexere apium **E** e. pascere *B* examen apes texere *A Momms. def. Meurig-D.* e. a. fecere *G* iunxere *Nov.* struxere *Pet.* texuere *Sey. def. Češka* | ei *om. SBG* || 9 con[ges]tas (ges *ex* iec *m2*)**V** || 10 huic *ex* huc **V** || 11 profecto *ex* profectu **V** || 14 obtestansque *BG* | Constantii **E***SBAG* || 15 despectet **VE***B* despecta *AG* || 16 corporis *ex* corporum **V** || 17 feminis **V** *om.* **E** feminas *SBAG* || 19 ab **V** ad **E***SBAG* | Arbitionem] Barbationem **E***SBA* || 20 cartulam **V** || 25 nocentes sunt et innocentes **V** *def. Pighi* innocentissimi *Damsté c. c.* sunt *del. uel* sunt] simul *Fletcher c. c.* || 32 caesar **V***B* Caesare **E***AG*

lioris militiae fastu elatus in Iulianum itidem Caesarem paria confingebat crebroque detestantibus bonis sub Augusti patulis auribus / multa garriebat et saeua, ignorans profecto ueteris Aristotelis sapiens 7
dictum, qui Callisthenen sectatorem et propinquum suum ad regem
5 Alexandrum mittens ei saepe mandabat, ut quam rarissime et iucunde apud hominem loqueretur uitae potestatem et necis in acie linguae portantem. ne sit hoc mirum homines profutura discernere nonnum- 8
quam et nocentia, quorum mentes cognatas caelestibus arbitramur, / animalia ratione carentia salutem suam interdum alto tueri silentio
10 solent, ut exemplum est hoc perquam notum. linquentes orientem 9
anseres ob calorem plagamque petentes occiduam, cum montem penetrare coeperint Taurum aquilis abundantem, timentes fortissimas uolucres rostra lapillis occludunt, ne eis eliciat uel necessitas extrema clangorem, isdemque collibus agiliore uolatu transcursis proiciunt
15 calculos atque ita securius pergunt.

Dum apud Sirmium haec diligentia quaeruntur impensa, orientis 4
fortuna periculorum terribiles tubas reflabat. rex enim Persidis ferarum gentium, quas placarat, adiumentis accinctus augendique regni cupiditate supra homines flagrans arma uiresque parabat et commea-
20 tus consilia tartareis manibus miscens et superstitiones omnes consulens de futuris hisque satis collectis peruadere cuncta prima uerni temperie cogitabat.

Et cum haec primo rumores, dein nuntii certi perferrent omnesque 2
suspensos aduentantium calamitatum complicaret magna formido, /
25 Comitatensis fabrica eandem incudem, ut dicitur, diu noctuque tundendo ad spadonum arbitrium imperatori suspicaci ac timido intendebat Vrsicinum uelut uultus Gorgonei toruitatem haec saepe taliaque replicans, quod interempto Siluano quasi penuria meliorum ad tuendas partes eoas denuo missus altius anhelabat. hac autem assen- 3
30 tandi nimia foeditate mercari complures nitebantur Eusebi fauorem, /

1 statu *SBG* || 3 uetus **V**E*A* notus *S* notum *BG* ueteris *Corn. Schneider* | rapiens ♂**V** || 6 loquerentur **V**E loqueretur *SBAG* || 8 decentia *SBAG* || 11 anseres] grues *A* | quam *post* ob *del.* **V** || 13. 14 ne – clangorem *add.* **V***m2 in marg.* || 14 transcur[s]is **V** || 15 calc[u]los **V** || 17 terribilis **V** terribiles *G* | tubas ne (*ex* tuba de?) flabat **V** t. reflabat E tuba inflabat *SBA* tubas i. *G* || 19 cupiditati ♂ **V** | super ♂ **V** supera *S* super *BG* || 20 praestionis **V** prestigosos E (praestionis *in marg.*) praestitionis *B* praescitionis *A Btl.* (-nes) praestigiatores b_2G praesciones *Gron.* praescios *Kell.* praesagitiones *Corn.* superstitiones *Her.* | omnis *Kell.* || 22 temporis ♂ **V** || 23 deinde E*BG* || 25 comitantens is (**sup.* ns; *fu.* n)**V** Comitatensis E *Lind.* comitensis *SBAG* | tun*dendo (*fu.* c)**V** || 26 spadonium **V** spadonum E*SBAG* | suspicanti *BG* || 29 hanillabit *ex* hanillabat **V** hanelabit E anhelabat *SBAG* || 30 Eusebii E*SBAG*

cubiculi tunc praepositi, apud quem, si uere dici debeat, multa Constantius potuit, ante dicti magistri equitum salutem acriter impugnantis ratione bifaria, quod omnium solus nec opes eius augebat ut ceteri et domo sua non cederet Antiochiae, quam molestissime flagita-
4 bat. qui ut coluber copia uirus exuberans natorum multitudinem etimatum aegre serpentium excitans ad nocendum emittebat cubicularios iam adultos, ut inter ministeria uitae secretioris gracilitate uocis semper puerilis et blandae apud principis aures nimium patulas / existimationem uiri fortis inuidia graui pulsarent. et breui iussa fece-
5 runt. horum et similium taedio iuuat ueterem laudare Domitianum, / qui licet patris fratrisque dissimilis memoriam nominis sui inexpiabili detestatione perfudit, tamen receptissima inclaruit lege, qua minaciter interdixerat, ne inter terminos iurisdictionis Romanae castraret quisquam puerum; quod ni contigisset, quis eorum ferret examina, /
6 quorum raritas difficile toleratur? actum est tamen cautius, ne, ut fingebat, rursus accitus idem Vrsicinus metu cuncta turbaret, sed, cum fors copiam detulisset, raperetur ad mortem.

7 Haec operientibus illis et ancipiti cogitatione districtis nobis apud Samosatam, Commageni quondam regni clarissimam sedem, parumper morantibus repente noui motus rumoribus densis audiuntur et certis. quos docebit orationis progrediens textus.

5 Antoninus quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor Mesopotamiae ducis, tunc protector exercitatus et prudens perque omnes illas notissimus terras, auiditate quorundam nexus ingentibus damnis, cum iurgando contra potentes se magis magisque iniustitia frangi contemplaretur ad deferendam potioribus gratiam, qui spectabant negotium, inclinatis, ne contra acumina calcitraret, flexus in blanditias molliores confessusque debitum per colludia in nomen fisci translatum iamque ausurus immania rimabatur tectius rei publicae membra totius et utriusque linguae litteras sciens circa ratiocinia uersabatur, qui uel quarum uirium milites ubi agant uel procinctus tempore

1 cubili **V** cubiculi **E** *BAG* | sibi redici **VE** sui reditus *BA* si uera dici *G* si uere d. *Hadr. Val.* | debeant **E** debebat *BA* debent *G* || **2** posuit *Damsté reiec. Miller Pighi Frassinetti Sey.* || **3** opus **V** opis *G* opes *Her.* | agebat **V** egebat *G* augebat *Her.* || **6** serpentem *BG* || **7** uita **V** uitae **E** *BAG* || **8** nemium ♂ **V** || **11** patri fratrique *BG* || **15** paritas **VE** paucitas *BAG* raritas *Boxh. Kell.* || **16** se **V** *B* sed **E** *AG* || **18** opperientibus *G* || **19** mageni **V** Comageni **E** *SBAG* || **21** concertis **VE** concretis *BAG* certis *Val. in adn.* (con- *ad* mageni *lin. 19 pertinere indic. Her.*) | exitus **VE** *BG* textus *A* || **22** Antonius **V** Antoninus *G* || **25** potentis **VE** potentes *BAG* || **26** diferendam **V** differendam **E** *SB* deferendam *AG* | potentioribus *BG* || **27** flectis se **V** flecti se **E** flexisse *SB* flexit se *AG* flexus *Pet.* || **29** ausurus *ex* aurus **V** || **30** linquae **V** linguae **E** *SBAG*

quo sint uenturi, describens itidem armorum et commeatuum copiae / aliaque usui bello futura an abunde suppetant, indefessa scitatione percontans. et dum totius orientis didicisset interna uirorum stipen- 2
diique parte maxima per Illyricum distributa, ubi distinebatur ex negotiis seriis imperator, allapsuro iam praestituto die soluendae pecuniae, quam per syngrapham debere se confiteri ui metuque compulsus est, cum omnibus se prospiceret undique periculis opprimendum largitionum comite ad alterius gratiam infestius perurgente, fugam ad Persas cum coniuge, liberis et omni uinculo caritatum ingenti
molimine conabatur. atque ut lateret stationarios milites, fundum in 3
Hiaspide, qui locus Tigridis fluentis alluitur, pretio non magno mercatur. hocque commento cum nullus causam ueniendi ad extremas Romani limitis partes iam possessorem cum plurimis auderet exigere, / per familiares fidos peritosque nandi occultis saepe colloquiis cum
Tamsapore habitis, qui tractus omnes aduersos ducis potestate tunc tuebatur, et antea cognitus misso a Persicis castris auxilio uirorum pernicium lembis impositus cum omni penatium dulcedine nocte concubia transfretatur ex contraria specie Zopyri illius similis Babylonii proditoris.

Rebus per Mesopotamiam in hunc statum deductis Palatina cohors 4
palinodiam in exitium concinens nostrum inuenit tandem amplam nocendi fortissimo uiro auctore et incitatore coetu spadonum, qui feri et acidi semper carentesque necessitudinibus ceteris diuitias solas ut filiolas iucundissimas amplectuntur. stetitque sententia, ut Sabi- 5
nianus cultus quidem senex et bene nummatus, sed imbellis et ignauus et ab impetranda magisterii dignitate per obscuritatem adhuc longe discretus praeficiendus eois partibus mitteretur, Vrsicinus uero cura-

1 quos intuenturi V intuenturi E quos intueretur *BA* quos intuentur *G* quo sint ituri *Btl.* q. s. uenturi *C. F. W. M.* | [i]tidem (*fu.* e) V || 2 aliaquae *ex* aliquae V | indefessas cititatione V i. citatione *S* indefessa sciscitatione E *A* i. scitatione *BG* || 3 dum V *def. Pet.* cum *Lind.* || 4 destinabatur V *BA* destinabat E distinebatur *G* || 5 adlapsura V adlapsuro *G* || 6 syngrafam V || 9 et liberis et E liberisque et *SBAG* || 11 hiasspide V | tigridi V *B* Tigridis *AG* | adluetur V adluitur E *SBAG* || 12 causa V causam E *BAG* || 15 Sapore *BAG* | aduersus duces V aduersos ducis *G* || 16 uirorum *ex* uirurum V || 17 paena dum V E poena tum maris *B* penatum *AG* penatium *postea* penatum *Btl.* || 18 transfretat rex V E t., res *BA* t., re *G* transfretatur *Cl.* ex *Momms.* | spe cizopiri V E spem C. *B* spe Zopyri *A* specie Z. *G* | b[abr]onii (*fu.* rab) V babionii E Babylonii E *m2G* Barbronii *SB* Babyloniae *A* || 21 ansam *G* || 23 fieri V feri E *SAG* ferri *B* || 24 fiolas V filiolas E *BAG* || 25 uictus V uiduus E uir *BA* uietus *G* unctus *Btl.* uegetus *Corn. Nov. prob. Pet.* cultus *Her.* quietus *Walter* | uene numatus V bene nummatus E *SBAG* || 27 praeficiendis *BAG*

turus pedestrem militiam et successurus Barbationi ad comitatum reuerteretur, quo praesens rerum nouarum auidus concitor, ut iactabant, a grauibus inimicis et metuendis incesseretur.

6 Dum haec in castris Constantii quasi per lustra aguntur et scaenam / et diribitores uenundatae subito potestatis pretium per potiores diffunditant domos, Antoninus ad regis hiberna perductus auenter suscipitur et apicis nobilitatus auctoritate, quo honore participantur mensae regales et meritorum apud Persas ad suadendum ferendasque sententias in contionibus ora panduntur, non contis nec remulco, ut aiunt, id est non flexiloquis ambagibus uel obscuris, sed uelificatione plena in rem publicam ferebatur eundemque incitans regem, ut quondam Maharbal lentitudinis increpans Hannibalem posse eum uincere,
7 sed uictoria uti nescire assidue praedicabat. educatus enim in medio / ut rerum omnium gnarus auditorum nanctus uegetos sensus et aurium delenimenta captantes nec laudantium, sed secundum Homericos Phaeacas cum silentio admirantium iam inde quadragesimi anni memoria replicabat post bellorum assiduos casus et maxime apud Hileiam et Singaram, ubi acerrima illa nocturna concertatione pugnatum est, nostrorum copiis ingenti strage confossis quasi dirimente quodam medio fetiali, Persas nondum Edessam nec pontes Euphratis tetigisse uictores, quos armipotentia fretos successibusque magnificis ita dilatasse decuerat regna, ut ... arent, eo maxime tempore, quo diuturnis bellorum ciuilium motibus sanguis utrimque Romani roboris fundebatur.

8 His ac talibus subinde inter epulas sobrius perfuga, ubi de apparatu bellorum et seriis rebus apud eos Graiorum more ueterum consultatur, regem incendebat ardentem, ut exacta hieme statim arma fre-

5 diriuitores **VE** diribitores *BAG* | diffundit an **VE** d., in *BA* diffunditant *G* || **7** quo *ex* quá **V** || **8** uersas **VE** Persas *BAG* || **9** ramulco **VE** ramulo *SB* remulco *AG* || **10** id est — obscuris *del. Val. ut schol. in adn. Btl. reiec. Hertz* || **11** plena *ex* facta **V** || **13** eductus *BG* || **14** uigiliis eius **V** uigilis e. **E** uigilias, e. *BA* uigiles *G* uigilissimos *Eyss.* uigiliis suetos *Pet.* uegetos (eius *correctura ad* -iliis) *Her.* (*cf. 22, 16, 19*) || **16** feacas **V** | a *post* inde *add. Her. reiec. Blomgren* | memoriam *G* || **20** eufrates **V** || **21** armi potentia *ex* arma p. **V** || **22** decue ratarent eo maxime eo **V** decuerat. Arcente (*?*) m. eo **E** d., arent eo m. *BA* d. rem, eo m. *G lac. post* decuerat *indic. et* ut (*in app.*) *add. Eyss.* regna *add. Schneider* larem *Her. lac. post* ut *indic. Cl.* regna, ut toti Asiae imperarent *Nov.* r. ut omnis ereptas sibi prouincias uindicarent *Pighi* et maxime eo *Eyss.* || **23** diuturnis *ex* diurnis **V** || **25** subrius **V** sobrius **E***G* habitis *BA* || **26** rebus *add.* **V** *sup. lin.* | gratorum **VE** Graiorum *BAG* Dareorum *Wilamowitz reiec. Meurig-D.*

tus fortunae suae magnitudine concitaret, ipse quoque in multis ac necessariis operam suam fidenter promittens.

Sub isdem fere diebus Sabinianus adepta repentina potestate suf- 6
flatus et Ciliciae fines ingressus decessori suo principis litteras dedit / hortantis, ut ad comitatum dignitate afficiendus superiore citius properaret eo necessitatum articulo, quo etiam, si apud Thylen moraretur Vrsicinus, acciri eum magnitudo rerum ratione probabili flagitabat utpote disciplinae ueteris et longo usu bellandi artis Persicae scientissimum. quo rumore prouinciis percitis ordines ciuitatum et 2
populi decretis et acclamationibus densis iniecta manu detinebant paene publicum defensorem memores, quod relictus ad sui tutelam / cum inerti et umbratili milite nihil amiserat per decennium, simul metuentes saluti, quod tempore dubio remoto illo aduenisse hominem compererant inertissimum. credimus (neque enim dubium est) per 3
aerios tramites famam praepetem uolitare, cuius indicio haec gesta pandente consiliorum apud Persas summa proponebatur; et multis ultro citroque deliberatis placuit Antonino suadente, ut Vrsicino procul amoto despectoque nouello duce posthabitis ciuitatum perniciosis obsidiis perrumperetur Euphrates ireturque prorsus, ut occupari possint prouinciae fama celeritate praeuenta omnibus ante bellis nisi temporibus Gallieni intactae paceque longissima locupletes, / cuius rei prosperante deo ductorem commodissimum fore spondebat. / laudato firmatoque concordi omnium uoluntate consilio conuersisque 4
uniuersis ad ea, quae erant citius congerenda, commeatus, milites, arma ceteraque instrumenta, quae poscebat procinctus aduentans, / perpetua hieme parabantur.

Nos interea paulisper cis Taurum morati ex imperio ad partes Ita- 5
liae festinantes prope flumen uenimus Hebrum ex Odrysarum montibus decurrentem ibique principis scripta suscepimus iubentia omni causatione posthabita reuerti Mesopotamiam sine apparitione ulla expeditionem curaturi periculosam ad alium omni potestate trans-

1 ipse *ex* ipe **V** || 3 sabinianus *ex* sabinanus **V** || 8 utpute **V** utpote **E***G* utputa *SBA* | bellanditatis **V** bellandi ratis *S* b. artis *BAG def. Meurig-D.* b. calliditatis *Her.* ritu persico bellandi **E** || 9 ordinis **V** ordinibus **E** ordine *BA* ordines *G* || 11 paene] penes se *BAG* || 13 homine **V** hominem **E***BAG* || 15 aerarios **VE** uarios aeriosque *BA* aerios *G* || 16 consiliorum *ex* consilorum **V** | praeponebatur **V** proponebatur *Lind.* || 19 eufrates **V** || 20 prouincia *add.* **V***m2 sup. lin.* prouinciae *BG* || 21 intacta **V** intactae *G* | locupletis **V** locupletes *G* || 23 conuersique conuersique (*alt. del.*) **V** conuersisque **E***SG* conuersus *BA* || 24 uniuersis *om. BA* || 27 uenientes *post* Italiae *add. SBG* || 30 cautione **VE** *BA* cunctatione **E***m2 in marg.* causatione *G* | apparitionem ullam **V** apparitione ulla **E** *Gdt.* a., nullam *SBAG*

6 lata. quod ideo per molestos formatores imperii struebatur, ut, si Persae frustra habiti redissent ad sua, ducis noui uirtuti facinus assignaretur egregium, si fortuna sequior ingruisset, Vrsicinus reus pro-
7 ditor rei publicae deferretur. agitatis itaque rationibus diu cunctati / reuersique fastidii plenum Sabinianum inuenimus, hominem mediocris staturae et parui angustique animi, uix sine turpi metu sufficientem ad leuem conuiuii, nedum proelii strepitum perferendum.

8 Tamen quoniam speculatores apparatus omnes apud hostes feruere / constanti asseueratione perfugis concinentibus affirmabant, oscitante homunculo Nisibin propere uenimus utilia paraturi, ne dissimulantes
9 obsidium Persae ciuitati superuenirent incautae. dumque intra muros maturanda perurgerentur, fumus micantesque ignes assidue Tigride per Castra Maurorum et Sisara et collimitia reliqua ad usque ciuitatem continui perlucebant solito crebriores erupisse hostium uastato-
10 rias manus superato flumine permonstrantes. qua causa ne occuparentur itinera, celeri cursu praegressi cum ad secundum lapidem uenissemus, liberalis formae puerum torquatum, ut coniectabamus, octennem in aggeris medio uidimus heiulantem, ingenui cuiusdam filium, ut aiebat; quem mater, dum imminentium hostium terrore percita fugeret, impeditior trepidando reliquerat solum. hunc dum imperatu ducis miserati commoti impositum equo prae me ferens ad ciuitatem reduco, circumuallato murorum ambitu praedatores latius uagaban-
11 tur. et quia me obsidionales aerumnae terrebant, intra semiclausam posticam exposito puero nostrorum agmen agilitate uolucri repete-
12 bam exanimis nec multum fuit, quin caperer. nam cum Abdigildum quendam tribunum fugientem cum calone ala sequeretur hostilis / lapsoque per fugam domino seruum deprehensum, cum ego rapido

2 uirtute V uirtuti E *A G* uirtutes *B* | facinos V facinus E *B A G* || 3 ut *ante* proditor *add. Btl.* proditae *Corn.* || 4 differetur V *B* deferretur E *A G* | agitatis ita siue V E a. ita sine *S B* agitata itaque *A* agitati ita sine *G* agitatis itaque *Btl. Haupt* | rationibus] summa rationis *A* || 5 hominum V hominem E *S B A G* || 7 strepitum proelio V *B* st. preliorum E proelii st. *tr. A* st. praelii *G* || 8 quō V q̃m E cum E*m2* (*in marg.*) *S B A* quoniam *G* || 10 prope V propere *Val.* | ni V *B* nihil E ne *A G* || 11 incaute V E *B* incautae *A G* || 12 adsiduae trigidae V assidue t. E a. tacita *B A* assidui e Tigride *G* a. a T. *Lind.* assidue a T. *Val.* a *reiec. Bae.* || 13 conlitia V E *A* alimenta *B* conlimitia *G* || 14 perlocibant V perlocitabant E peruolitabant E*m2* perlucebant *B A G* | acrebriores V acerbioris E crebriores *B A G* | uastitorias V uastatorias E *S B A G* || 17 liberali V E *B A G* liberalis E*m2 Pet.* | forma *B A G* || 21 miserati V *B A G def. Blomgren* miseratione E *Her.* | commotique *B A G* || 25 fuit V *def. Löfst. Pighi* afuit *Btl. C. F. W. M. Haupt prob. Pet. Harmon* | cum] eram *B A* | abdigit dum V Abdigidum E *G* abditus, dum *B A* Abdigildum (= Aud.) *Her.*

ictu transirem, interrogassent, quisnam prouectus sit iudex, audissentque Vrsicinum paulo ante urbem ingressum montem Izalam petere, occiso indice in unum quaesiti complures nos irrequietis cursibus sectabantur. quos cum iumenti agilitate praegressus apud Amu- 13
din, munimentum infirmum, dispersis per pabulum equis recubantes nostros securius inuenissem, porrecto extentius brachio et summitatibus sagi contortis elatius adesse hostes signo solito demonstrabam / isdemque iunctus impetu communi ferebar equo iam fatiscente. / terrebat autem nos plenilunium noctis et planities supina camporum / 14
nulla, si occupasset artior casus, latibula praebere sufficiens, ubi nec arbores nec frutecta nec quicquam praeter herbas humiles uisebatur. / excogitatum est ergo, ut ardente superposita lampade et circumligata, 15
ne rueret, iumentum solum, quod eam uehebat, solutum sine rectore / laeuorsus ire permitteretur, cum nos ad montanos excessus dextra
positos tenderemus, ut praelucere sebalem facem duci lenius gradienti / Persae credentes eum tenerent potissimum cursum; quod ni fuisset praeuisum, circumuenti et capti sub dicionem uenissemus hostilem.

Hoc extracti periculo cum ad nemorosum quendam locum uineis 16
arbustisque pomiferis consitum Meiacarire nomine uenissemus, cui
fontes dedere uocabulum gelidi, lapsis accolis omnibus solum in remoto secessu latentem inuenimus militem, qui oblatus duci et locutus uaria prae timore ideoque suspectus adigente metu, qui intentabatur, pandit rerum integram fidem docetque, quod apud Parisios natus in Galliis et equestri militans turma uindictam quondam com-
missi facinoris timens ad Persas abierat profugus exindeque morum probitate spectata sortita coniuge liberisque susceptis speculatorem se missum ad nostra saepe ueros nuntios reportasse. at nunc se a Tamsapore et Nohodare optimatibus missum, qui cateruas ductauerant praedatorum, ad eos redire, quae didicerat, perlaturum. post
haec adiectis, quae agi in parte diuersa norat, occiditur.

1 profectus **VE***BA* praefectus b_2*G* prouectus *Val.* || 3 indicem **V** indice **E***G* inuicem *BA* | minimum *G* | quaesiti] coacti *BA* || 3. 4 cursi[bus secta]bantur (bus secta *sup.* bus caede *scr. m2*) **V** || 4 Amudum *SBAG* || 5 rabulum ♂**V** | recumbantes **V** recubantes **E***SBAG* || 6 nos **V***BA* nostros **E***G* | inuenisset *BA* | extensius **E***AG* || 8 fatiscentem **V** fatiscente **E***SBAG* || 9 nos *om. SBG* || 14. 15 dextra positos *ex* dextro positus **V** dextera positos **E** *SBAG* || 15 extenderemus **VE***B* tenderemus *AG* || 16 nisi *SBAG* || 20 dilapsis *Corn. reiec. Pet. Löfst. Pighi Meurig-D.* || 21 secesse **V** secessu **E***BAG* || 24 gallus **V** Galliis **E***S BAG* || 26 spectat*a (*fu.* t) **V** suspectata *SB* || 28 Sapore *BG* | nohodareo **VE***G* Hobodario *SBA* Nohodare *Gron.* | dictauerant **VE** ductauerant *BAG* || 29 perlatorum **V** perlaturum **E***BAG* || 30 norat **V** *def. Bae.* notauerat *Damsté*

17 Proinde curarum crescente sollicitudine inde passibus citis Amidam pro temporis copia uenimus, ciuitatem postea secutis cladibus inclutam. quo reuersis exploratoribus nostris in uaginae internis notarum figuris membranam repperimus scriptam a Procopio ad nos perferri mandatam, quem legatum ad Persas antea missum cum comite Lucilliano praedixi haec consulto obscurius indicantem, ne captis baiulis sensuque intellecto scriptorum excitaretur materia funestissima.

18 „Amendatis procul Graiorum legatis forsitan et necandis rex ille longaeuus non contentus Hellesponto iunctis Grenici et Rhyndaci pontibus Asiam cum numerosis populis peruasurus adueniet, suopte ingenio irritabilis et asperrimus, auctore et incensore Hadriani quondam Romani principis successore; actum et conclamatum est, ni cauerit Graecia."

19 Qui textus significabat Persarum regem transitis fluminibus Anzaba et Tigride Antonino hortante dominium orientis affectare totius./ his ob perplexitatem nimiam aegerrime lectis consilium suscipitur prudens.

20 Erat eo tempore satrapa Corduenae, quae obtemperabat potestati Persarum, Iouinianus nomine appellatus in solo Romano, adolescens nobiscum occulte sentiens ea gratia, quod obsidatus sorte in Syriis detentus et dulcedine liberalium studiorum illectus remeare ad nostra

21 ardenti desiderio gestiebat. ad hunc missus ego cum centurione quodam fidissimo exploratius noscendi gratia, quae gerebantur, per auios montes angustiasque praecipites ueni. uisusque et agnitus comiterque susceptus causam praesentiae meae uni illi confessus adiuncto taciturno aliquo locorum perito mittor ad praecelsas rupes exinde

3 uagina *BG* || 3. 4 figaris notarum *tr. S* figruis n. *B* figuris n. *AG* || 5 mandata tamquam **V**E*BA* mandata quem E*m2* mandatam quem *G* || 7 intellectos **V** intellecto E*BAG* || 9 ille *add. Cl.* uel *Meurig-D.* || 10 flongeuus **V***BA* longaeuus **E** (*lac. 2 litt.*) *G* | graenicia **V** grecia **E** Granici *BAG* Grenici *Her.* | randaci *ex* randici **V** randaci E*S* Randici *B* Rhyndaci *A* Rindaci *G* || 11 pontibus *om. et lac. 5 litt.* **E** | [po]pulis **V** || 13 nisi *G* || 21 obsidatiis **V** obsidatus E*S* *BAG* | Syriis – *p. 147, 7* mente quadam *repetita post p, 159, 18* sanguine et **V***SB* (= **V2** (= *ille scriba neglegentior cf. p. 158, 8 S2 B2*) | [b]a[l]syriis **V2** sirus *S2* *B2* Syria *BAG* || 22 dulcedine *ex* dulcenine (*m2*) **V2** | liberalium *ex* libralium (*m3 ?*) **V2** | et nostra **V2** et nostro *S2 B2* || 23 gestabat **V2** *S2* | quondam **V2** || 24 noscendi *ex* noscende (*m2*) **V2** || 25 a[ng]ustiasque **V2** | **** (ueni *sup. lin. scr.*) **V2** | comi[ter]que **V** comitesque *ex* comtesque (*m2*) **V2** comitesque *S2 B2* || 26 [meae] (*add. m2*) [uni] illi **V2** *om. BAG* | ad[iuncto] **V2** || 27 tacitur no *ex* dacitur no (*m3*) **V2** | peritor (*sup. lin. scr. m2*) **V2** | praecel[s]as** (*fu.* -cellasas) **V2** | rupe[s] (s *ex* n) **V2**

longe distantes, unde, nisi oculorum deficeret acies, ad quinquagesimum usque lapidem quoduis etiam minutissimum apparebat. ibi morati integrum biduum, cum sol tertius affulsisset, cernebamus terrarum omnes ambitus subiectos, quos horizontas appellamus, agminibus oppletos innumeris et antegressum regem uestis claritudine rutilantem. quem iuxta laeuus incedebat Grumbates, Chionitarum rex nobilis, aetate quidem media rugosisque membris, sed mente quadam grandifica multisque uictoriarum insignibus nobilis; dextra rex Albanorum, pari loco atque honore sublimis; post duces uarii, auctoritate et potestatibus eminentes, quos ordinum omnium multitudo sequebatur ex uicinarum gentium roboribus lecta, ad tolerandam rerum asperitatem diuturnis casibus erudita. quo usque nobis Doriscum, Thraciae oppidum, et agminatim intra consaepta exercitus recensetos, Graecia fabulosa, narrabis? cum nos cauti uel, ut uerius dixerim, timidi nihil exaggeremus praeter ea, quae fidei testimonia neque dubia neque incerta monstrarunt. 22 23

Postquam reges Nineue, Adiabenae ingenti ciuitate, transmissa / in medio pontis Anzabae hostiis caesis extisque prosperantibus transiere laetissimi, coniectantes nos residuam plebem omnem aegre penetrare post triduum posse citius exinde ad satrapen reuersi quieuimus / hospitalibus officiis recreati. unde per loca itidem deserta et sola / magno necessitatis ducente solacio celerius, quam potuit sperari, reuersi confirmauimus animos haesitantium unum e naualibus pontem transisse reges absque ulla circumitione perdoctos. extemplo igitur equites citi mittuntur ad Cassianum Mesopotamiae ducem / 7 2 3

1 dificeret *ex* deficeret (*m2*) **V2** | quinquagessimum **V2** || 2 quod suis **V V2 E** *BA* quod *S2* quo *B2* quoduis *G* | suis – apparebat *om. S2B2* minutissimum usque lapidem quod apparebat **V2** | munutissimum *B* munitissimum *A* || 3 sollertius **VV2***S2* sol altius **E** solertius *SB2* sol lentius *BG* sol tertius *A* || 4 opizontac **V** opiz[a]ntas **V2** orizontas **E***BAG* opizontes *SS2* orizontes *B2* || 5 obpletos **V2** | clari[t]udine (t *ex* d) **V2** || 6 leuuis *SB* lentus *B2* | incendebat *S2* | grynbate scionitarum **VE***SB* grynbates chionitarum **V2***S2* Grambates Chenobosciatarum *B2* G. Chionitarum *A* Grumbates Ch. *G* || 7 nobis **VV2E** nobilis *SS2BB2A om. G* | quidem aetate quidem (*alt. sup. lin. scr. m2*) **V** [aetate] quidem **V2** quidem aetate quidem **E** quidem aetate *SS2B* aetate quidem *B2AG* | regosisque ♂ **V2** | et **V2***S2B2* | quidam *ex* quedam (*m2*) **V2** quidem *S2B2* || 8 dextera *SBAG* || 9 ducis **VE** hunc *BA* duces *G* | auctoritatem **VE** auctoritate *BAG* || 11 ruboribus ♂ **V** || 13 recensitos **E***SBAG* || 15 exaggerimus **V** exegerimus **E** exaggeremus *BAG* || 17 hadia bene **V** Adiabenae **E***AG* Hadiabenaeque *B* || 19 lectissimi **VE***A* laetissimi *BG* || 21 hospita[li]bus **V** || 24 circuitione *SBAG* | Exemplo ♂ **V** || 25 tunc ad **VE** tum ad *BA* ad *G*

rectoremque prouinciae tunc Euphronium compulsuri agrestes cum familiis et pecoribus uniuersis ad tutiora transire et agiliter deseri Carrhas, oppidum inualidis circumdatum muris; super his campos
4 omnes incendi, ne pabulorum suppeteret copia. et imperatis sine mora completis iniecto igni furentis elementi uis maxima frumenta omnia, 5 cum iam stipula flauenti turgerent, herbasque pubentes ita contorruit,/ ut ad usque Euphraten ab ipsis marginibus Tigridis nihil uiride cerneretur. tunc exustae sunt ferae complures maximeque leones per ea loca saeuientes immaniter consumi uel caecari sueti paulatim hoc
5 modo. inter harundineta Mesopotamiae fluminum et frutecta leones 10 uagantur innumeri, clementia hiemis ibi mollissimae semper innocui. / at ubi solis radiis exarserit tempus, in regionibus aestu ambustis uapore sideris et magnitudine culicum agitantur, quorum examinibus per eas terras referta sunt omnia. et quoniam oculos quasi umida et lucentia membra eaedem appetunt uolucres palpebrarum libramentis 15 mordicus insidentes, idem leones cruciati diutius aut fluminibus mersi sorbentur, ad quae remedii causa confugiunt, aut amissis oculis, quos unguibus crebro lacerantes effodiunt, immanius efferascunt; quod ni fieret, uniuersus oriens huiusmodi bestiis abundaret.

6 Dum campi cremantur, ut dictum est, tribuni cum protectoribus 20 missi citeriores ripas Euphratis castellis et praeacutis sudibus omnique praesidiorum genere communibant tormenta, qua parum erat uoraginosum, locis opportunis aptantes.

7 Dum haec celerantur, Sabinianus inter rapienda momenta periculorum communium lectissimus moderator belli interneciui per Edes- 25 sena sepulchra quasi fundata cum mortuis pace nihil formidans more uitae remissioris fluxius agens militari pyrrice sonantibus modulis / pro histrionicis gestibus in silentio summo delectabatur ominoso sane

2 transire conpelli et V transire et *Lind. def. Blomgren Frassinetti* t. confestim *Pet.* || 5 igne *BAG* | uix V uis E*BAG* || 6 conturruit V contriuit E contorruit *SBAG* || 10 harundinita V *corr. m3* || 12 ad V At E*SBAG* || 15 eadem V eaedem E*AG* eidem *SB* | palpebra[ru]m V || 17 atque V *corr. m3* || 18 efferescunt *BAG* || 19 uniuersos V uniuersus E*SBAG* || 21 ceterioris V citerioris E*SBA* citeriores *G* | eufrates V | castellis *om. SB* | sedibus V sudibus E*S BAG* || 22 communiebant b_2G | quarum erat V qua non erat E*G* quae erant non *BA* qua parum erat *Günther* || 23 uoraginosum] multum difficilia *BA* || 25 inertissimus *Kell.* laetissimus *Momms.* abiectissimus *Pet.* leuissimus *Damsté reiec. Bickel Blomgren* | aedes sena V Aedessena E*G* pedes sena *S* pedum senum *BA* || 27 flux[ius] V | pyrrico VE*A* Pyrrichio *BG* pyrrice *Cl.* || 28 histrio[n]icis (n *ex* u) V

et incepto et loco, cum haec et huiusmodi factu dictuque tristia futuros praenuntiantia motus uitare optimum quemque debere saeculi progressione discamus. interea reges Nisibi pro statione uili transmissa incendiis arida nutrimentorum uarietate crescentibus fugitantes inopiam pabuli sub montium pedibus per ualles gramineas incedebant. cumque Bebasen uillam uenissent, unde ad Constantiam usque oppidum, quod centesimo lapide disparatur, arescunt omnia siti perpetua, nisi quod in puteis aqua repperitur exilis, quid agerent, diu cunctati iamque suorum duritiae fiducia transituri exploratore fido docente cognoscunt Euphraten niuibus tabefactis inflatum late fusis gurgitibus euagari ideoque uado nequaquam posse transiri. conuertuntur ergo ad ea, quae amplectenda fortuita daret occasio, spe concepta praeter opinionem exclusi ac proposito pro abrupto rerum praesentium statu urgenti consilio Antoninus dicere, quid sentiat, iussus / orditur flecti iter suadens in dexterum latus, ut per longiorem circumitum omnium rerum usu regionum feracium et consideratione ea, qua rectus pergeret hostis, adhuc intactarum castra duo praesidiaria Barzalo et Claudias peterentur sese ductante, ubi tenuis fluuius prope originem et angustus nullisque adhuc aquis aduenis adolescens facile penetrari poterit ut uadosus. his auditis laudatoque suasore et iusso ducere, qua norat, agmina cuncta ab instituto itinere conuersa praeuium sequebantur. 8 9 10 11

Quo certis speculationibus cognito nos disposuimus properare Samosata, ut superato exinde flumine pontiumque apud Zeugma et Capersanam iuncturis abscisis hostiles impetus, si iuuisset fors ulla, 8

1 et in loco **V** *BAG* loco **E** et loco *Wagn.* | tristi**a (*fu.* ti) **V** || 1. 2 futuros p. motus *del. Val. ut schol. in adn. Btl.* || 2 pronuntiant **V** praenuntiant *Gron.* praenuntiantia *Günther Momms. prob. Pet.* || 3 nesibiprostratione **V** Nisibi prostratione **E** *A* ne sibi prostratione *SB* Nisibi pro statione *G* || 4 in[c]endiis (*fu.* g) **V** || 5 pabuli *ex* pubuli **V** | ince*debant (*fu.* n) **V** || 6 constantinam **VE** Constantiam *SBAG* || 8 re*peritur (*fu.* p) **V** || 9 contati b_2G | duritia **V** duritiae *G* | explorato[re] **V** || 15 orditor **VE** (proditor *in marg.*) orditur *BAG* | intexterum *ex* intextrum (*m2*) **V** in dextrum **E** in dexterum *SBAG* | circuitum **E** *SB AG* || 16 omnem **V** *BA* omnium *ex* omnem **E** omnium *G* | regionem imferacium **V** r. inferacem **E** r. inferat suos *BA* regionum feracium *G* || 17 qua] quod *Nov. Her. Löfst.* | adhunc **V** adhuc **E** *BAG* || 18 barzaloc te laudias **V** b. et l. **E** Brigantes Ligios *B* (-tess) *A* Barzala et Laudias *G* Barzalo et Claudias *Kell.* | peterent *BA* || 19 null[i]sque (*fu.* u) **V** || 21 institut*o (*fu.* i) itinera **V** i. itinere **E** *SBAG* | prauium **V** praeuium **E** *Val.* per auium *BAG* || 23 Samosatam *A* || 24 zeuma **VE** *BG* Zeugmam *A* Zeugma *Lind.* || 25 capersana **V** *BG* Capersanam **E** *A* | iunctura is **V** iuncturi his **E** *A* uinctura his *SB* iuncturis *G*

2 repelleremus. sed contigit atrox et silentio omni dedecus obruendum. / namque duarum turmarum equites circiter septingenti ad subsidium Mesopotamiae recens ex Illyrico missi enerues et timidi praesidium per eos tractus agentes nocturnasque pauentes insidias ab aggeribus publicis uesperi, quando custodiri magis omnes tramites conueniret, /
3 longius discedebant. hocque obseruato eos uino oppressos et somno / uiginti milia fere Persarum Tamsapore et Nohodare ductantibus nullo prospiciente transgressa post tumulos celsos uicinos Amidae occultabantur armata.

4 Moxque, ut dictum est, cum abituri Samosata luce etiamtum dubia pergeremus, ab alta quadam specula radiantium armorum splendore perstricti hostesque adesse excitatius clamitantes signo dato, quod ad proelium solet hortari, restitimus conglobati nec fugam capessere, / cum essent iam in contuitu, qui sectarentur, nec congredi cum hoste equitatu et numero praeualente metu indubitatae mortis cautum
5 existimantes. denique ex ultima necessitate manibus iam conserendis,/ cum, quid agi oporteat, cunctaremur, occiduntur quidam nostrorum / temere procursantes et urgente utraque parte Antoninus ambitiosius praegrediens agmen ab Vrsicino agnitus et obiurgatorio sonu uocis increpitus proditorque et nefarius appellatus sublata tiara, quam capiti summo ferebat honoris insigne, desiluit equo curuatisque membris humum uultu paene contingens salutauit patronum appellans et dominum manus post terga conectens, quod apud Assyrios supplicis
6 indicat formam, et „ignosce mihi", inquit, „amplissime comes, necessitate, non uoluntate ad haec, quae noui, scelesta prolapso. egere

1 repellerimus **V** repelleremus **E** *SBAG* || 4 traductus **V** *G* tractus **E** *Lind. in adn. Btl.* traductum *BA* || 5 qnđ **V** qn̄ **E** quondam *S* quodam *BA* quando *G* || 7 XX **V** | persarum feretam Sapore *SB* fere p. S. *G* || 8 tumolos **VE** tumulos *SBAG* || 10 noxque **VE** Moxque *SBAG* | samosatam **VE** *BAG* | lucentiam tum **V** luce etiam t. **E** *AG* lucetiam t. *B* || 11 ablata quodam **V** ab alta quadam **E** *G* ablata quaedam *SB* oblata q. *A* || 12 praestricti *SBAG* | ***excitatius **V** || 13 **hortari (*fu.* ex) **V** || 14 ni *ex* ne (*m2*) **V** ni **E** nec *BAG* || 15 praeualentem etuin dubitate **V** praeualente etiam indubitate **E** praeualentem et ui i. *S* praeualentes et ui indubitatae *B* praeualente et ui i. *A* p. metu i. *G* || 17 contaremur *SBG* || 18 urgente utraque parte *ex* utraque parte urgente **V** | ambitiosum **VE** *def. Pet.* (*adub.*) *Her.* (*adiectiu.*) ambitiose *BAG* ambitiosius *Momms.* || 19 agmina bursicino **V** a. ab Vrsicino **E** *SBAG* agmini *Momms.* agmen *Her.* | sono **E** *SBAG* || 21 summi *Damsté prob. Miller reiec. Pighi* | disiluit **V** dissiluit **E** *SBG* desiluit *A* || 23 tergum *SBG* || 24 inquid **V** || 25 nonis caelesta **V** nosti scelesta **E** *m2* nouis s. *S* noui s. *BAG* moui *Kell. Eyss. def. Fletcher* | prolapsu **V** prolapsus **E** *BA* prolapso *G*

me praecipitem iniqui flagitatores, ut nosti, quorum auaritiae ne tua quidem excelsa illa fortuna propugnans miseriis meis potuit refragari." simul haec dicens e medio prospectu abscessit non auersus, sed, dum euanesceret, uerecunde retrogradiens et pectus ostentans.

Quae dum in curriculo semihorae aguntur, postsignani nostri, qui 7
tenebant editiora collis, exclamant aliam catafractorum multitudinem
equitum pone uisam celeritate quam maxima propinquare. atque, ut 8
in rebus solet afflictis, ambigentes, cuinam deberet aut posset occurri, /
trudente pondere plebis immensae passim, qua cuique proximum uide-
batur, diffundimur uniuersi, dumque se quisque expedire discrimine
magno conatur, sparsim disiecti hosti concursatori miscemur. itaque 9
spreta iam uiuendi cupiditate fortiter decernentes ad ripas pellimur
Tigridis alte excisas. unde quidam praecipites pulsi implicantibus
armis haeserunt, ubi uadosus est amnis, alii lacunarum hausti uerti-
gine uorabantur, nonnulli cum hoste congressi uario euentu certa-
bant, quidam cuneorum densitate perterriti petebant proximos Tauri
montis excessus. inter quos dux ipse agnitus pugnatorumque mole 10
circumdatus cum Aiadalthe tribuno caloneque uno equi celeritate
ereptus abscessit.

Mihi dum auius ab itinere comitum, quid agerem, circumspicio, Ve- 11
rinianus domesticus protector occurrit femur sagitta confixus; quam
dum auellere obtestante collega conarer, cinctus undique antecedenti-
bus Persis ciuitatem petebam anhelo cursu rependo ex eo latere, quo
incessebamur, in arduo sitam unoque ascensu perangusto meabilem, /
quem scissis collibus molinae ad calles aptandas aedificatae densius
constringebant. hic mixti cum Persis eodem ictu procurrentibus ad 12
superiora nobiscum ad usque ortum alterius solis immobiles stetimus
ita conferti, ut caesorum cadauera multitudine fulta repperire ruendi
spatium nusquam possent utque miles ante me quidam discriminato
capite, quod in aequas partes ictus gladii fiderat ualidissimus, in sti-
pitis modum undique coartatus haereret. et licet multiplicia tela per 13
tormentorum omnia genera uolarent e propugnaculis, hoc tamen peri-
culo murorum nos propinquitas eximebat tandemque per posticam

1 inquid V inquit E*SBG om. A* inquieti *Unger* iniqui *Haupt* || 2 quidem *ex* quidam V || 8 possit V*BAG* posset E || 14 lacunarium V lacunarum E*BAG* || 16 quidam *ex* quidum V || 18 Alario item *B* Aiadaltha *G* || 20 Verennianus V || 25 callibus V*EBG* cautibus *A* collibus *Val. in adn.* (*Tm2*) | artandas V aptandas *Cl.* || 26. 27 asuperiora V ad s. E*SBAG* || 27 immobilis V immobiles E*BAG* || 33 eximebat *ex* eximebant V

ingressus refertam inueni confluente ex finitimis uirile et muliebre secus. nam et casu illis ipsis diebus in suburbanis peregrina commercia/ circumacto anno solita celebrari multitudo conuenarum augebat agre-
14 stium. interea sonitu uario cuncta miscentur partim amissos gementibus, aliis cum exitio sauciis, multis caritates diuersas, quas prae angustiis uidere non poterant, inuocantibus.

9 Hanc ciuitatem olim perquam breuem Caesar etiamtum Constantius, ut accolae suffugium possint habere tutissimum, eo tempore, quo Antoninupolim oppidum aliud struxit, turribus circumdedit amplis et moenibus locatoque ibi conditorio muralium tormentorum fecit ho-
2 stibus formidatam suoque nomine uoluit appellari. et a latere quidem australi geniculato Tigridis meatu subluitur propius emergentis; qua euri opponitur flatibus, Mesopotamiae plana despectat; unde aquiloni obnoxia est, Nymphaeo amni uicina uerticibus Taurinis umbratur gentes Transtigritanas dirimentibus et Armeniam; spiranti zephyro controuersa Gumathenam contingit, regionem uberem et cultu iuxta fecundam, in qua uicus est Abarne nomine sospitalium aquarum lauacris calentibus notus. in ipso autem Amidae meditullio sub arce fons diues exundat potabilis quidem, sed uaporatis aestibus nonnum-
3 quam foetens. cuius oppidi praesidio erat semper quinta Parthica legio destinata cum indigenarum turma non contemnenda. sed tunc ingruentem Persarum multitudinem sex legiones raptim percursis itineribus antegressae muris astitere firmissimis: Magnentiaci et Decentiaci, quos post consummatos ciuiles procinctus ut fallaces et turbidos ad orientem uenire compulit imperator, ubi nihil praeter bella timetur externa, et Tricensimani Decimanique Fortenses et Superuentores atque Praeuentores cum Aeliano iam comite, quos tirones tum

1 uirilis **E** uirili b_2G | muliebris sexus **E** muliebre sexu BA muliebri s. b_2G || **2** commertia **V** || **3** celebrar[i]* (*fu.* um) **V** celebrare G || **4** amisso **V***B* amissa **E***A* amissos G || **6** angusti[i]s (*fu.* a) **V** || **7** dum **V***B* tum **E***AG* || **11** a *om.* BAG || **12** meatu* (*fu.* s) **V** || **12. 13** emergentesque uiri **VE***B* emergentis. qua Euri AG || **13** plane despectant **V***B* plana despectat **E***AG* || **14** nymphaeo *ex* nimpha eo **V** || **15** spiranti *ex* spirati **V** || **16** contro uersagum athena **V** controuersam gumathenam **E** controuersa Gumathena BA c. Gumathenam G | uberem **V** ubere *Corn.* || **19** exundant **V** exundat **E** exudat BAG || **22** sex **V** *Müller def.* *Češka restituimus* septem *Her. post Momms., qui nomen unius legionis post* externa (*l. 26*) *excidisse putat* (*cf. 19, 2, 14*) | percussis** (*fu.* in?) **V** perculsis **E** percursis BAG || **23** adstiter ie **V** astiterunt **E** astitere $SBAG$ || **26** tricensimani *ex* tricesimani **V** | decimique **VE***BG* Decimanique A || **27** c[u]m (*fu.* um) [aelia]no **V** | dum **V** tum G

etiam nouellos hortante memorato adhuc protectore erupisse a Singara Persasque fusos in somnum rettulimus trucidasse complures. / aderat Comitum quoque sagittariorum pars maior equestris uidelicet 4 turmae ita cognominatae, ubi merent omnes ingenui barbari armorum uiriumque firmitudine inter alios eminentes.

Haec dum primi impetus turbo conatibus agitat insperatis, rex cum 10 populo suo gentibusque, quas ductabat, a Bebase loco itinere flexo dextrorsus, ut monuerat Antoninus, per Horren et Meiacarire et Charcha ut transiturus Amidam, cum prope castella Romana uenisset, quorum unum Reman, alterum Busan appellatur, perfugarum indicio didicit multorum opes illuc translatas seruari ut in munimentis praecelsis et fidis additumque est ibi cum supellectili pretiosa / inueniri feminam pulchram cum filia paruula, Craugasii Nisibeni cuiusdam uxorem, in municipali ordine genere, fama potentiaque circumspecti. auiditate itaque rapiendi aliena festinans petit impetu 2 fidenti castella, unde subita animi consternatione defensores armorum uarietate praestricti se cunctosque prodidere, qui ad praesidia confugerunt, et digredi iussi confestim claues obtulere portarum patefactisque aditibus, quidquid ibi congestum erat, eruitur et productae sunt attonitae metu mulieres et infantes matribus implicati graues aerumnas inter initia tenerioris aetatis experti. cumque rex percon- 3 tando, cuiusnam coniux esset, Craugasii comperisset, uim in se metuentem prope uenire permisit intrepidam et uisam opertamque ad usque labra ipsa atro uelamine certiore iam spe mariti recipiendi et pudoris inuiolati mansuri benignius confirmauit. audiens enim coniugem miro eius amore flagrare hoc praemio Nisibenam proditionem mercari se posse arbitrabatur. inuentas tamen alias quoque uirgines / 4

1 hortantem V hortante *G* | a *om. SBAG* | singora VE*B* Singara *AG* || 2 fusos persasque V Persasque fusos *tr. G* || 3 equestres V equestris *Momms.* || 6 turbo *add. G def. Brakman reiec. Blomgren* | agitatim speratis VE agminatim superatis *BA* agitat insperatis *G* agitant *Blomgren* || 8 Antonius E*SBA* || 10 bus ♂ V || 11 monumentis V munimentis *G* || 12 supplectili V || 13 paruola VE paruula *SBAG* | craugas[i] (*fu.* ti) V || 14 in *om. SBAG* | municipiali V || 15 *lac. 23 litt. post* circumspecti *in fin. pag.* V | inpertu V impetu E*SBAG* || 17 praestrictis *ex* praestrinctis V praestricti E*BAG* praestricti se *Val.* | cunctos E*AG* || 18 degre[di] V degredi *BAG def. Corn.* digredi E *Lind.* || 20 metu] sonitu *SBG* | infant[es] V || 21 interniti V inter initia *G* | tenerioris (rio *sup. lin. scr. m2*) V | *lac. post* experti *indic. Cl. reiec. Pighi* || 22 quaenam *Erfurdt Langen Kell.* | crausagu V || 23 uisam opertamque V *def. Blomgren* opertam *Fletcher prob. Miller Pighi* || 23. 24 absque V ad usque *Gron. pater Btl. prob. Pet.* || 26. 27 se *ante* proditionem *tr. SBAG* || 27 aliasque V*BG* alias E*A* alias quoque *Lind.*

Christiano ritu cultui diuino sacratas custodiri intactas et religioni seruire solito more nullo uetante praecepit lenitudinem profecto in tempore simulans, ut omnes, quos antehac diritate crudelitateque terrebat, sponte sua metu remoto uenirent exemplis recentibus docti / humanitate eum et moribus iam placidis magnitudinem temperasse fortunae.

1 $\overline{\chi\varrho}$iano **V** || 2 praecipit **V***BG* praecepit **E***A* | lenitudine **V** lenitudinem **E***BAG* || 3 crudalitateque *ex* crudelitateque *(m2)* **V** crudelitateque **E***A* *om.* *SBG* || 5 mori[bus] **V** || 6 fortunas **V** fortunae **E***BAG* || AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER. XVIII. INCIPIT LIBER. XVIIII. **V** AMIANI ETC. EXPLICIT LIBER. XVIII. INCIPIT. XVIIII. **E**

LIBER XIX

1. Sapor, dum Amidenses ad deditionem hortatur, a praesidiariis sagittis et tragulis petitur. idem dum temptat Grumbates rex, filius eius interficitur.
2. Amida circumsidetur et intra biduum bis oppugnatur a Persis.
3. Vrsicinus noctu obsidentibus superuenire frustra conatur Sabiniano magistro militum repugnante.
4. Pestilentia Amidae orta intra decimum diem exiguo imbre sedatur. et de causis ac generibus pestilentiae.
5. Amida hinc circum muros, inde per subterraneos fornices duce transfuga oppugnatur.
6. Gallicanarum legionum eruptio Persis exitiabilis.
7. Turres et alia opera urbis muris admouentur; incenduntur a Romanis.
8. Amida per celsos aggeres muris proximos temptatur a Persis ac inuaditur. Marcellinus post captam urbem nocte euadit ac fuga Antiochiam petit.
9. Amidae ex ducibus Romanis alii supplicio affecti, alii uincti. Craugasius Nisibenus desiderio uxoris captiuae transfugit ad Persas.
10. Plebs Romana inopiam frumenti metuens seditiones mouet.
11. Limigantes Sarmatae dum simulata petitione pacis deceptum imperatorem inuadunt, maxima suorum strage reprimuntur.
12. Laesae maiestatis multi arcessiti atque damnati.
13. Lauricius comes Isaurorum latrocinia compescit.

Hoc miserae nostrorum captiuitatis euentu rex laetus successusque 1
opperiens similes egressus exinde paulatimque incedens Amidam die
tertio uenit. cumque primum aurora fulgeret, uniuersa, quae uideri 2
poterant, armis stellantibus coruscabant ac ferreus equitatus campos
oppleuit et colles. insidens autem equo ante alios celsior ipse praeibat 3
agminibus cunctis aureum capitis arietini figmentum interstinctum
lapillis pro diademate gestans, multiplici uertice dignitatum et gentium diuersarum comitatu sublimis. satisque eum constabat colloquio
tenus defensores moenium temptaturum aliorsum Antonini consilio
festinantem. uerum caeleste numen, ut Romanae rei totius aerumnas 4
intra unius regionis concluderet ambitum, adegerat in immensum se
extollentem credentemque, quod uiso statim obsessi omnes metu

1 misera **V** misero **E** miserae *SBAG* || **3** surgeret *SBG* || **4** stillantibus **V** stellantibus **E***m2BAG* || **5** collens **V** colles **E***SBAG* || **9** dignitate (tate *del. ?*) *ante* antonini **V** *om.* **E***SBAG* | Antonii **E***A* || **10** caleste **V** caeleste **E***BAG* | nomen **V***BA* numen **E***G* || **11** intra unius (intra *del. ?*) *ex* intrauimus (*m2*) **V** intra unius **E***G* intra *om.* *SBA* | imensum **V**

exanimati supplice suenirent in preces. portis obequitabat comitante cohorte regali. qui, dum se prope confidentius inserit, ut etiam uultus eius possit aperte cognosci, sagittis missilibusque ceteris ob decora petitus insignia corruisset, ni puluere iaculantium adimente conspectum parte indumenti tragulae ictu discissa editurus postea strages
6 innumeras euasisset. hinc quasi in sacrilegos violati saeuiens templi / temeratumque tot regum et gentium dominum praedicans eruendae urbis apparatu nisibus magnis instabat et orantibus potissimis ducibus, ne profusus in iram a gloriosis descisceret coeptis, leni summatum petitione placatus postridie quoque super deditione moneri decreuerat defensores.

7 Ideoque cum prima lux aduenisset, rex Chionitarum Grumbates / fidenter domino operam nauaturus tendebat ad moenia cum manu promptissima stipatorum, quem ubi uenientem iam telo forte contiguum contemplator peritissimus aduertisset, contorta ballista filium eius primae pubis adolescentem lateri paterno haerentem thorace cum pectore perforato perfodit proceritate et decore corporis aequalibus
8 antestantem. cuius occasu in fugam dilapsi populares eius omnes moxque, ne raperetur, ratione iusta regressi numerosas gentes ad arma clamoribus dissonis concitarunt, quarum concursu ritu grandinis hinc
9 inde conuolantibus telis atrox committitur pugna. et post interneciua certamina ad usque finem diei protenta, cum iam noctis esset initium, / per aceruos caesorum et scaturrigines sanguinis aegre defensum caligine tenebrarum extrahitur corpus, ut apud Troiam quondam super
10 comite Thessali ducis exanimi socii Marte acerrimo conflixerunt. quo funere regia maesta et optimatibus uniuersis cum parente subita clade perculsis indicto iustitio iuuenis nobilitate commendabilis et dilectus / ritu nationis propriae lugebatur. itaque ut armari solebat elatus in

1 examinati V exanimati E*SBAG* | in *add.* V*m2* | obequitabat V *def. Pighi lac. unius us. inter* obequita *et* bat *indic. Cl.* || 4 corgruisset V *corr. m3* || 5 astrages V strages E*SBAG* || 6 templi *ex* temple V || 8 magnas V magnis E*BAG* || 9 ni VE*B* ne *AG* | lenis sumatum V leni summatum E *Val.* lenissima cum *SB* l. tum *A* l. eorum *G* || 10 posttridie V || 12 grambates VE*A* Grambantes *SB* Grumbates *G* || 13 ano per amna uaturus (u *pr. ex* b *m2*) V *lac. 11 litt.* E an operam nauaturus *S* o. n. *BAG* suam o. n. *Eyss.* Sapori suam o. n. *Cl. reiecimus* domino *Thörnell prob. Miller def. Pighi* domino suam *Rolfe* | romanu V manu E*G* Romanis *SB* Romanorum manu *A* || 14 promptissimas V promptissima E *AG* promptissimis *B* || 17 praefudit VE*B* profudit *A* perfodit *G* | proceritatem V proceritate E*BAG* || 19 [iu]sta V || 22 nocti V noctis E*SBAG* || 23 scaturrigenes V || 25 thesali V | exanimes aciem arte V exanime acies Marte E*m2AG* exanimes acie M. *SB* exanimi socii *Pet.* || 28 amari VE*B* armari *AG*

amplo quodam suggestu locatur et celso circaque eum lectuli decem sternuntur figmenta uehentes hominum mortuorum ita curate pollincta, ut imagines essent corporibus similes iam sepultis, ac per dierum spatium septem uiri quidem omnes per contubernia et manipulos epulis indulgebant saltando et cantando tristia quaedam genera neniarum regium iuuenem lamentantes. feminae uero miserabili 11 planctu in primaeuo flore succisam spem gentis solitis fletibus conclamabant, ut lacrimare cultrices Veneris saepe spectantur in sollemnibus Adonidis sacris, quod simulacrum aliquod esse frugum adultarum religiones mysticae docent.

Post incensum corpus ossaque in argenteam urnam collecta, quae 2 ad gentem humo mandanda portari statuerat pater, agitata summa consiliorum placuerat busto urbis subuersae expiare perempti iuuenis manes; nec enim Grumbates inulta unici pignoris umbra ire ultra patiebatur. biduoque ad otium dato ac missis abunde, qui pacis modo 2 patentes agros pingues cultosque uastarent, quinquies ordine multiplicato scutorum cingitur ciuitas ac tertiae principio lucis corusci globi turmarum impleuerant cuncta, quae prospectus humanus potuit undique contueri, et sorte loca diuisa clementi gradu incedentes ordines occuparunt. Persae omnes murorum ambitus obsidebant: pars, quae 3 orientem spectabat, Chionitis euenit, qua funestus nobis ceciderat adolescens, Cuseni meridiano lateri sunt destinati, tractum seruabant septemtrionis Albani, occidentali portae oppositi sunt Segestani, acerrimi omnium bellatores, cum quibus elata in arduum specie elephantorum agmina rugosis horrenda corporibus leniter incedebant armatis onusta, ultra omnem diritatem taetri spectaculi formidanda, ut rettulimus saepe.

Cernentes populos tam indimensos ad orbis Romani incendium diu 4

1 cercaque ♂ V || 2. 3 pollinetautemagines V pollineta ut imagines E pollin et aut i. *S* polita et ut i. *B* politae, ut et i. b_2 polita, ut i. *A* pollincta, ut et i. *G* p. u. i. *Val.* || 4 VII V || 5 [can]tando (*fu.* sal) V | tristitia V tristia E*BAG* || 6 lamentates V lamentantes E*SBAG* || 8 Venereae *BG* || 9 phrygum V frugum *G* || 11 corpus *ex* coruus V | contecta V conecta *Val.* conlecta *C. F. W. M.* || 13 iuuenis *ex* iuueneis V || 14 grumbatis *ex* grumba (*m2*) V grumbatis E Grambates *BA* Grumbates *G* | inuita V in uita *SB* inulta *AG* || 19 incidentis VE incedentis *SB* incedentes *AG* | ordinis VE*B* ordines *AG* || 20 o$\overline{\text{ms}}$ murorum o$\overline{\text{ms}}$ V omnes murorum E*BAG* m. o. *Kießl.* || 21 omnem (*del.*) orientem V | [ex]spectabat (ex *ex* a *m2*) V spectabat E*G* expectabat *SB* aspectabat *A* | quae V qua E*BAG* || 22 cuius *add.* V*m2 in lac. 7 litt.* cuius E*SBA* Vertae *G* Cusenis *Marquart* Cuseni *Brost Pighi* || 23 occidentalis V occidentali E*BAG* || 25 incidebant V incedebant E*SBAG* | armati V*B* armatis E*AG* || 28 urbis *ex* orbis (*m2*) V orbis E*SG* urbis *BA*

quaesitos in nostrum conuersos exitium salutis rata desperatione gloriosos uitae exitus deinde curabamus iamque omnibus nobis optatos. /
5 a sole itaque orto usque diei ultimum acies immobiles stabant ut fixae nullo uariato uestigio nec sonitu uel equorum audito hinnitu eademque figura digressi, qua uenerant, cibo recreati et somno, cum superesset exiguum noctis, aeneatorum clangore ductante urbem ut mox
6 casuram terribili corona cinxerunt. uixque ubi Grumbates hastam infectam sanguine ritu patrio nostrique more coniecerat fetialis, armis exercitus concrepans inuolat muros confestimque lacrimabilis belli turbo crudescit rapido turmarum processu in procinctum alacritate
10 omni tendentium et contra acri intentaque occursatione nostrorum.
7 Proinde diffractis capitibus multos hostium scorpionum iactu moles saxeae colliserunt, alii traiecti sagittis, pars confixi tragulis humum corporibus obstruebant, uulnerati alii socios fuga praecipiti repete-
8 bant. nec minores in ciuitate luctus aut mortes sagittarum creberrima
15 nube auras spissa multitudine obumbrante tormentorumque machinis, quae direpta Singara possiderant Persae, uulnera inferentibus
9 plura. namque uiribus collectis propugnatores omissa uicissim certamina repetentes in maximo defendendi ardore saucii perniciose cadebant aut laniati uoluendo stantes proxime subuertebant aut certe
20 spicula membris infixa uiuentes adhuc uellendi peritos quaeritabant. /
10 ita strages stragibus implicatas et ad extremum usque diei productas / ne uespertinae quidem hebetauerant tenebrae ea re, quod obstinatione
11 utrimque magna decernebatur. agitatis itaque sub onere armorum uigiliis resultabant altrinsecus exortis clamoribus colles nostris uirtu-
25

2 curbamus **V** curabamus **E** *G* turbamus *SBA* || **7** grumbates *ex* grummates **V** Grambates *BA* || **8** ritu] *hic scriba codicis* **V** *neglegentior opus ingreditur* || **9** concrepans *ex* concrepam **V** | inuolanti (n *alt. del. m2*) **V** inuolant in **E** inuolat in *BAG* inuolat *Eyss.* | que *add.* **V***m2* | lacrim[a]**bilis (a *alt. m2*; *fu.* a(*?*)ba) **V** || **9.10** bellitur ba **V** belli turba **E** *SBG* b. turbo *A* || **10** turemarium **V** t (*lac. 10 litt.*) **E** turmarum *BA* turmalium *G* | [pro]cessu (pro *cpd. ex* quod *cpd.*) **V** procursu *G* | a[l]critate (*fu.* b) **V** alacritate **E** *SBAG* || **12** scrorpionum *ex* scrorpinum (*m2*) **V** scorpionum **E** *SBAG* | [mo]les **V** || **13** alia **VE** alii *SBAG* | traiectis **E** *SB* | traguli[s] **V** || **14** obstrebant ♂ **V** obsternebant *G* | [socios] **V** || **15** ciuitate* (*fu.* m) **V** || **16** machi[ni]s (*fu.* m) **V** || **17** quae direptas ingara **V** *B* q. direpta Singara **E***m2 Lind.* quas direptas in Gaza *A* quae direpta in Singara *G* || **18** n[amque] **V** | propugnatoris **V** propugnatores **E** *G* propugnator *BA* | omissa (m *ex* s) **V** || **19** repentes (n *ex* c *m2*) **V** repetentes **E** *G* repetens *SBA* | defende **V** defendendi **E** *BAG* | ardo*re (a *ex* o *m2*) **V** | pernitiose **V** | aut *post* cadebant *add.* **V***m2 sup. lin. om.* **E** || **20** *aut (*fu.* a) *post* subuertebant **V** || **21** spila ♂ **V** | [uel]lendi **V** || **22** strage **V** strages **E** *SBAG* | implicitas *BG* | diem *BG* || **23** habitauerant ♂ **V** | ostinatione ♂ **V** || **25** nostri **V** *B* nostris **E** *AG*

tes Constanti Caesaris extollentibus ut domini rerum et mundi, Persis Saporem saansaan appellantibus et pi rosen, quod rex regibus imperans et bellorum uictor interpretatur.

Ac priusquam lux occiperet, signo per lituos dato ad feruorem simi- 12
lium proeliorum excitae undique inaestimabiles copiae in modum alituum ferebantur, unde longe et late prospici poterat, campis et conuallibus nihil praeter arma micantia ferarum gentium demonstrantibus. moxque clamore sublato cunctis temere prorumpentibus telo- 13
rum uis ingens uolabat e muris, utque opinari dabatur, nulla frustra mittebantur inter hominum cadentia densitatem. tot enim nos circumstantibus malis non obtinendae causa salutis, ut dixi, sed fortiter moriendi studio flagrabamus et a diei principio ad usque lucem obscuram neutrubi proelio inclinato ferocius quam consultius pugnabatur. exsurgebant enim terrentium pauentiumque clamores, ut prae
alacritate consistere sine uulnere uix quisquam possit. tandemque nox 14
finem caedibus fecit et satias aerumnarum indutias partibus dederat longiores. ubi enim quiescendi nobis tempus est datum, exiguas, quae supererant, uires continuus cum insomnia labor absumpsit sanguine et pallente exspirantium facie perterrente, quibus ne suprema quidem humandi solacia tribui sinebant angustiae spatiorum intra ciuitatis ambitum non nimium amplae legionibus septem et promiscua aduenarum ciuiumque sexus utriusque plebe et militibus aliis paucis ad usque numerum milium uiginti cunctis inclusis. medebatur ergo suis 15
quisque uulneribus pro possibilitate uel curantium copia, cum quidam grauiter saucii cruore exhausto spiritus reluctantes efflarent, /

1 Constantii E*SBAG* | omni V dominum E omnium *SBA* domini *G* || 1. 2 persissa porensa ansa an V Persis Saporem saansaan E P. S. et Achemenem *BAG* || 2 pirosen] Artoxersen *B* artoxerxen *A* Artaxerxen b_2G | rex *om. SBG* || 4 fertiorem *ex* fertiorum V fortiorem E*SBA* feruorem *G* || 6 alitum ♂V lituum E alitum *G* | alat*e (*fu.* a) V ac late E et l. *SBAG* || 8 [m]oxque (*fu.* un) V | demere V de more E temere *BAG* | delorum V *corr. m3* || 9 opi*nari (*fu.* a) V || 10 [Tot enim nos] V | circuminstantibus (in *del.*) V || 11 dixi*set (*fu.* s) V || 13 prae**lio V || 14 exurebant VE *def. Val. in adn.* exurgebant *SB AG* | terrentiumque V*BAG* terrentium E *Lind.* ruentium ferientiumque *Hadr. Val.* terrentium pauentiumque *Her.* || 15 uulne ♂V | quisquam uix *tr. SBAG* | -que *om. SBG* || 16 satis ♂V satis *BG* | inducias V || 17 exigu*as (*fu.* t) V || 18 supe**rant (*fu.* re) V supererant E*AG* superant *SB* || 18. 19 sanguine et [b]a[l] syriis *uide ad 18, 6, 20* ... membris et mente quidam (*18, 6, 22*) pallente V*SB* || 19 fac[i]*e (i *ex* e; *fu.* a) V | dequibus VE*B* quibus *AG* | subpraema V || 20 solatia V || 21 mimium V nimium E*SBAG* | et *add.* V*m2 sup. lin.* | aduarum ♂V || 22 sextus V sexus E*SBAG* || 23 centum *ante* uiginti *add. Cl. reiec. Müller Sey.* | concitis V cunctis *Eyss.* || 24 quidem V quidam E*SBAG* || 25 re[l]uctantes (*fu.* d) V

alii confossi mucronibus frustraque curati animis in uentum solutis / proiciebantur exstincti, aliquorum foratis undique membris mederi periti uetabant, ne offensionibus cassis animae uexarentur afflictae, / nonnulli uellendis sagittis in ancipiti curatione grauiora morte supplicia perferebant.

3 Dum apud Amidam hac partium destinatione pugnatur, Vrsicinus maerens, quod ex alterius pendebat arbitrio auctoritatis tunc in regendo milite potioris, Sabinianum etiamtum sepulchris haerentem / crebro monebat, ut compositis uelitaribus cunctis per imos pedes montium occultis itineribus properarent, quo leuium armorum auxilio, / si qua fors iuuisset, stationibus interceptis nocturnas hostium aggrederentur excubias, quae ingenti circumitu uallauerant muros, / aut lacessitionibus crebris occuparent obsidioni fortiter adhaerentes. /
2 quibus Sabinianus renitebatur ut noxiis palam quidem litteras imperiales praetendens intacto ubique milite, quidquid geri potuisset, impleri debere aperte iubentes, clam uero corde altissimo retinens / saepe in comitatu sibi mandatum, ut amplam omnem adipiscendae laudis decessori suo ardenti studio gloriae circumcideret, etiam ex re
3 publica processuram. adeo uel cum exitio prouinciarum festinabatur, / ne bellicosus homo memorabilis alicuius facinoris auctor nuntiaretur aut socius. ideoque his attonitus malis exploratores ad nos saepe mittendo, licet ob custodias artas nullus facile oppidum poterat introire, et utilia agitando complura nihil proficiens uisebatur ut leo magnitudine corporis et toruitate terribilis inclusos intra retia catulos periculo ereptum ire non audens unguibus ademptis et dentibus.

4 Sed in ciuitate, ubi sparsorum per uias cadauerum multitudo humandi officia superaret, pestilentia tot malis accessit uerminantium

1 confussi ♂V | prostrati curam VE prostrati *BAG* frustrati curam *Unger* *Pet.* prostratique iam *Haupt* *prob.* *Pighi* p. humi *Cl.* *in* *app.* (*cf.* *17, 8, 5.* *22, 1, 2*) frustra *uel* frustraque curati *Nov.* | in uentum] intentam *Pet.* | sol[i]tis (i *ex* u) V solutis E*BAG* || 4 nonnulli (n *ult.* *del.* *m3* *?*) V nonnulli E*SBAG* | uel VE*B* uellendis *A* uulsis *G* || 7 marens V moerens E*BAG* | rigendo V *corr.* *m3* || 8 potiorem *BG* | etiamtu V etiamtum E*BAG* || 11 qua* (*fu.* m) V qua E*A* quam *SB* si qua *G* || 12 iungenti V ingenti E*BAG* | circuitu E*BAG* | uallauerunt ♂V || 13 fortite[r] V || 14 aut VE ut *BAG* | ut *ante* litteras *del.* V || 16 renitentes VE renitens *B* retinens *AG* || 17 ansam *G* | adpiscendae V || 19 exicio V || 20 ni *ex* ne (*m2*) V ne E*AG* ni *B* | nuntiaretur *ex* nunaretur (*m2*) V || 23 proficiens (pro *cpd.* *ex* s) V || 24 magnitudinu ♂V | torbitate V *corr.* *m3* || 25 periculos V periculis E periculo *SBAG* | anguinibus V unguibus E*G* sanguinibus *SBA* | adeptis V arreptis E ademptis *BAG* | tentibus V dentibus E*G* parentibus *BA* || 27 su*peraret (*fu.* p) V | mali[s] V | uerminantium *ex* minantium (*m2*) V

corporum lue tabifica uaporatis aestibus uarioque plebis languore nutrita. quae genera morborum unde oriri solent, breuiter explicabo.

Nimietatem frigoris aut caloris uel umoris aut siccitatis pestilentias 2 gignere philosophi et illustres medici tradiderunt. unde accolentes loca palustria uel umecta tusses et oculares casus et similia perferunt, contra confines caloribus tepore febrium arescunt. sed quanto ignis materies ceteris est efficacior, tanto ad perimendum celerior siccitas. / hinc cum decennali bello Graecia desudaret, ne peregrinus poenas dis- 3 sociati regalis matrimonii lucraretur, huiusmodi grassante pernicie / telis Apollinis periere complures, qui sol aestimatur. atque ut Thucy- 4 dides exponit, clades illa, quae in Peloponnesiaci belli principiis / Athenienses acerbo genere morbi uexauit, ab usque feruenti Aethiopiae plaga paulatim proserpens Atticam occupauit. aliis placet auras, 5 ut solent, aquasque uitiatas foetore cadauerum uel similibus salubritatis uiolare maximam partem uel certe aeris permutationem subitam aegritudines parere leuiores. affirmant etiam aliqui terrarum hali- 6 tu densiore crassatum aera emittendis corporis spiraminibus resistentem necare nonnullos, qua causa animalia praeter homines cetera iugiter prona Homero auctore et experimentis deinceps multis, cum talis incesserit labes, ante nouimus interire. et prima species luis pan- 7 demos appellatur, quae efficit in aridioribus locis agentes caloribus crebris interpellari, secunda epidemos, quae tempore ingruens acies hebetat luminum et concitat periculosos umores, tertia loemodes, / quae itidem temporaria est, sed uolucri uelocitate letabilis.

1 uapo[ratis] V || 2 preuiter V *corr. m3* || 3 aut²] uel *SBAG* || 4 accollentes V || 5 p[al]ustria (*fu.* la) V | umectatus sese ioculares V humectatos s. i. E humectata est iocularis *BA* humecta, tusses, ioculares *G* h. t. et oculares *Lind.* (ocul. W*m2*) | **similia (*fu.* mi) V || 6 tempore V tepore *G* | **febrium (*fu.* fe) V | arescentes V *def. Harmon* arescunt *G* arescentes (*lac.*) *Nov.* arescunt frequentes *Her.* (*cf. lin. 21 sq.* cal. cr. int.) | quando V qũ E quanto *SBAG* || 7 et V *def. et lac. ante* ceteris *indic. Nov. reiec. Bae. om.* E*BG* est *A* | primendum V permendum E perimendum *BAG* | s[iccitas] V || 8 graetia V || 9 motrimonii ♂ V | grassate *B* grassata *AG* | pernitiae V || 10 sola VE sol *BAG* || 11 pelopones iaci V || 12 ferenti V *corr. m3 om. SBG* || 13 aures V auris E auras *BAG* || 14 aqua V*BA* aquas V*m3*E aquae *G* aquasque *Val.* (W*m2*) | uitiata *BA* | simi[l]ibus (*fu.* b) V || 15 ui[o]lare (*fu.* b) V | maximum patem ♂ V || 16 aegritudines *ex* aegitudines (*m2*) V | terarum ♂ V || 17 densione ♂ V | emittendis *ex* emit dendis V || 18 nonnullos *ex* nonnullo (*m2*) V || 19 omero V *corr. m3* | exprimentis *ex* primentis (*m2*) V exprimentis E experimentis *BAG* || 20 [t]alis (*fu.* d) V | an ♂ V | pandemus *ex* paudemus (*m2*) V pandemus E*SBG* Pandemos *A* || 22 secunde pidaemos (o *ex* u *m2*) V secunda pidemos E*SBA* s. Epidemios b_2 s. Epidemus *G* | quo V quae *Val.* | aciem *BAG* || 23 h*ebetat (*fu.* a) V | sumores V humores V*m3*E*SBAG*

8 Hac exitiali peste quassatis paucis intemperantia aestuum consumptis, quos multitudo augebat, tandem nocte, quae diem consecuta est decimum, exiguis imbribus disiecto concreto spiritu et crassato sospitas retenta est corporum firma.

5 Verum inter haec inquies Persa uineis ciuitatem pluteisque circumdabat et erigi aggeres coepti turresque fabricabantur frontibus ferratis excelsae, quarum fastigiis ballistae locatae sunt singulae, ut a propugnaculis propellerent defensores, leuia tamen per funditores et
2 sagittarios proelia ne puncto quidem breui cessabant. erant nobiscum duae legiones Magnentiacae recens e Galliis ductae, ut praediximus, uirorum fortium et pernicium, ad planarios conflictus aptorum, ad eas uero belli artes, quibus stringebamur, non modo inhabiles, sed contra nimii turbatores; qui, cum neque in machinis neque in operum constructione iuuarent, aliquotiens stolidius erumpentes dimicantesque fidentissime minuto numero reuertebant tantum proficientes, quantum in publico, ut aiunt, incendio aqua unius hominis manu
3 aggesta. postremo obseratis portis precantibusque tribunis egredi nequeuntes frendebant ut bestiae. uerum secutis diebus efficacia eorum eminuit, ut docebimus.

1 haec V hac E*BAG* | quassati V quassatis *Dederichs Pet.* grassante *Corn.* | intemperanti aestu V (n *alt. add. sup. lin. m2*) E*AG* *def. Dederichs Blomgren* intemperanti *S* intemperantes *B* intemperatis aestibus *Kießl.* intemperantia aestuum *Her.* || 2 quo *Dederichs* | augebat V *def. Kießl. Madv.* angebat *G def. Blomgren* angebatur *Dederichs* | tandem (d *ex* t *m2*) V || 3 dis[i]ectos (i *alt. ex* d *m2*) V disiectos E*SB* disiecto E*m2AG* | crassato (o *ex* u) V || 5 persabineis V persa uineis V*m3*E *Btl. Kießl.* per Sabineis *S* Sabineus *B* Persa uimineis *AG* | pluteis V*BAG* et pluteis E *Pet. Momms.* pluteisque *Btl. Kießl.* || 6 regi VE*B* erigi *AG* | coepit VE*B* coepti *AG* | fra bricabantur *ex* fra bricabuntur (*m2*) V fabricabantur E*SBAG* | ferratis (t *ex* d) V || 7 [q]uarum (*fu.* s) V | ballista V balistae E*SBAG* | locata *ex* locuta (*m3*) V locatae E*SBAG* | singulis *BG* | a *om. BG* || 8 leui V leuia E*m2BAG* || 9 sagittaros (o *ex* u) V *corr. m3* | bre V tp̂is E *om. S* (*lac. 11 litt.*) *BAG* breui *Lind.* (N) || 10 longione V legiones E*AG* longiones *B* | magnentia VE magnesiae *BA* Magnentiae *G* Magnentiacae *Val.* | recessae galliis V recessa e galliis E receptae ex Galliis *BA* recens e Gallis *G* | tuctae V totae E tutae *SBA* ductae *G* || 11 plamarios V primarios E palmarios *BA* planarios *G* || 11. 12 et deas V Et eas E*B* ad et eas E*m3* ad eas *AG* || 12 pelli VE belli E*m2BAG* | inabiles V || 13 nimi V nimium E nimii *SB AG* | neque in[1]] nequem V neque in E *Lind.* neque *BAG* | opeerum V || 14 aliquem V aliquotiens *Cl.* | studius V studiis E*SB* stationibus *A* stolidius *G* studiosius *Fletcher* | dmit cantesque V dimicantesque E*SBAG* || 15 fidendissimae V || 16 incendia quae V incendio qui E i. quae *SB* i. aqua *AG* || 17 praecantibusque V *def. Pighi* praecauentibusque *Reines.* uetantibusque *Btl. Corn.* prohibentibusque *Momms.* refragantibusque *C. F. W. M.* reuocantibusque *Hertz* praecaute, uetantibusque *Nov.* || 18 efficatia V

In summoto loco partis meridianae murorum, quae despectat flu- 4
uium Tigrin, turris fuit in sublimitatem exsurgens, sub qua hiabant
rupes abscisae, ut despici sine uertigine horrenda non posset, unde
cauatis fornicibus subterraneis per radices montis scalae ad usque
ciuitatis ducebant planitiem, quo ex amnis alueo haurirentur aquae
furtim, ut in omnibus per eas regiones munimentis, quae contingunt
flumina, uidimus, fabre politae. per has tenebras ob derupta neglec- 5
tas oppidano transfuga quodam ductante, qui ad diuersam partem
desciuerat, septuaginta sagittarii Persae ex agmine regio arte fidu-
ciaque praestantes silentio summoti loci defensi subito singuli noctis
medio ad contignationem turris tertiam ascenderunt ibique occultati /
mane sago punici coloris elato, quod erat subeundae indicium pugnae,/
cum ex omni parte circumueniri urbem suis copiis inundantibus aduer-
tissent, exinanitis proiectisque ante pedes pharetris clamoris ululabilis
incendio tela summa peritia dispergebant. moxque acies omnes densae
petebant multo infestius quam antea ciuitatem. inter incertos nos et 6
ancipites, quibus occurri deberet, instantibus supra an multitudini /
transcensu scalarum iam propugnacula ipsa prensanti, diuiditur ope-
ra et translatae leuiores quinque ballistae contra turrim locantur, /
quae ocius lignea tela fundentes nonnumquam et binos forabant, e
quibus pars grauiter uulnerati ruebant, alii machinarum metu stri-
dentium praecipites acti laniatis corporibus interibant. quibus hac 7
celeritate confectis relatisque ad loca sueta tormentis paulo securius
moenia omnium concursu defendebantur. et quoniam augebat iras 8
militum scelestum facinus perfugae, quasi decurrentes in planum ita

1 sammoto V*B* amoto E semoto *A* summoto *G* | meridia*nae (*fu.* e) V || 3 uertine (t *ex* d) V *corr. m3* | possent V posset *C. F. W. M.* (W*m2*) || 4 uacati V uacat E uacantes *BA* cauatis *G* | terraneis ♂ V | montes VE montis E*m2* *BAG* | scale ad *ex* cale (*m2*) V scalas ad *BA* || 5 examinis V*B* ex amnis E *AG* | aurirentur ♂ V haurientur *SB* auriuntur *A* || 6 furti[m ut in omni]-bus V || 7 fabr*e (*fu.* a) V a fabre *B* affabre *AG* | polit[a] V politae *G* | ob-terupta V ob erupta E rupes *BA* ob dirupta *G* derupta *Cl.* || 8 transga ♂ V || 10 subite VE subito *BAG* || 10. 11 nocte media *BAG* || 11 contingnatio nem-tur ris V contignationem turris E*AG* | ubique V ibique E*BAG* || 12 elatos VE elato *BAG* || 13 circumuenire ♂ V || 14 ex[in]anitis (in *ex* m *m2*) V | [fh]aretris (fh *ex* st *m2*) V | clamoris, ululalibus *S* clamosis ululatibus *BAG* || 15 pergebant ♂ V || 15. 16 tensae tepebant VE t. terrebant *BA* densae petebant *G* || 16 [in]festius (*fu.* m) V | inter *add. G* || 17 ancipites *ex* antecipites V | occurri *ex* occurrere V | an *om. BA* || 17. 18 mulmultitudini transcensus alarum V multitudinis t. a. E multitudini t. a. *SBA* m. transcensu scalarum *G* || 18 iam *add.* V*m2* | diuitur ♂ V || 20 otius V | *binos (*fu.* a) V et binos *Her.* (*cf. 17, 12, 3*) || 22 precipites ♂ V | laniati ♂ V || 24 moenia* (*fu.* m) V | omnia V omnium *G* | concur ♂ V | cu*ras (*fu.* m) V iras *Günther* || 25 implanum V

iaculantes diuersa missilia lacertis fortibus incumbebant, ut uergente in meridiem die gentes acri repulsa disiectae lacrimantes complurium mortes tentoria repeterent uulnerum metu.

6 Aspirauit auram quandam salutis fortuna innoxio die cum hostili clade emenso, cuius reliquo tempore ad quietem reficiendis corporibus dato posterae lucis initio ex arce innumeram cernimus plebem, quae Ziata capto castello ad hosticum ducebatur, quem in locum ut capacissimum et munitum — spatio quippe decem stadiorum ambitur — 2 promiscua confugerat multitudo. nam etiam alia munimenta isdem diebus rapta sunt et incensa, unde hominum milia extracta complura / seruituri sequebantur, inter quos multi senecta infirmi et mulieres iam grandaeuae, cum ex uariis deficerent causis, itineris longinquitate offensae abiecta uiuendi cupiditate suris uel suffraginibus relinquebantur exsectis.

3 Has miserabiles turmas Galli milites contuentes rationabili quidem, sed intempestiuo motu conferendae cum hostibus manus copiam sibi dari poscebant mortem tribunis uetantibus primisque ordinibus mini- 4 tantes, si deinceps prohiberent. utque dentatae in caueis bestiae / taetro paedore acerbius efferatae euadendi spe repagulis uersabilibus illiduntur, ita gladiis portas caedebant, quas supra diximus obseratas,/ admodum anxii, ne urbe excisa ipsi quoque sine ullo specioso facinore deleantur aut exuta periculis nihil egisse operae pretium pro magnanimitate Gallica memorentur, licet antea saepe egressi structoresque aggerum confossis quibusdam impedire conati paria pertulerunt.

1 misilia **V** | licertis ♂**V** || 1. 2 uergentem meridiem degentes uulnerum **V** (uergentem *ex* uertem *m2*) **E** *B A* Vertae in m. d. u. *G* uergente in m. die gentes u. *Gdt. prob. Bae.* uulnerum *ante* metu *lin. 3 colloc. Cl.* || 2 repulsa* (*fu.* e) **V** repulsu *B A* | disiecta **VE** disiectabant *B A* disiecti *G* disiectae *Gdt.* | cum plurimum **V** *B A* p. **E** complurium *G* || 3 mortis ♂**V** | tentori ♂**V** || 4 innoxia **V** innoxio *G* | host[i]li (i *ex* u) **V** || 5 [re]fi*ciendis (re *m2*) **V** | postera **VE** posterae *B A G* || 7 *ducebatur (*fu.* p) **V** | adquem **V** quem *Eyss.* | in *om.* **E** *G* ut *ante* in *tr. A* || 8 spacio **V** || 9 promisquam **V** promiscua **E** *S B A G* || 10 capta *A G* || 11 seruitura *A* seruituti *G* | multi] milites ♂**V** || 12 grand*euae (*fu.* a) **V** || 13 offensa **V** offensae **E** *B A G* || 14 exectis *ex* execta (*m2*) **V** || 16 intemperatiuo **V** *B* intempestiuo **E** *A G* | conferendi **E** conserendae *B A G* || 17 primique ♂**V** || 18 [sidein]ceps **V** | tentate **V** *def. Hadr. Val.* dentatae *G def. Hertz* || 19 [tae]tro **V** | offeratae **V** efferatae **E** *B A G* | euadendis perre pagulis **VE** euadendi spe repagulis *S B A G* | uersabibus (b *alt. ex* li) **V** uersabilius **E** uersabilibus *S B G* uersatilibus *A* || 20 cedebant **VE** *A* caedebant *B G* || 21 urbi ♂**V** || 22 debeantur **V** *B* deleantur **E** *A G* | legisse **V** egisse **E** *B A G* | [m]agna nimitate (*fu.* n) **V** || 23 liet ♂**V** *om.* **E** | ante ea* (*fu.* s) **V** *corr. m3* | gressi **VE** egressi *B A G* | str[u]ctoresque *ex* tractoresque (*m2*) **V** || 24 confusis **VE** *G* confisis *S* confisi *B A* confossis *Lind.*

Inopes nos consilii et, quid opponi deberet saeuientibus, ambigentes / id potissimum aegre isdem assentientibus tandem elegimus, ut, quoniam ultra ferri non poterant, paulisper morati custodias aggredi permitterentur hostiles, quae non procul erant a coniectu locatae telorum, ut eis perruptis pergerent prorsus. apparebat enim eos, si impetrassent, strages maximas edituros. quae dum parantur, per uaria certaminum genera defensabantur acriter muri laboribus et uigiliis et tormentis ad emittenda undique saxa telaque dispositis. duo tamen aggeres celsi Persarum peditum manu erecti et expugnatio ciuitatis struebatur operibus lentis, contra quos nostrorum quoque impensiore cura moles excitabantur altissimae fastigio aduersae celsitudinis aequatae, propugnatorum uel nimia pondera duraturae. 5 6

Inter haec Galli morarum impatientes securibus gladiisque succincti patefacta sunt egressi postica obseruata nocte squalida et interlunio orantes caeleste praesidium, propitium adesset et libens. atque ipsum spiritum reprimentes cum prope uenissent, conferti ualido cursu quibusdam stationariis interfectis exteriores castrorum uigiles ut in nullo tali metu sopitos obtruncare et superuenire ipsi regiae, si prosperior iuuisset euentus, occulte meditabantur. uerum audito licet leui reptantium sonitu gemituque caesorum discusso somno excitatis 7 8

1 consil[ii]* V | [se]*[ui]entibus V | ambientes (b *ex* u) V ambigentes E *B AG* || 2 [is]dem V eisdem *SBA* | tandem (d *ex* t *m2*) V | quō (ia *superscr.*) V quia E quomodo *SBA* quoniam *G* || 3 costodias V custodias E *SBAG* || 4 locate* (*fu.* t) V locati *SBA* || 5 apperebat ♂V | si *add.* V*m2 sup. lin.* || 6 inpe*trassent (*fu.* r) V | strages *ex* trages (*m2*) V | maxim[a]* sedituros V || 8 emitenda V emictenda E mittenda *SAG* | telaquae *ex* telaque (*m2*) V telaque E *SBAG* | dispositis *ex* positis (*m2*) V || 9 tame aggeris V tamen a. E t. aggeres *BAG* | per*sarum (*fu.* e) V | peditum *ex* pedium (*m2*) V *om. SB* || 9. 10 erecti et expugnatio ciuitatis struebatur V *def. Blomgren Frassinetti* e regione et ex pugnaculo ciuitatis *Her.* struebantur *Cl.* || 10–12 [quoque – aequatae] *add.* V*m2* quoque *om.* E *SB* || 11 celsitudines ♂V*m2* || 12 dura[t]urae (*fu.* d) V || 13 pacientes V E impatientes *BAG* | succinti V || 14 patefati ♂V | noctes qua*lida V || 14. 15 inter lunio rantes V interluni, orantes E *G* inter lumorantes *S* i. inuocantes *B* interim uocantes *A* illuni *Cl.* (*cf. Lind. in adn.*, *qui* interluni *def.*) interlunio *Corn.* || 15 ut *ante* propitium *add.* V*m2 reiec. Bae.* | adesset *ex* adesse (*m2*) V || 18 metu *ex* me V | sopito *S* sopiti *BA* | obstrunccatis *ex* obstruccatis (*m2*) V obtruncatos E obtruncarunt *BA* obtruncantes *G* obtruncare et (*uel* obtruncant. his perpetratis) *Her.* | ipse V ipsi E *BG* ipsum *A* | ad regem *BA* || 19 prosperioribus isset V prosperior i. E *BA* p. illuxisset *G* iuuisset *Val.* | occulta V occulte E *BAG* || 19. 20 liet ♂reuetemp dentium V *lac. 7 litt.* E lixarum ruentium *BA* ruentium *G* licet breui tendentium *Val. in adn.* leui t. *Gron. in textu* l. reptantium *Haupt prob. Geyer* leuiter prodeuntium *Löfst.* || 20 discussus omne V discusso somno E *G* discussi omnes *BA*

multis et ad arma pro se quoque clamitante steterunt milites uestigiis fixis progredi ultra non ausi; nec enim cautum deinde expergefactis, quos petebant insidiae, in apertum properare discrimen, cum iam undique frendentium cateruae Persarum in proelia uenirent accensae.
9 contra Galli corporum robore audaciaque, quoad poterant, inconcussi / gladiis secantes aduersos parte suorum strata uel sagittarum undique uolantium crebritate confixa, cum unum in locum totam periculi molem conuersam et currentium hostium agmina aduertissent, nullo terga uertente euadere festinabant et uelut repedantes sub modulis / sensim extra uallum protrusi, cum manipulos confertius inuadentes / sustinere non possent, tubarum perciti clangore castrensium discede-
10 bant. et resultantibus e ciuitate lituis multis portae panduntur recepturae nostros, si peruenire illuc usque ualuissent, tormentorumque machinae stridebant sine iaculatione ulla telorum, ut stationibus praesidentes post interemptos socios pone agerentur ignari urbis oppositi moenibus † nudarent mimperta uiri fortes susciperentur in-
11 noxii. hacque arte Galli portam prope confinia lucis introiere minuto numero, quidam perniciose, pars leuiter uulnerati, quadringentis ea nocte desideratis, qui non Rhesum nec cubitantes pro muris Iliacis Thracas, sed Persarum regem armatorum centum milibus circumsaeptum, ni obstitisset uiolentior casus, in ipsis tentoriis obtrun-
12 carant. horum campidoctoribus ut fortium factorum antesignanis /

1 clamitantes **V***BA* clamitante **E***G* | uesti[giis] (giis *add. m2*) **V** || 2 fixis *add.* **V***m2 sup. lin.* | uidebatur *post* deinde *add. Cl. reiec. Blomgren* || 3 apertum *ex* apestum **V** || 5 rubore **V** robore **E***SBAG* | inconcussis **V** inconcussi *Lind.* || 6 aduersas partes quorum **V** aduersos, parte suorum *G* || 7 u*num (*fu.* i) **V** || 8 mole **V** molem **E***SBAG* | concurrentium *SBA* | [hostium] **V** | agminum **V** magnum **E** *om. B* agmina *AG* || 9 [ue]lut repedantes (d *ex* t) **V** | modolis ♂ **V** || 10 manipolos **V** maniplos **E** manipulos *SBAG* || 11 tu*barum (*fu.* r) **V** | disce*debant (*fu.* n) **V** || 12. 13 [et – nostros] *add.* **V***m2* || 12 panduntur******* (*in fin. us.*) **V***m2* || 13 illud **V** illuc **E***BAG* || 14 machinae* strindebant (ae *ex* a *m2; fu.* e) siue **V** machinae stridebant sine **E***SBAG* || 15 si *ante* post *add. Pet.* | quae *ante* pone *add. Her. Nov. prob. Pighi* || 16 nudarent mi3perta **V** n. (*lac. 6 litt.*) **E** nudatis ut *BAG* ... urbis, o. moenia his notarent aperta et uiri *Pet.* nudatis secretim, porta *Cl. in app.* (porta *Hermann*) nudarent intuta et in aperta *Nov.* nudata haec non notarent, Gallorum manu pugnare inique conperta, ac uiri *Pighi* nudarent prolimina, per ea uiri *Češka* | fo[rtes] **V** | immoxii **V** innoxii **E***SBAG* || 17 introire **V** introiere **E***SBAG* || 18 pernitiosae **V** | leuitur **V** leuiter **E** (*in marg.*) *SBAG* || 19 resumunt **VE***B* Rhesum unum **E***m2 in marg.* Rhesum *AG* || 21 tempori ♂ **V** temporibus *SB* || 22 campiductoribus **V** (d *ex* t *m2*) **E***AG* campiductor *B* campidoctoribus *Val. in adn. Corn.*

post ciuitatis excidium armatas statuas apud Edessam in regione celebri locari iusserat imperator, quae ad praesens seruantur intactae.

Retectis sequenti luce funeribus cum inter caesorum cadauera op- 13
timates inuenirentur et satrapae clamoresque dissoni fortunam aliam
5 alibi cum lacrimis indicabant, luctus ubique et indignatio regum audiebatur arbitrantium per stationes muris obiectas irrupisse Romanos / indutiisque ob haec tridui datis assensu communi nos quoque spatium ad respirandum accepimus.

Perculsae deinde nouitate rei efferataeque gentes omissa omni cunc- 7
10 tatione operibus, quoniam uis minime procedebat, decernere iam censebant et concito extremo belli ardore omnes oppetere gloriose iam properabant aut ruina urbis animis litasse caesorum.

Iamque apparatu cunctorum alacritate perfecto exsiliente lucifero / 2
operum uariae species cum turribus ferratis admouebantur, quorum
15 in uerticibus celsis aptatae ballistae propugnatores agitantes humilius disiectabant. et albescente iam die ferrea munimenta membrorum 3
caelum omne subtexunt densitataeque acies non inordinatim ut antea, sed tubarum sonitu leni ductante nullis procursantibus incedebant machinarum operti tegminibus cratesque uimineas praeten-
20 dentes. cumque propinquantes ad coniectum uenere telorum, opposi- 4
tis scutis Persae pedites sagittas tormentis excussas e muris aegrius euitantes laxarunt aciem nullo paene iaculi genere in uanum cadente;/ etiam catafracti hebetati et cedentes animos auxere nostrorum. tamen 5
quia hostiles ballistae ferratis impositae turribus in humiliora ex su-
25 pernis ualentes ut loco dispari ita euentu dissimili nostra multo cruore foedabant, ingruente iam uespera, cum requiescerent partes, noctis

1 ciuitat[is] (is *ex* em *m2*) V | inauratas *Kell.* auratas *Corn. reiec. Sey.* || 2 seruatur V seruantur E*SBAG* || 3 retectisse (t *alt. ex* d) quenti V || 4 clamores *G* || 6 Romanor *ex* Romanos (*?*) V || 7 indutiisque (ii *ex* u) V | hoc *SBAG* || 10 quo V quo E quomodo *SBA* quoniam *G* || 11 cessabant V censebant *G* || 12 litass*e (*fu.* a) V litare *A* | caerum ♂ V || 13 exsili*ente (*fu.* a) V || 14 u[a]riae V || 15 in *del. Cl. in app.* (*cf. 16, 12, 24*) | cel[sis] V | ap*tatae V || 16 albescente *ex* albiscente (*m2*) V || 17 subtexerant E*BA* subtexerunt *G* | tensitate quae V densitateque (d *ex* t *m2*) E densitate *SBA* densataeque *G def. Vogel* densitataeque *Kell. Günther Blomgren* densetaque *C. F. W. M.* | acie *C. F. W. M.* || 18 turbarum V tubarum E*BAG* | dectante ♂ V | incendebant V*B* incedebant E*AG* || 19 opertae *G* | grates quae V cratesque E*SBAG* || 20 uenire V*B* uenere E*AG* || 21 agittas ♂ V || 22 *an* laxauerant*? c. c. Cl. in app. reiec. Bae. Pighi* | nulloque *G* | genere *ex* gerere (*m2*) V || 23 [ta]men V || 24 ferratis *ex* ferrantis V | upernis V supernis E*SBAG* || 25 disparuteuentu V dispari, ita euentu E*BAG* | dissimilis V*B* dissimili E*AG* || 26 foebant V foedabant E*G* fouebantur *BA* | spera VE uespera *BAG* | cum partes V cum pars *BA* partes *G*

spatium maius consumptum est, ut excogitari possit, quid exitio ita atroci obiectaretur.

6 Et tandem multa uersantibus nobis sedit consilium, quod tutius celeritas fecit, quattuor isdem ballistis scorpiones opponi, qui dum translati e regione caute, quod artis est difficillimae, collocantur, lux nobis aduenit maestissima Persarum manipulos formidatos ostentans / adiectis elephantorum agminibus, quorum stridore immanitateque 7 corporum nihil humanae mentes terribilius cernunt. cumque omni ex latere armorum et operum beluarumque molibus urgueremur, per scorpionum ferreas fundas e propugnaculis subinde rotundi lapides iacti dissolutis turrium coagmentis ballistas earumque tortores ita fudere praecipites, ut quidam citra uulnerum noxas, alii obtriti magnitudine ponderum interirent elephantis ui magna propulsis, quos flammis coniectis undique circumnexos iam corporibus tactis gradientesque retrorsus regere magistri non poterant. postque exustis 8 operibus nulla quies certaminibus data. rex enim ipse Persarum, qui numquam adesse certaminibus cogitur, his turbinum infortuniis percitus nouo et nusquam antea cognito more proeliatoris militis ritu prosiluit in confertos et, quia conspectior tegentium multitudine procul speculantibus uisebatur, petitus crebritate telorum multis stipatoribus stratis abscessit alternans regibiles acies et ad extremum diei nec mortium truci uisu nec uulnerum territus tandem tempus exiguum tribui quieti permisit.

8 Verum nocte proelia dirimente somno per breue otium capto nitescente iam luce ad potiunda sperata ira et dolore exundans nec fas ullum prae oculis habiturus gentes in nos excitabat. cumque crematis

1 spacium V || 3 mult[a] V | nobis *add.* V*m2 om. G* | tuis ♂ V || 4 celerita V celeritas E*SBAG* | corpioneis V scorpiones E*AG* scorpioneis *SB* | quodum ♂ V quidem *SBA* || 6 manipopulos V manipulos E*G* inani populos *S* inaniter p. *BA* || 7 stridere V stridore E*SBAG* || 9 [u]rgueremur V || 11 acti V *prob. Meurig-D.* iacti *Pet.* || 12 obruti *SBG* || 13 interrirent V || 14 gadientesque V gradientesque E*SBAG* || 15 retrosus V retrorsus E*SBAG* | retere V retinere V*m3SBAG* retrahere E regere *Val. in adn.* (W*m2*) || 16 dati *ex* tati (*m3*) V data E*G* *om. SBA* || 17 numquae VE nunquam E*m2SBAG* | adesse (s *alt. add. m2*) V ea de *SBA* | infortunis V infortuniis E*BAG* | percitus (us *ex* o *m2*) V || 18 nou[o] V | cognito (n *add. m2*) V | *post* more *add. sup. lin.* m ore V*m2 om.* E*BAG* || 20 brebritate V crebritate E*G* breuitate *SBA* | multis (s *add. m2*) V || 21 alternatim *BA* | regibilis VE bello regens *BA* regibiles *G* || 22 morientium *BAG* | uisio V uisione E *Günther Pet.* uiso *BG* uisu *A* || 23 tri ♂ V || 24 diri*mentes omno V | cap*to V | notescente (o *ex* i *m2*) V nitescente E*AG* innoctescente *SB* || 25 potiumda V

operibus, ut docuimus, pugna per aggeres celsos muris proximos temptaretur, ex aggestis erectis intrinsecus, quantum facere nitique poterant, nostri aequis uiribus per ardua resistebant.

Et diu cruentum proelium stetit nec metu mortis quisquam ex ali- 2
qua parte a studio propugnandi remouebatur eoque producta contentione, cum sors partium euentu regeretur indeclinabili, diu laborata moles illa nostrorum uelut terrae quodam tremore quassata procubuit et tamquam itinerario aggere uel superposito ponte complanatum spatium, quod inter murum congestamque forinsecus struem hiabat, patefecit hostibus transitum nullis obicibus impeditum et pars pleraque militum deiectorum oppressa uel debilitata cessauit. con- 3
cursum est tamen undique ad propulsationem periculi tam abrupti / et festinandi studio aliis impedientibus alios audacia hostium ipso successu crescebat. accitis igitur regis imperio praedatoribus uniuer- 4
sis strictoque comminus ferro, cum sanguis utrubique immensis caedibus funderetur, oppilatae sunt corporibus fossae latiorque uia ideo pandebatur et concursu copiarum ardenti iam ciuitate oppleta, cum omnis defendendi uel fugiendi spes esset abscisa, pecorum ritu armati et imbelles sine sexus discrimine truncabantur.

Itaque uespera tenebrante cum adhuc licet iniqua reluctante for- 5
tuna multitudo nostrorum manu conserta distringeretur, in abstrusa quadam parte oppidi cum duobus aliis latens obscurae praesidio noctis postica, per quam nihil seruabatur, euado et squalentium peritia locorum comitumque adiutus celeritate ad decimum lapidem tandem perueni. in qua statione leuius recreati cum ire protinus pergeremus / 6

1 docuerans *S* docueram *BAG* || 2 temptateretur (te *del.*) **V** | a[c]gestis* erectis (c *pr. ex* d *m2*; erectis *ex* iretis *m2*) **V** aggestis erectis **E***SBAG* || 4 mor ♂ **V** || 5 parte* (*fu.* m) **V** || 6 laboratam *ex* labora (*m2*) **V** laboratium **E** laborata *BAG* || 7 erre **V** *corr. m3* | quasina **V** quassata **E***G* quasi (*lac. 5 litt.*) *S* quasi *B* quassa *A* | proculbuit **V** procubuit **E***SBAG* || 8 itiner[a]rio **V** || 9 murorum **V** murum *G* | forinsecis *ex* forinsecu (*m2*) **V** *corr. m3* || 10 praefecit **VE***BA* patefecit **E***m3* (*in. marg.*) *G* perfecit *Meyer Spir.* (**N**) *def. Günther* (*uel* praebuit) | cetpas *add.* **V***m2* et pars **E***AG* et spes *SB* || 11 debilitatae **VE***B* debilitata *AG* | cessabit **V** cessabat **E***BAG* cessauit *Cl.* || 13 inraedientibus **VE** irret- *BAG* inpedientibus *Btl.* || 14 ac[c]isque (c *ex* t; que *del.*) **V** accitisque **E** actisque *SB* actis *A* accitis *G* | proeliatoribus *Hadr. Val.* | sumuersis ♂ **V** || 15 saguis **V** *corr. m3* | utrobique **V***m3***E***SBAG* || 16 *post* funderetur *lac. 8 litt. in fin. pag.* **V** *lac. 12 litt.* **E** | appellatae **VE** repletae *BAG* oppletae *Val.* (**W***m2*) oppilatae *Gron. pater* | ideo]inde *SBAG* || 17 ardent iam **V** *corr. m3* (*?*) ardentium *G* || 17. 18 [cum om̄s] **V** || 18 esset et **V** et *om.* **E***BAG* || 19 sexos **V** *corr. m3* || 20 [ues]pera (ues *m2*) **V** | liet ♂ **V** *om.* **E** | fortuna *ex* mortuna **V** || 22 partem **V** parte **E***SBAG* || 23 nihil *add.* **V***m2* || 24 locarum **V** *corr. m3* || 25 leuius **VE** *def. Pighi Lõfst.* lenius *SBAG* | pergerimus **V** *corr. m3*

et incedendi nimietate iam superarer ut insuetus ingenuus, offendi dirum aspectum, sed fatigato mihi lassitudine graui leuamen impendio
7 tempestiuum. fugaci equo nudo et infreni calonum quidam sedens, ne labi possit, ex more habenam, qua ductabatur, sinistra manu artius illigauit moxque decussus uinculi nodum abrumpere nequiens per auia saltusque membratim discerptus iumentum exhaustum cursu pondere cadaueris detinebat, cuius dorsuali comprensi seruitio usus in tempore cum isdem sociis ad fontes sulphureos aquarum suapte na-
8 tura calentium aegre perueni. et quia per aestum arida siti reptantes / aquam diu quaeritando profundum paene uidimus puteum et neque descendendi pro altitudine nec restium aderat copia, necessitate docente postrema indumenta lintea, quibus tegebamur, in oblongos discidimus pannulos, unde explicato fune ingenti centonem, quem sub galea unus ferebat e nostris, ultimae aptauimus summitati ... funem coniectus aquasque hauriens ad peniculi modum facile sitim, qua
9 urgebamur, exstinxit. unde citi ferebamur ad flumen Euphraten / ulteriorem ripam petituri per nauem, quam transfretandi causa iu-
10 menta et homines in eo tractu diuturna consuetudo locarat. ecce autem Romanum agmen cum equestribus signis disiectum eminus cernimus,

1 incendendi V incedendi E*SBAG* | superperarer (e *alt. del. m2 ?*) V superarer E*SAG* superare *B* | ostendit V offendi *G* | tirum VE terrum *B* tetrum *A* dirum *G* || 2 aspectu *G* | fatigatio nihil VE *om. BA* fatigato mihi *G* | lassi[t]udine (*fu.* d) V | leua m*en V | incendio VE impendio *BAG* || 4 laui V *corr. m3* | posset E*A* | habe**nam (*fu.* na) V | que ♂ V || 5 decussis V decussus *G* | uinculis nodoue *BA* | a[b]rumpere (*fu.* p) V *om. SBA* | 5. 6 neque enspe raui asaltus qu*e (*fu.* a) V n. ensperaui assaltusque E n. semper auia saltusque *SBA* nequiens, per auia s. *G* || 7 detenebatur V detinebatur E*SBA* detinebat *G* | dorsuatis V dorsualis *G* dorsuali *Langen C. F. W. M.* | conprensis V comprehensis E*SBA* comprehensi *G* || 8 socius VE*B* sociis *AG* | fontes (n *ex* r) V | apte VE*B* arte *A* suapte *G* | naturae *SBA* || 9 cadentium VE*B* calentium E*m2* (*in marg.*) *AG* | eagre V aegre E*SBAG* | aridi *Her.* | reputantes V*BA* *om.* E reptantes *G* || 10 paenae V bene *Lind. reiec. Pighi* repente *Damsté* (*cf. 19, 11, 10*) || 11 discendendi V descendendi E*AG* discedendi *S* descedendi *B* | prae *Lind.* | c restium V nec restium E*G* restium *BA* | necessit[ate]** (*fu.* nt) V || 12 intumenta V intumentia E indumenta *SBAG* | tegebatur VE *def. Damsté* tegebamur *BAG def. Pighi* (*uel* tegebantur) lectulus tegebatur *Cl.* || 13 discindimus *ex* discenmus (*m2*) V discidimus E*A* discindimus *BG* | pannolos VE pannulos *SBAG* || 14. 15 summitati funem coniectus VE*B* s. funis c. *A* s.: qui per funem c. *G def. Pighi* s. puteoque iniectus *Corn. lac. indic. Cl.* || 15 at V ad E*SBAG* || 16 hariebamur V hauriebamur E*SBAG* urebamur *Grut.* ita u. *Gron. in adn.* exurebamur *Wagn.* urgebamur *Her.* | eufraten V || 17 quem V*BA* quam E*G* | transire tandi V t. fretandi E transfretandi E*m2G* transire nandi *SBA* || 18 ex V eo *G* | consoetudo V | ecu V eo E e cuius *BA* ecce *G* || 19 manum V magnum V*m3*E manu *SBA* Romanum *G* | cum** (*fu.* ae) V

quod persequebatur multitudo Persarum incertum unde impetu tam repentino terga uiantum aggressa. quo exemplo terrigenas illos non 11
sinibus terrae emersos, sed exuberanti pernicitate credimus natos, qui, quoniam inopini per uaria uisebantur, spartoi uocitati humo exsi-
luisse uetustate rem fabulosius extollente sunt aestimati. hoc malo 12
conciti, cum omne iam esset in celeritate salutis praesidium, per dumeta et siluas in montes petimus celsiores exindeque Melitenam minoris Armeniae oppidum uenimus mox repertum ducem comitatique iam profecturum Antiochiam reuisimus insperati.

At Persae quia tendere iam introrsus autumno praecipiti haedo- 9
rumque iniquo sidere exorto prohibebantur, captiuos agentes et praedas remeare cogitabant ad sua. inter haec tamen funera direptiones- 2
que ciuitatis excisae Aeliano comite et tribunis, quorum efficacia diu defensa sunt moenia stragesque multiplicatae Persarum, patibulis
sceleste suffixis Iacobus et Caesius numerarii apparitionis magistri equitum aliique protectores post terga uinctis manibus ducebantur / Transtigritanis, qui sollicita quaerebantur industria, nullo infimi summique discrimine ad unum omnibus contruncatis.

Vxor uero Craugasii, quae retinens pudorem inuiolatum ut matrona 3
nobilis colebatur, maerebat uelut orbem alium sine marito uisura, /

1 prosequebatur **V**E*B* persequebatur *A* sequebatur *G* | impetum **V** *def. Bickel reiec. Bae.* impetu **E***SBAG* || 3 finibus **V** sinibus *G* | exsupera[n]ti (su *add. m2*; n *ex* m) **V** superanti **E** exuberanti *SG* exuberatim *BA* || 4 sparto **V**E sparsi *BA* Sparti *G* σπαρτοί *Gdt.* | exiliusse **V** exiluisse **E***BAG* exiliuisse *C. F. W. M.* || 5 uiatere **V**E*m2* (*in marg.*) uates **E** matere *S* matre *BA* ut caetera *G* materiem *Kießl.* ueritatem *C. F. W. M.* uim terrae *Pet.* rem *Nov. Her.* ut saepe rem *Löfst.* | extollentes **V** extollente *G* | *aestimati (*fu.* a) **V** | malo *add. G* (*ex* uiate *explic. Her.*) || 6 omnes **V***B* omne **E***AG* | dumenta **V** dumeta **E***SB AG* || 7 in **V***B def. Löfst. om.* **E***AG* || 8 armoeniae **V** | uos **V** nos **E***SBAG* mox *Pet.* | comitateque **V**E*B* Comitatuque *A* comitati *G* comitatique *Her.* || 9 anti-o[chi]am **V** | reuissimus **V** || 9. 10 iamimperator et (im *add. m2*) **V** iam imperator et **E***SBA* interea Sapor et *G* iam peracta re *Kießl.* (**N**) temperato itinere. At *Pet. in ind.* insperato. at *Löfst. Pet.* insperati. at *Her.* || 10 tende ♂ **V** tenderem *SB* | tum *BA* | aut non **V** autumno **E***m2* (*in marg.*) *G om. BA* || 10. 11 haedorum quem prosidere **V** hedorumque pro sidere **E***m2* haedorum sydere *BA* hoedorumque sidere *G* h. improbo s. *Lind.* haedorumque iniquo s. *Pet.* || 12 a[t] (*fu.* d) **V** ad **E***SBAG* | direptionisque **V**E direptionis *SBA* direptionesque *G* || 13 ciuitati **V***BA* ciuitatis **E***G* | tribunus **V** tribunis **E***G* tribuno *BA* | efficatio **V** efficacia **E***G* effectu *BA* || 15 lestes ut fixus **V** ut scelestes infixis **E** lestes in fixis *BA* (inf-) sceleste suffixis *G* || 16 posterga ♂ **V** || 17 transtigritatis ♂ **V** | quaerebant ♂ **V** querebantur **E** || 17. 18 Nollo infimissumque **V** nullo infimi summique **E***G* Nolo infimis sineque *S* ut infimi s. *BA* || 19 craugas[i]ique (r *add. m2*; i *ex* u) **V** Craucasi quae **E***A* Crantansiique *B* Craugasii, quae *G* || 20 merebat **V**E moerebat *BAG*

4 quamquam sperabat documentis praesentibus altiora. in rem itaque consulens suam et accidentia longe ante prospiciens anxietate bifaria stringebatur uiduitatem detestans et nuptias. ideo familiarem suum perquam fidum regionumque Mesopotamiae gnarum per Izalam montem inter castella praesidiaria duo Maride et Lorne introiturum Nisibin occulte dimisit mandatis arcanisque uitae secretioris maritum exorans, ut auditis, quae contigerint, ueniret secum beate uicturus. /
5 quibus contentus expeditus uiator per saltuosos tramites et frutecta / Nisibin passibus citis ingressus causatusque se domina nusquam uisa / et forsitan interempta data euadendi copia castris hostilibus absces-sisse et ideo ut uilis neglectus docet Craugasium gesta; moxque accepta fide, quod, si tuto licuerit, sequetur coniugem libens, euasit exoptatum mulieri nuntium ferens, quae hoc cognito per Tamsaporem ducem supplicauerat regi, ut, si daretur facultas, antequam Romanis excederet finibus, in potestatem suam iuberet propitius maritum ascisci.

6 Praeter spem itaque omnium digresso aduena repentino, qui post-liminio reuersus statim sine ullius euanuit conscientia, perculsus suspicione dux Cassianus praesidentesque ibi proceres alii minitantes ultima Craugasium incessebant non sine eius uoluntate uel uenisse
7 uel abisse hominem clamitantes. qui proditoris metuens crimen im-pendioque sollicitus, ne transitione perfugae uxor eius superesse do-ceretur et tractari piissime, per simulationem matrimonium alterius splendidae uirginis affectauit. et uelut paraturus necessaria conuiuio nuptiali egressus ad uillam octauo lapide ab urbe distantem concito equo ad Persarum uastatorium globum, quem didicerat aduentare, /

2 consulen ♂ V || 3 stringebantur V stringebatur E*BAG* || 4 Izalam] Za-grum *BAG* || 5 lornemtraiturum ♂ V || 7 exprans V expirans E*SB* exhorans *A* exorans *G* | contingerit uenire ♂ V || 8 intentus *Löfst.* conuentis *Damsté reiec. Pighi* || 9 [ni]sibi[n] V | sed omnia VE sibi dominam *BA* se domina *G* | uisas VE uisam *BA* uisa *G* || 10 [data euadendi] V | cast[ris] [h]ostilibus (h *ex* m *m2*) V | abcessisse V abscessisse E*AG* absessisse *B* || 11 utilis V ut uilis *G* | craucasium VE crantasium *S* Crantansium *B* Craucasum *A* Craugasium *G* || 12 coniu*gem (*fu.* n; m *del.*) V coniugem E*SBAG* || 13 que hic VE quae hoc *SG* hoc *BA* | pertam saporem *S* persam S. *B* per S. *G* || 14 taretur V *corr. m3* || 17 postminio ♂ V || 18 si[ne] V || 19 pernitione V suspitione *G* | ubi VE ibi *B AG* || 20 ultima raugasium VE ultimas angustias *BA* ultima Craugasium *G* | incessibant *ex* incessebant (*m2*) V incessebant E*SBAG* || 21 ab*isse (*fu.* i) V | uero *ante* proditoris *add. BG* ueri *A* | proditores (d *ex* t) V proditores *SB* proditoris E*m2AG* || 24 plendidae ♂ V | cessaria ♂ V necessario *BA* | conuiuia V conuiuio *G* || 25 uuillam V | destantem ♂ V || 26 aquo V equo E*A* cursu *BG* | per*sarum V | dicerat ♂ V

confugit susceptusque auenter, qui esset, ex his cognitus, quae loquebatur, Tamsapori post diem traditur quintum perque eum regi oblatus opibus et necessitudine omni recuperata cum coniuge, quam paucos post menses amiserat, erat secundi loci post Antoninum, ut ait poeta praeclarus, „longo proximus interuallo“. ille enim ingenio et usu rerum diuturno firmatus consiliis ualidis sufficiebat in cuncta, quae conabatur, hic natura simplicior, nominis tamen itidem peruulgati. et haec quidem haud diu postea contigerunt. 8

Rex uero licet securitatem praeferens uultu exsultansque specie tenus urbis excidio uidebatur, profundo tamen animi grauiter aestuabat reputans in obsidionalibus malis saepe luctuosas se pertulisse iacturas multoque ampliores se ipsum populos perdidisse, quam e nostris ceperat uiuos uel certe per diuersas fuderat pugnas, ut apud Nisibin aliquotiens euenit et Singara parique modo, cum septuaginta tresque dies Amidam multitudine circumsedisset armorum, triginta milia perdidit bellatorum, quae paulo postea per Discenen tribunum et notarium numerata sunt hac discretione facilius, quod nostrorum cadauera mox caesorum fatiscunt ac diffluunt adeo, ut nullius mortui facies post quadriduum agnoscatur, interfectorum uero Persarum / arescunt in modum stipitum corpora, ut nec liquentibus membris / nec sanie perfusa madescant, quod uita parcior facit et, ubi nascuntur, exustae caloribus terrae. 9

Dum haec per uarios turbines in orientis extimo festinantur, difficultatem aduentantis inopiae frumentorum urbs uerebatur aeterna / uique minacissimae plebis famem ultimum malorum omnium exspectantis subinde Tertullus uexabatur, ea tempestate praefectus, irra- 10

1 [co (*fere* a)gni]tusque V agnitusque E cognitus quae *SBAG* || 2 tam sapore *S* tamen Sapori *B* Sapori *G* | ablatis *G* || 3 opibus (i *ex* u) V | com ♂ V | pauco V paucos E*SBAG* || 4 amiserat V amisit erat *Val.* amiserat, erat *Her.* euasit, sed *post* Antoninum *add. Nov.* || 6 ualidi V ualidis E*BAG* || 7 tametidem V tamen idem E t. et i. *BA* t. itidem *G* || 8 aut ♂ V || 9 liet ♂ V | referens *ex* refens (*m2*) V praeferens *Val. in adn.* || 10 uibatur ♂ V | animo *BAG* | aestuebat V aestuabat E*SBAG* || 14 nisib[inali]quotiens V | signara V Singaram E Susianam *B* Singara *AG* | que *ex* quae V || 15 .III. que V | [a]**midam V | multitudinem V multitudine E*SBAG* | circumsidisset *ex* -sedisset V circumsedisset E*SBAG* | armatorum *BAG* || 18 mox V *def. Löfst. Fletcher* uix *Corn.* | fatiscun[c]taede fluunt (nc *ex* m *m2*) V fatiscunt et defluunt E*BAG* (fath-) f. ac d. *Kell.* diffluunt *C. F. W. M.* || 19 quatriduum ♂ V quatriduum E*BG* | uero *add.* V*m2 sup. lin.* || 20 marescunt VE inarescunt *SBAG* arescunt *Nov.* || 21 perfusam*adescant V perfusa adherescant E p. madescant *BAG* | partior V | unbi V ubi E*SBAG* unde *Kießl.* || 23 eximo V eximio E extimo *BAG* || 25 et spectantis V expectantis E*AG* et e. *B* || 26 e*a (*fu.* t) V

tionabiliter plane; nec enim per eum steterat, quominus tempore congruo alimenta nauibus ueherentur, quas maris casus asperiores solitis uentorumque procellae reflantium delatas in proximos sinus introire
2 portum Augusti discriminum magnitudine perterrebant. quocirca idem saepe praefectus seditionibus agitatus ac plebe iam saeuiente immanius, quoniam uerebatur impendens exitium, ab omni spe tuendae salutis exclusus, ut aestimabat, tumultuanti acriter populo, sed accidentia considerare sueto prudenter obiecit paruulos filios et la-
3 crimans „en", inquit, „ciues uestri — procul omen dii caelestes auertant! — eadem perlaturi uobiscum, ni fortuna affulserit laetior. si itaque his abolitis nihil triste accidere posse existimatis, praesto in potestate sunt uestra." qua miseratione uulgus ad clementiam suapte natura procliue lenitum conticuit aequanimiter uenturam opperiens
4 sortem. moxque diuini arbitrio numinis, quod auxit ab incunabulis Romam perpetuamque fore spopondit, dum Tertullus apud Ostia in aede sacrificat Castorum, tranquillitas mare molliuit mutatoque in austrum placidum uento uelificatione plena portum naues ingressae / frumentis horrea referserunt.

11 Inter haec ita ambigua Constantium Sirmi etiamtum hiberna quiete curantem permouebant nuntii metuendi et graues indicantes id, quod tunc magnopere formidabat, Limigantes Sarmatas, quos expulisse paternis auitisque sedibus dominos suos ante monstrauimus, paulatim posthabitis locis, quae eis anno praeterito utiliter sunt destinata, ne, ut sunt uersabiles, aliquid molirentur iniquum, regiones confines li-

1 plana ♂ V | eteterat V steterat E *AG* ut erat *SB* || 2 maricas usasperioris V maris casus asperior E m. asperitas *B* aestus asperiores *A* maris casus asperioris *G* m. c. asperiores *Val.* | solito E*G* solitae *B* || 3 proellae V procella E procellae *SBAG* | insinus V sinus E*SBAG* || 4 quo circa* (*fu.* m) V || 6 inmanius quam V*AG* immani usquam E*SB* immanius quoniam *Cl.* | u[e]rebatur (e *et* ur *m2*) V urebat E*SBG* || 7 existimabat E*BAG* || 8 accedenti ♂ V | paruulo ♂ V || 9 inquid V | di[i] V || 10 adfulgerit V adfulserit E*SBAG* || 11 ac fidere V*EB* accidere *AG* || 12 sum E*BG* | cle mentia V clementiam E*G* dementia *S* dementiam *BA* | sua*pte V || 13 aequinimiter V aequanimiter E*SB AG* | operiens V*EBA* opperiens b_2*G* || 14 incunalibus V incunabulis E*SBAG* || 15 spondit V spopondit E *Btl. Haupt* respondit *SBAG* spondet *Kießl.* (*?*) *Madv.* | hostia V hostiam E ostia *SBAG* || 16 castrorum V Castoris E Castorum *BAG* || 17 placidum — portum *add.* V*m2 in marg.* | uel efficatione V*m2* uel efficaciore E uelificatione *SBAG* || 18 refer[se]runt V || 19 ambiguum *G* | Sirmii E*SG* | qui*ete V || 20 indigantes V indicantes E*SBAG* || 21 formidabant V*BA* formidabat E*G* | limitantes V*BG* Limigantes E*A* || 23 testinata V destinata E*SBAG* || 24 incum (*?*) *ex* incon (*m2*) V incon E in eum *SBA om. G* inimicum *Lind.* inicum *Haupt*

mitibus occupasse uagarique licentius genuino more, ni pellerentur, omnia turbaturos.

Quae superbius incitanda prope diem imperator dilato negotio cre- 2
dens coacta undique multitudine militis ad bella promptissimi nec-
dum adulto uere ad procinctum egressus est gemina consideratione
alacrior, quod expletus praedarum opimitate exercitus aestate nuper
emensa similium spe fidenter in effectus animabitur prosperos quod-
que Anatolio regente tunc per Illyricum praefecturam necessaria cunc-
ta uel ante tempus coacta sine ullius dispendiis affluebant. nec enim 3
dispositionibus umquam alterius praefecturae, ut inter omnes con-
stat, ad praesens arctoae prouinciae bonis omnibus floruerunt correc-
tione titubantium beniuola et sollerti uehicularie rei iacturis ingenti-
bus, quae clausere domus innumeras, et censuali professione speciosa
fiducia releuatae; indemnesque deinde et innoxii earum incolae par-
tium querelarum sopitis materiis uiuerent, ni postea exquisitorum de-
testanda nomina titulorum per offerentes suscipientesque criminose in
maius exaggerata his propugnare sibi nitentibus potestates, illis
attenuatis omnium opibus se fore sperantibus tutos ad usque pro-
scriptiones miserorumque suspendia peruenerunt.

Rem igitur emendaturus urgentem profectus cum instrumentis am- 4
bitiosis imperator, ut dictum est, Valeriam uenit, partem quondam
Pannoniae, sed ad honorem Valeriae Diocletiani filiae et institutam
et ita cognominatam, sub pellibusque exercitu diffuso per Histri flu-
minis margines barbaros obseruabat ante aduentum suum amicitiae

1 ligentium V*B* licentius E*AG* || 3 dilatio V dilato E*SBAG* || 4 milites V *BA* militis E*G* | promptissimos *BA* || 5 adaltoque a[t] (t *ex* d *m2*) V adalto ad E adhortari egeat *BA* adulto uere ad *G* || 6 estate* (*fu.* m) V || 7 mensa ♂V | similium (*ex* milium *m2*) spem fidenter (fi *ex* u) V s. spem confidenter E simili in spe fidenter *BAG* similium spe f. *Lind.* | in effectus] errectus E | anima* bitur (*fu.* m) V animabatur E*BAG* | prosperoe *ex* prospero (*m2*) V prospere E prosperos *SBAG* | quoque ♂V || 8 illirio [uin]V hillyrium E Illyricum *SBAG* || 8. 9 necessaria — ullius *add.* V*m2 in marg. om.* E || 9 afluebant V adfluebant E *SBAG* || 11 pr[o] uintiae V || 12 tutibantium V titubantium E*SBAG* || 13 -que V*BA* *om.* E quae *G* | inmuneras V innumeras E*SBAG* | proofessio nec V professione E*SBAG* || 14 -que* V *om.* E | arum ♂V || 15 querella[r]um V || 17 propugnari V*BA* propugnare E *Val.* propagari *G* || 18 opibus (pi *ex* r) V | iutos ♂V iuctor E iuctos *SBA* || 19 misererorum[que] V miserorumque E*SB AG* || 20 em[e]ndaturus (*fu.* a) V | instrumentus V instrumentis E*SBAG* | ambitiosus *SBAG* || 22 uale[riae] V | diodetiani *ex* diodetioni (*m2*) V dioclitiani E Diocletiani *SBAG* | adinstitutam *ex* adinstitam (*m2*) V ibi institutam E*m2* adinstitutam *SB* institutam *AG* || 23 suppellibusque V | histrium V hystri E*SBA* Istri *G* | fl[u]m[i]nis V || 24 marginis V margines E*SBAG* | amiticiae V

uelamento Pannonias furtim uastandas inuadere hiemis durissimo cogitantes, cum necdum solutae uernis caloribus niues amnem undique peruium faciunt nostrique pruinis subdiuales moras difficile tolerabant.

5 Confestim itaque missis ad Limigantes duobus tribunis cum interpretibus singulis explorabat modestius percunctando, quam ob rem relictis laribus post pacem et foedera petentibus attributa ita palaren-
6 tur per uaria limitesque contra interdicta pulsarent. qui uana quaedam causantes et irrita pauore adigente mentiri principem exorabant in ueniam obsecrantes, ut simultate abolita transmisso flumine ad eum uenire permitterentur docturi, quae sustinerent incommoda, paratique intra spatia orbis Romani, si id placuerit, terras suscipere longe discretas, ut diuturno otio inuoluti et Quietem colentes tamquam salutarem deam tributariorum onera subirent et nomen.

7 His post reditum tribunorum compertis imperator exsultans ut negotio, quod rebatur inexplicabile, sine ullo puluere consummando / cunctos admisit auiditate plus habendi incensus, quam adulatorum cohors augebat id sine modo strepentium, quod externis sopitis et ubique pace composita proletarios lucrabitur plures et tirocinia cogere poterit ualidissima; aurum quippe gratanter prouinciales corpori-
8 bus dabunt, quae spes rem Romanam aliquotiens aggrauauit. proinde uallo prope Acimincum locato celsoque aggere in speciem tribunalis erecto naues uehentes quosdam legionarios expeditos alueum fluminis proximum ripis obseruare sunt iussae cum Innocentio quodam agrimensore huius auctore consilii, ut, si barbaros tumultuare sensissent, /
9 aliorsum intentos post terga peruaderent improuisi. quae Limigantes licet properari sentirent, nihil tamen praeter preces fingentes stabant

1 pannonias (s *add. m2*) V Pannoniam *SBG* | fastandas V uastandas E*A* uastandam *BG* | inuedere ♂ V || 2 coloribus V caloribus E*SB AG* || 3 tolerabant V *def. de Jonge Hartke* tolerabunt *Pet.* || 5 limitantes *BG* || 6 praecunctando V percontando E*SBAG* || 7 fodera V foedera E*SBAG* | adtributis VE*BG* attributa *A* || 8 uaria VE*BG def. Meurig-D.* uarii *A* per uaria *Kell. C. F. W. M. Corn.* | [li]mitesque V | uanua V uana E*SBAG* || 9 adigentem V adigente E*AG* adigentium *SB* || 10 in *om. BAG* | obsecr[a]ntes V || 11 eam V*B* ea E eum *AG* || 12 intranspatia V intra spatia E*SBAG* || 13 diurno *BG* | quietes V Quietem E*AG* quietis *SB* || 15 redium ♂ V || 16 inexplicabili ♂ V | 16. 17 sine – admisit *add.* V*m2 in marg.* || 17 [auidi]tate V cupiditate *SBAG* || 18 co[hors] V | extern[i]s (i *ex* u) V || 19 prolaterios V proletarios E*AG* per latera *B* || 20 pro *ante* corporibus *add.* E *Reines. Momms. reiec. Müller* || 21 adgrauit V adgrauabat *BA* adgrauauit *G* || 22 Acunincum *SBG* Aquincum *Patsch* Acincum *Češka* || 23 uehentes*** V || 25 [auc]tore V || 26 itentos ♂ V | pos terga V | Improuisique *SBAG* | limitantes *BG* || 27 praeces VE praeter *S* periculi *BA* praeceps *G* praeter preces *Val. in adn.*

incurui longe alia, quam quae gestu praeferebant et uerbis, altis mentibus perpensantes.

Visoque imperatore ex alto suggestu iam sermonem parante lenissimum meditanteque alloqui uelut morigeros iam futuros quidam ex illis furore percitus truci calceo suo in tribunal contorto „marha, marha", quod est apud eos signum bellicum, exclamauit eumque secuta incondita multitudo uexillo elato repente barbarico ululans ferum in ipsum principem ferebatur. qui cum ex alto despiciens plena omnia discurrentis turbae cum missilibus uidisset retectisque gladiis et uerrutis, iam propinquante pernicie externis mixtus et suis ignotusque, dux esset an miles, quia neque cunctandi aderat tempus neque cessandi, equo ueloci impositus cursu effuso euasit. stipatores tamen pauci dum ignis more inundantes conabantur arcere, aut uulnerati interierunt aut ponderibus superruentium solis afflicti sellaque regalis cum aureo puluinari nullo uetante direpta est.

Mox autem audito, quod ad ultimum paene tractus exitium in abrupto staret adhuc imperator, antiquissimum omnium exercitus ratus eum iuuare —nondum enim exemptum periculis aestimauit salutis— fastu fidentior licet ob procursionem subitam semitectus sonorum et Martium frendens barbarorum mori obstinatorum cateruis semet immersit. et quia uirtute dedecus purgatura ardens copia nostrorum erupit iras in hostem perfidum parans, obuia quaeque obtruncabat sine parsimonia uiuos conculcans et semineces et peremptos et, antequam exsatiaret caedibus barbaricis manus, acerui constipati sunt mortuorum. urgebantur enim rebelles aliis trucidatis, aliis terrore disiectis, quorum pars spem uitae cassis precibus usurpando /

1 incurdo **V** (o *ex* u) **E** in Curdo *SBA* incurui *G* || **3** parare **V***BA* parante **E***G* || **4** meditantemque **VE** meditante et *BA* meditanteque *G* | iam futuros *add.* **V***m2 sup. lin.* || **5** furo ♂ **V** || **6** si*gnum (*fu.* n) **V** signum *ante* apud *tr. SB AG* | se[c]uta **V** || **7** uix illo elati **VE** uexillo e. *S* u. elato *BAG* | ululan[s] **V** || **8** febatur ♂ **V** || **9** discurrentes **VE** discurrentis **E***m2 BAG* | milibus **V***B* militibus **E***b*$_2$*G def. Češka* missilibus *A* || **10** propinquam **VE***G* propinqua *SBA* propinquante *Cl. (cf. 22, 3, 5)* | perniciem *G* || **11** duxisset **V** dux esset **E***G* eduxit se. *BA* | an] tum *BA* || **12** inpositu ♂ **V** || **13** ignis] fluminis *Btl. Corn. reiec. Meurig-D.* | mole **V** molem **E** moles *BA* more *G* | alcere **V** regere *B* arcere *AG* | aut uulnerati *om. SBG* || **14** aut *om. G* | pondoribus **V** *corr. m3* || **16** quo ad **VE** quoad *SA* quod *BG* quod ad *Val.* (**W***m2*) | tractos **VE***A* tractus *B* tractus in *G* || **17** stare **VE** staret *BAG* | exercitus] exemptus *S* exemplum *B* || **18** ratum *SB* | cum iubare **VE***A* iubilo *B* eum iuuare *G* | existimauit **E***SB AG* || **21** in[mer]sit **V** | pu[r]gatura (rg *ex* gr) **V** || **23** parsimomonia **V** | semineces**set (*fu.* ce) **V** semineces sed **E** s. et *SBAG* || **24** man[us]** (*fu.* us) **V** || **26** deiectis **V***A* disiectis *BG* | usurpando (p *ex* r *m2*) **V**

multiplicatis ictibus caedebantur, postque deletos omnes in receptum canentibus lituis nostri quoque licet rari uidebantur exanimes, quos impetus conculcauerat uehemens aut furori resistentes hostili late-
16 raque nudantes intecta ordo fatalis absumpsit. mors tamen eminuit inter alios Cellae Scutariorum tribuni, qui inter confligendi exordia / primus omnium in medios Sarmatarum globos immisit.

17 Post quae tam saeua digestis pro securitate limitum, quae rationes monebant urgentes, Constantius Sirmium redit ferens de hoste fallaci uindictam et maturatis, quae necessitates temporis poscebant instantes, egressus exinde Constantinopolim petit, ut orienti iam proximus cladibus apud Amidam mederetur acceptis et redintegrato supplementis exercitu impetus regis Persarum pari uirium robore cohiberet,/ quem constabat, ni caelestis ratio impensiorque repelleret cura multorum, Mesopotamia relicta post terga per extenta spatia signa moturum.

12 Inter has tamen sollicitudines uelut ex recepto quodam antiquitus more ad uicem bellorum ciuilium inflabant litui quaedam colorata laesae crimina maiestatis, quorum exsecutor et administer saepe dictus tartareus ille notarius missus est Paulus, qui peritus artium cruentarum ut lanista ex commerciis Libitinae uel ludi ipse quoque ex
2 eculeo uel carnifice quaestum fructumque captabat. ut enim erat obstinatum fixumque eius propositum ad laedendum, ita nec furtis abstinuit innocentibus exitiales causas affingens, dum in calamitosis stipendiis uersaretur.

1 multiplica[t]is (*fu.* l) **V** | delectos **V** deletos **E** *A G* deiectos *S B* | in *om. G* ni *B* || **2** lituis (i *alt. del.*) **V** lituis **E** *S B A G* | uedebatur ♂ **V** || **4** adsumpsit **V** absumpsit **E** *B A G* || **5** cella eis cutaruorum **V** Cellaei scutariorum **E** celacis cutaruorum *B* Cellae Scutariorum *A G* | se *ante* inter *add.* **E***m2*, *ante* Sarmatarum *Cl.*, *ante* immisit *G* semet *Nov.* sese *Harmon reiec. Pighi* || **6** primum *G* || **7** saeuae **V** saeue **E** *B A* saeua *G* | digesta **E** ab illis gesta *B A* | militum quae **V E** militumque *S B A* quae militum *G* limitum quae *Val. in adn.* || **7. 8** rationis monebantur (o *ex* e *m2*) gentes **V** rationes monebant urgentes **E***m2 G* ratione monebantur gentes *B A* || **8. 9** fa[llaci uindic]tam **V** || **9** maturati **V** *B A* maturitati **E** maturatis *G* || **10** gressus **V** egressus *G* || **11** reintegrato *S B A G* || **12** robure **V** robore **E** *S B A G* || **13** curam **V** cura **E** *B A G* || **14** mesopotamiae **V E** *B* Mesopotamia *A G* | posterga **V** | ext[e]nta (*fu.* a) spatia (a *pr. add. m2*) **V** || **16** m[o]re* **V** | inflammabant *S B G* | [colo]rata **V** || **17** maiestati **V** maiestatis **E** *B A G* | exsecutor (s *add. m3 ?*) **V** | s*epe (*fu.* a) **V** || **17. 18** dictaneus **V** *A* dictus **E** Dictanes *S B* dicendus *G* dictus Catena *Langen* dictus Tartareus *Her.* || **18** missis ♂ **V** | perritiu[s]* (*fu.* m) **V** peritius **E** peritus *B A G* peritior *Cl. in app.* | cruentarum* (*fu.* m) **V** || **19** com[m]erti[is libitinae] **V** || **20** carnificae (a *alt. del. m2*) **V** | questum **V E** quaestum *B A G* || **21** prepositum **V** propositum **E** *S B A G* | laed** dum (*fu.* en) **V** laedendum **E** *S B A G* || **22** adfringen***dum (*fu.* dum) **V** adstringentibus dum **E** ad stringendum *S B A* adfingens, dum *G* | calamito[s]is **V** || **23** saretur ♂ **V**

Materiam autem in infinitum quaestionibus extendendis dedit oc- 3
casio uilis et parua. oppidum est Abydum in Thebaidis partis situm
extremo. hic Besae dei localiter appellati oraculum quondam futura
pandebat priscis circumiacentium regionum caerimoniis solitum coli. /
et quoniam quidam praesentes, pars per alios desideriorum indice 4
missa scriptura supplicationibus expresse conceptis consulta numi-
num scitabantur, chartulae siue membranae continentes, quae pete-
bantur, post data quoque responsa interdum remanebant in fano. ex 5
his aliqua ad imperatorem maligne sunt missa, qui, ut erat angusti
pectoris, obsurdescens in aliis etiam nimium seriis in hoc titulo ima,
quod aiunt, auricula mollior et suspicax et minutus acri felle conca-
luit statimque ad orientem ocius ire monuit Paulum potestate delata,/
ut instar ducis rerum experientia clari ad arbitrium suum audiri effi-
ceret causas. datumque est negotium Modesto etiamtum per orientem 6
comiti, apto ad haec et simila. Hermogenes enim Ponticus ea tem-
pestate praefectus praetorio ut lenioris ingenii spernebatur.

Perrexit, ut praeceptum est, Paulus funesti furoris et anhelitus ple- 7
nus dataque calumniae indulgentia plurimis ducebantur ab orbe
prope terrarum iuxta nobiles et obscuri, quorum aliquos uinculorum
afflixerant nexus, alios claustra poenalia consumpserunt. et electa 8
est spectatrix suppliciorum feralium ciuitas in Palaestina Scythopolis,/
gemina ratione uisa magis omnibus opportuna, quod secretior et inter
Antiochiam Alexandriamque media, unde multi plerumque ad crimina
trahebantur.

1 extendis **VE** extentis *SBAG* extendendis *Val.* || **2** pura **V** parua *G* | opi-
dum **V** | ab[y]dum **V** | thebeidis ♂ **V** || **2. 3** partis dum extremo **V** partes d. e.
E*B* parte situm extrema *AG* partis s. extremo *Pet.* || **3** apellati **V** || **5** praesentes
(n *ex* r) **V** || **6** exprese **V** | nominum ♂ **V** || **7** cartulae — petebantur *add.* **V***m2*
in marg. | saeui **V***m2* seu **E***BAG* siue *Cl.* || **8** fanso **V** fano *BAG* || **9** malignae *ex*
magnae (*m2*) **V** || **9. 10** augusti rectoris **V** angusti pectoris *G* || **10** nemium *ex* nimium
(*m2*) **V** nimium **E***SBAG* || **11** munitus *SBG* || **12** statimque (i *add. m2*) **V** |
ab oriente *BA* | ocius (c *ex* t) **V** | remonuit **V** remouit **E***S* remouit. ad *BA* ire
monuit *G* || **13** experi*entia (*fu.* m) clari (l *ex* r) **V** || **14** datumque] Dumque *S*
BA | modeste *BA* Modesto commissum *G* | oriente **V** orientem **E***SBAG* ||
15 similia *ex* milia (*m2*) **V** || **16** ingeni[i] **V** !|| **17** muroris **V** meroris **V***m3***E***SBA*
furoris *G* | hanellitus **V** || **18** calumnia indiligentia **VE** c. indiligenter *BA* ca-
lumniae indulgentia, *G* | p[l]urimis (l *ex* r) **V** plurimi **E***m2SBAG* plurimis, *Cl.* |
urbe **VE***BA* orbe **E***m2G* || **19** iuxta — uinculorum *add.* **V***m2 in marg.* || **20** ad-
dixerant *SB* adflixerunt *G* || **21** fer(*?* t *?*)alium **V** | in *add.* **V***m2 om. BAG* |
schytopolis **V** || **22** uis[am]agis **V** | oporna ♂ **V** | est *ante uel post* secretior *add.*
Nov. Pet. reiec. Blomgren || **23** alexantriamque ♂ **V** || **24** *[t]rahebantur **V**

9 Ductus est itaque inter primos Simplicius, Philippi filius, ex praefecto et consule, reus hac gratia postulatus, quod super adipiscendo interrogasse dicebatur imperio, perque elogium principis torqueri praeceptus, qui in his casibus nec peccatum aliquando pietati dederat nec erratum, fato quodam arcente corpore immaculato lata fuga damnatus est. dein Parnasius ex praefecto Aegypti, homo simplicium morum, eo adductus periculi, ut pronuntiaretur capitis reus, itidem pulsus est in exsilium saepe auditus multo antehac rettulisse, quod, cum Patras, Achaicum oppidum, ubi genitus habuit larem, impetrandae causa cuiusdam relinqueret potestatis, per quietem deducentia se
11 habitus tragici figmenta uiderat multa. Andronicus postea, studiis liberalibus et claritudine carminum notus, in iudicium introductus, / cum secura mente nullis suspicionibus urgeretur, purgando semet
12 fidentius absolutus est. Demetrius itidem Cythras cognomento philosophus, grandaeuus quidem, sed corpore durus et animo, sacrificasse aliquotiens confutatus infitiari non potuit asserens propitiandi causa numinis haec a prima adolescentia factitasse, non temptandi sublimiora scrutatis; nec enim quemquam id nouerat affectare. diu itaque adhaerens eculeo cum fiducia graui fundatus nequaquam uarians eadem oraret intrepidus, Alexandriam, unde oriebatur, innoxius abire permissus est.

13 Et hos quidem aliosque paucos aequa sors ueritatis adiutrix periculis exemit abruptis. criminibus uero serpentibus latius per implicatos nexus sine fine distentos quidam corporibus laniatis exstinguebantur, alii poenis ulterioribus damnati sunt bonis ereptis Paulo succentore fabularum crudelium quasi e promptuaria cella fallaciarum et nocendi species suggerente complures, cuius ex nutu, prope
14 dixerim, pendebat incidentium omnium salus. nam si qui remedia quartanae uel doloris alterius collo gestaret siue per monumentum

1 simpli[c]ius (c *ex* t) V | philipi ♂V || 2 grata VE gratia E*m2SBAG* || 4 pietati V *def. Hagend.* pietari *Langen* || 5 lata *om. G ut dittogr. del. Corn. reiec. Blomgren* || 7 eo *add. G* | deductus V adductus *Cl.* (*cf. 14, 11, 8*) | reus *add.* V*m2* || 9 gitus ♂V | inpetrande *ex* inpetrade (*m2*) V || 10 reliqueret V relinqueret E*SBAG* || 11 post astudiis V postea st. *Gdt.* || 13 perpurgando *Günther* | semper et V semet *Btl. Günther* semper se *Corn.* || 14 item *SBAG* || 15 et V sed *G* | sacricasse ♂V || 17 nominis ♂V | a *add.* V*m2* | sub[limiora] V || 19 fidutia V || 23 eximit V exemit E*BAG* || 25 alii. Alii V alii E*SBAG* || 26 quasceV quas e E*BAG* quasi e *Val.* (N) || 27 et] extulit *BAG* | speties egerentque VE specie egitque *BAG* species suggerente *Val.* (*uel* egerente *in adn.*) || 28 incedentium V incidentium *Cl.* (*cf. 26, 10, 10*) *prob. Pighi* || 29 gestarum V *corr. m3* gestarent E*SBA* | monumen ♂V

transisse uesperi maleuolorum argueretur indiciis, ut ueneficus sepulchrorumque horrores et errantium ibidem animarum ludibria colligens uana pronuntiatus reus capitis interibat. et prorsus ita res agebatur, quasi Clarum, Dodonaeas arbores et effata Delphorum olim sollemnia in imperatoris exitium sollicitauerint multi. unde blanditiarum taetra commenta Palatina cohors exquisite confingens immunem eum fore malorum communium asserebat fatum eius uigens semper et praesens in abolendis aduersa conantibus eluxisse uocibus magnis exclamans.

Et inquisitum in haec negotia fortius nemo, qui quidem recte sapiat, reprehendet. nec enim abnuimus salutem legitimi principis, / propugnatoris bonorum et defensoris, unde salus quaeritur aliis, consociato studio muniri debere cunctorum; cuius retinendae causa ualidius, ubi maiestas pulsata defenditur, a quaestionibus uel cruentis / nullam Corneliae leges exemere fortunam. sed exsultare maestis casibus effrenate non decet, ne uideantur licentia regi subiecti, non potestate, ut imitandus sit Tullius, cum parcere uel laedere potuisset, / ut ipse affirmat, ignoscendi quaerens causas, non puniendi occasiones, / quod iudicis lenti et considerati est proprium.

Tunc apud Daphnen, amoenum illud et ambitiosum Antiochiae suburbanum, uisu relatuque horrendum natum est monstrum, infans ore gemino cum dentibus binis et barba quattuorque oculis et breuissimis duabus auriculis, qui partus ita distortus praemonebat rem publicam in statum uerti deformem. nascuntur huiusmodi saepe portenta indicantia rerum uariarum euentus, quae, quoniam non expiantur ut apud ueteres publice, inaudita praetereunt et incognita.

1 uesperum V*BA* uesperi E *Nov.* uespere *G* | maliuorum V maleuolorum E*SBAG* | beneficus V ueneficus E*m2AG* beneficiis *S* ueneficiis *B* || **2** intidem V itidem E item *SBA* indidem *G* ibidem *Lind.* | aludebria V ad ludibria E ludibria *SBAG* || **3** una ♂V uaria *SBG* | pronunatus V pronuntiatus E*SBAG* || **4** eff[a]ta V | delforum V || **5** solentia V solennia E*BAG* | blandi quarum VE blanditiarum *BAG* || **7** commonium V communium E*SBAG* | factum ♂V | ingens *SBAG* || **8** luxisse ♂V elusisse E*SB* || **10** inquisitam ♂V || **11** reprehendit V reprehendat *Btl.* reprehendet *Corn.* || **12** queritur V queritatur E quaeritur *BAG* || **13** deberet ♂V | redinendae V retinendae E *Gdt.* redimendae *SBAG* || **15** legis V leges *G* | exemeres V eximeres E*A* exomeres *S* exoneres *B* exemere *G* || **17** dimitandus *ex* timitandus (*m2*) V imitandus E*SB AG* | uelle de re *SBA* ue laedere *G* || **18** ocasiones V || **20** daf*nen (n *alt. add. m2*) V | illut V | antiochia ♂V || **21** mostrum V monstrum E*SBAG* || **22** dentibus cum *tr. SBG* || **23** breussimis ♂V | auricilis V auriculis E*SBAG* | que parthus V qui partus E*m2BAG* | praemanebat *ex* praemanbat (*m2*) V praemonebat E*G* permanebat *S* permonebat *BA* || **24** formem ♂V | huiuscemodi *SBAG* || **26** aput V

18 His temporibus Isauri diu quieti post gesta, quae superior continet textus, temptatumque Seleuciae ciuitatis obsidium paulatim reuiuiscentes, ut solent uerno tempore foueis exsilire serpentes, saltibus degressi scrupulosis et inuiis confertique in cuneos densos per furta et latrocinia finitimos afflictabant praetenturas militum ut montani
2 fallentes perque rupes et dumeta ex usu facile discurrentes. ad quos ui uel ratione sedandos Lauricius adiecta comitis dignitate missus est rector, homo ciuilis prudentiae, qui minis potiusquam acerbitate pleraque correxit adeo, ut eo diu prouinciam obtinente nihil accideret, quod animaduersione dignum aestimaretur.

1 [hi]sauri **V** | continent **V** continet **E** *S B A G* || 2 seleutiae **V** || 3 tepore *B G* | foue[i]s (i *ex* n) **V** || 4 scrupalosis **V** scrupulosis **E** *m2 S B A G* || 5 et eo *ante* praet. *add. B A G* | paetenturas ♂ **V** praetendentes *B A* | milites *B A* || 8 aceruitate **V** acerbitate **E** *S B A G* | plereque ♂ **V** || 9. 10 -eo ut – aestimaretur *add.* **V** *m2* (-eo ut – nihil *in ras.*) || 10 AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER XVIIII. INCIPIT. LIBER. XX. FELICITER. **V** AMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM FINIT LIBER XVIIII. INCIPIT. XX. **E**

LIBER XX

1. Lupicinus magister armorum aduersus Scottorum et Pictorum incursiones in Britannias cum exercitu mittitur.
2. Vrsicinus magister peditum praesentalis calumniis appetitus discingitur.
3. Defectus solis et de duobus solibus ac decausis defectuum solis et lunae dequeuariis lunae mutationibus ac figuris.
4. Iulianus Caesar a militibus Gallicanis, quos Constantius ipsi detrahi et in orientem aduersus Persas transferri iusserat, Lutetiae Parisiorum, ubi hiemabat, per uim Augustus appellatur.
5. Iulianus Augustus contionem habet ad milites.
6. Singara a Sapore oppugnata et capta. oppidani cum equitibus auxiliaribus et duabus legionibus praesidiariis in Persidem abducti. oppidum excisum.
7. Bezabden oppidum a tribus legionibus defensum Sapor expugnat ac reparatum praesidio commeatuque instruit. idem Virtam munimentum frustra adoritur.
8. Iulianus Augustus per litteras Constantium Augustum de re Lutetiae gesta certiorem facit.
9. Constantius Augustus Iulianum Caesaris nomine contentum esse iubet legionibus Gallicanis uno animo constanter repugnantibus.
10. Iulianus Augustus Francos cognomine Attuarios trans Rhenum inopinantes aggressus post plurimos partim captos, partim occisos ceteris pacem petentibus dedit.
11. Constantius Augustus Bezabden omnibus copiis oppugnat ac re infecta discedit. et de arcu caelesti.

Haec per Illyricum perque orientem rerum series fuit. consulatu 1
uero Constantii deciens terque Iuliani in Britanniis cum Scottorum
Pictorumque gentium ferarum excursus rupta quiete condicta loca
limitibus uicina uastarent et implicaret formido prouincias praeter-
5 itarum cladium congerie fessas, hiemem agens apud Parisios Caesar /
distractusque in sollicitudines uarias uerebatur ire subsidio trans-

1 ylliricum *ex* ill- V hilliricum E Illyricum *SAG* Illiricum *B* | ser[ies] V | consolatu *ex* consotu V consulatu E*SBAG* || 2 ter*que V | brittaniis V Britannis E*G* Brytannis *SB* Britannis *A* | [sco]ttorum V scotorum E*SBAG* || 3 ex cursu V excussu (s *alt. del.*) E excursu *SBAG* excursus *Val. in adn.* || 4 uastarentur *G* || 5 congeri eff[es]sas V congerie fessas E*BAG* | parrisios V Parisios E*SBAG* || 6 distractosque *ex* districtosque (*m2*) V distractusque *ex* distractosque E*m2* distractusque *BAG* | solitudinis V solicitudines E*m2AG* solitudines *B*

marinis, ut rettulimus ante fecisse Constantem, ne rectore uacuas relinqueret Gallias Alamannis ad saeuitiam etiamtum incitatis et bella.
2 ire igitur ad haec ratione uel ui componenda Lupicinum placuit, ea tempestate magistrum armorum, bellicosum sane et castrensis rei peritum, sed supercilia erigentem ut cornua et de tragico, quod aiunt, coturno strepentem, super quo diu ambigebatur, auarus esset potius
3 an crudelis. moto igitur uelitari auxilio, Herulis scilicet et Batauis / numerisque Moesiacorum duobus, adulta hieme dux ante dictus Bononiam uenit quaesitisque nauigiis et omni imposito milite obseruato flatu secundo uentorum ad Rutupias sitas ex aduerso defertur / petitque Lundinium, ut exinde suscepto pro rei qualitate consilio / festinaret ocius ad procinctum.

2 Quae dum ita geruntur, post Amidae oppugnationem Vrsicinum ad commilitiu mprincipis ut peditum magistrum reuersum —successisse enim eum Barbationi praediximus— obtrectatores excipiunt primo disseminantes mordaces susurros, dein propalam ficta crimina sub-
2 nectentes. quibus imperator assensus ex opinione pleraque aestimans et insidiantibus patens Arbitionem et Florentium officiorum magistrum quaesitores dederat spectaturos, quas ob res oppidum sit
3 excisum. quibus apertas probabilesque refutantibus causas ueritisque, ne offenderetur Eusebius, cubiculi tunc praepositus, si documenta suscepissent perspicue demonstrantia Sabiniani pertinaci ignauia haec accidisse, quae contigerunt, a ueritate detorti inania quaedam longeque a negotio distantia scrutabantur.

4 Qua iniquitate percitus qui audiebatur „etsi me", inquit, „despicit

1 retulimus ♂ V retulimus E*SBAG* | Constantium *BG* | uaquas V uacuas E*SBAG* || 2 bel[la] V || 3 ire] mittere *BAG* | [adhae]cr[e]tione (*fu.* a) V ad hec ratione E *Val.* (haec) ad haec loca ad rationes *BAG* | uel VE *om. BAG* uel ui *Val.* | componendas *BAG* || 5 cornuae V cornua E*SBAG* || 6 coturno] V | [quod] V quod E*SB* quo *AG* | aua[r]us V || 7 igitur] ergo *SBG* | erulis V | [scili]cet (cet *add. sup. lin.*) V || 8 numeriqu*e (*fu.* a) V numerisque E*B AG* | Moesicorum *SBG* | duobus] pluribus *BAG* || 10 defer[t]ur V || 11 petitique lugdunum E petitque L. *SB* p. Londinium *A* | ut *add.* V*m2 sup. lin.* || 13 cum V *def. Opitz* dum *Cl.* | genruntur *ex* genrentur (*m2*) V agerentur E geruntur *SBAG Opitz* gererentur *Kießl. Ehrismann* || 14 ut] et *BAG* | magisterium *G* || 15 obstrectatores V obtrectatores E*SBAG* || 16 dein *ex* in (*m2*) V || 17. 18 aestimas et V existimans et E aestimasset *SB* aestimans *A* aestimans et *G* || 18 [patens] V | Arbetionem *A* | offi[c]iorum (c *ex* t) V || 19 quasitores ♂ V | sectat uros ♂ V || 20 ex[cisum] V | ape[rtas] *ex* op- (*m2*) V || 21 eusepius V Eusebius E*SBAG* || 22 demonstratia ♂ V || 23 contingerunt V contigissent E contigerunt *SBAG* | quae[dam] V || 24 scrutabantur *ex* stutabantur V || 25 audiebat *BAG* | inquid V | dispicit V despicit E*SBAG*

imperator, negotii tamen est magnitudo, ut non nisi iudicio principis nosci possit et uindicari; sciat tamen uelut quodam praesagio, quod, dum maeret super his, quae apud Amidam gesta amendata didicit fide dumque ad spadonum arbitrium trahitur, defrustandae Meso-
5 potamiae proximo uere ne ipse quidem cum exercitus robore omni / opitulari poterit praesens."

Relatis adiectisque cum interpretatione maligna compluribus iratus 5
ultra modum Constantius nec discusso negotio nec patefieri, quae scientiam eius latebant, permissis appetitum calumniis deposita mi-
10 litia digredi iussit ad otium Agilone ad eius locum immodico saltu promoto ex Gentilium Scutariorum tribuno.

Eodem tempore per eoos tractus caelum subtextum caligine cerne- 3
batur obscura et a primo aurorae exortu ad usque meridiem intermicabant iugiter stellae; hisque terroribus accedebat, quod, cum lux
15 caelestis operiretur e mundi conspectu penitus lance abrepta, defecisse diutius solem pauidae mentes hominum aestimabant: primo attenuatum in lunae corniculantis effigiem, deinde in speciem auctum semenstrem posteaque in integrum restitutum. quod alias non euenit 2
ita perspicue, nisi cum post inaequales cursus iter menstruum lunae
20 ad idem reuocatur initium certis temporum interuallis, id est, cum in domicilio eiusdem signi tota repperitur luna sub sole liniamentis obiecta rectissimis, atque in his paulisper consistit minutis, quas geometrica ratio partium partes appellat. ac licet utriusque sideris con- 3

1 est *om.* **E** est tamen *tr. SBAG* | ea *ante* est *add. Corn. reiec. Pighi Löfst.* tanta *add. Haupt* | iudi[c]io (c *ex* o) **V** indicio *SBA* || 2 nos[c]i (c *ex* t) **V** | et *add.* **V***m2 sup. lin.* | uindicare ♂ **V** | uel ♂ **V** | quo[t] (t *ex* d) **V** qd q̊t (qd *del.*) **E** quod *SBAG* || 3 tum **VE** cum *SBA* dum *G* | [amen]data (amen *et* a *ult. add. m2*) **V** amendata **E** *def. Günther Pet.* emendata *SAG* emendataque *B* | dedi cit ♂ **V** || 4 sp[a d]onum (ad *add. m2*; d *ex* t) **V** | traitur defrustrandae **V** trahitur defrustranda **E** t. defrustandae *BA* t. defensandae *G* || 5 ipsi quidam **V** i. quidem **E** ipse q. *BAG* | exertitus rubore **V** exercitus robore **E***SAG* exercitu r. *B* || 7 maligni ♂ **V** || 8 constantius *ex* costantius **V** | discussio **V** discusso **E***SBAG* | patefigeri **V** patefieri **E***SBAG* || 10 degredi **V** digredi **E***BAG* | inmodicos altu **V** immodico saltu **E***A* moderandum a se *BG* || 11 et *post* Gentilium *add. Gdt. reiec. Babut Blomgren* || 12 tractus (tus *add. sup. lin.*) **V** || 13 obsc[u]ra (u *add. m2 sup. lin.*) **V** | usque ad *tr. SBG* | inter[mi]cabant **V** || 14 accidebat **VE** accedebat *SBAG* || 15 lance **V** *restit. Kießl.* luce **E***BAG* | aberepta **VE** abrepta *BAG* erepta *Kießl.* | deficisse *ex* dificissi **V** defecisse **E***SBAG* || 16 [aestima]bant **V** || 18 semestrem ♂ **V** semestrem **E***SBAG* | adalias **V** *dubitat, an restituendum sit Löfst.* alias **E***SBAG* || 19 inaequae les **V** inaequales **E***SBAG* | inter menstruum **VE** intermenstruum *BAG* iter m. *Val.* || 20 id **V** idem *G* || 22 consistat **V** consistit *G* | quas egeometrica **V** quasi geometrica **E***m2* quas g. *BAG* || 23 partium *om. SBAG* | liet ♂ **V** | conuersione **VE** conuersiones *BAG*

uersiones et motus, ut scrutatores causarum intellegibilium aduerterant, in unum eundemque finem lunari cursu impleto perenni distinctione conueniunt, tamen sol non semper his diebus obducitur, / sed cum luna e regione uelut libramento quodam igneo orbi et aspectui
4 nostro opponitur media. ad summam tum sol occultatur splendore 5
suppresso, cum ipse et lunaris globus, astrorum omnium infimus, / parili comitatu obtinentes circulos proprios saluaque ratione altitudinis interiectae iunctim locati, ut scienter et decore Ptolemaeus exponit, ad dimensiones uenerint, quos *ἀναβιβάζοντας* et *καταβιβάζοντας ἐκλειπτικοὺς συνδέσμους*, coagmenta uidelicet defectiua, Graeco dicti- 10
tamus sermone. et si contigua isdem iuncturis praestrinxerint spatia, /
5 dilutior erit defectus. si uero articulis ipsis inhaeserint, qui coactius ascensus uinciunt et descensus, offunditur densioribus tenebris caelum, ut crassato aere ne proxima quidem et apposita cernere queamus.
6 Sol autem geminus ita uideri existimatur, si erecta solito celsius 15
nubes aeternorumque ignium propinquitate collucens orbis alterius claritudinem tamquam e speculo puriore formauerit.
7 Nunc ueniamus ad lunam. apertum et euidentem ita demum sustinet luna defectum, cum pleno lumine rotundata solique contraria / ab eius orbe centum octoginta partibus, id est signo septimo, dispara- 20
tur. et quamquam hoc per omne plenilunium semper eueniat, non
8 semper deficit tamen. sed quoniam circa terrenam mobilitatem locata / et a caelo totius pulchritudinis extima nonnumquam ferienti se subserit lanci, obiectu metae noctis in conum desinentis angustum latet

2 per en ni *ex* per enim **V** || 4 [etaspe]ctui **V** || 5 mendia **V** media **E***SBAG* | [sum]mam **V** || 6 subpresso **V** || 6. 7 infimis parilis **V** infimi p. **E** i. parili *BA* infimus p. *G* || 7 obtimentes **V** optinentes **E** obtinentes *BAG* | altidinis ♂ **V** || 9. 10 aNABIBAZONtacetika. TABIBAZONTACEKAIΠΠK OYCCYNAEC-ϺO*YCCO; agmenta (**fu.* Y) **V** KAIΠΤΙ (*uel* TIT!) ... agmenta **E** (aug-*m2*) (*Graeca om.*) augmenta *SB ANABIBAZONTAΣ* et *KATABIBAZONTAΣ EIKAIΠΤΙΚΟΥΣ ΣΥΝΔΕΣΜΟΥΣΣΟ* (*lac. 10 litt.*) agmenta *A* *ἀναβιβάζοντας* et *καταβιβάζοντας ἐκλιπτικοὺς συνδεσμούς*, coagmenta *G* || 10 dictitata **V***BA* dictata *ex* dictita **E***m2* dictitant *G* dictitamus *Cl. c. c.* || 11 praestrin[x]serint (**x** *add. m2 in ras.*) **V** praestrinxerint **E***G* praestrinxerunt *SBA* || 12 inaeserintur **V** inhaeserint **E***SBAG* || 13 discensus offenditur **V** *corr. m3* discensus offenditur **E** descensus o. *SB* | densionibus *G* || 14 quiamus ♂ **V** || 15 celsius solito *tr. SBAG* || 17 clarit[udin]em **V** | specculo **V** || 18 sus ♂ **V** || 19 rotunda *BAG* || 20 cen*tum occoginta ♂ **V** || 21 eueat ♂ **V** || 22 defecit **V** deficit **E***SB AG* | [m]obilitatem **V** || 23 est ac coeli *Gutschmidt: sed Nov. cf. Macr. Somn. 1, 16, 12* | to*tius **V** || 24 lamci **VE** luci *BAG* lanci *Kießl.* (**W***m2***N***m2*) | obiectum; ete **VE** o. et e *SBA* obiectu metae *G* | desidentis *ex* desidentes (*m2*) **V** desidentes **E** desinentis *BAG* | a[n]gustu* (n *m2 in ras.*; * *fu.* m) **V** anguste *BA* angustum **E***G*

parumper umbrata tumque nigrantibus inuoluitur globis, si sol ut sphaerae inferioris curuamine circumfusus mole obsistente terrena / radiis eam suis illustrare non possit, quam numquam habere proprium lumen opiniones uariae collegerunt.

Et cum ad idem signum aequis partibus soli concurrerit, obscuratur, 9 ut dictum est, penitus hebetato candore et tunc lunae Graece synodos dicitur. nasci autem putatur, cum parua declinatione uelut e perpen- 10 diculo superiectum egerit solem. exortus uero eius adhuc gracilescens / primitus mortalitati uidetur, cum ad secundum relicto sole migrauerit signum. progressa itaque porrectius iamque abunde nitens cornutae habitu menoides est appellata. cum autem sole longo coeperit interstitio summoueri et ad quartum peruenerit signum, radiis eius ad se conuersis maius concipit lumen et fit Graeco sermone dichomenis, / quae forma semiorbem ostendit. procedens deinde iam disiunctissime / 11 quintoque signo arrepto figuram monstrat amphicyrti utrimque prominentibus gibbis. e regione uero cum normaliter steterit contra, lumine pleno fulgebit domicilium septimi retinens signi et in eodem tum etiam agens paululumque progressa minuitur, quem habitum uocamus *ἀπόκρουσιν*, et usque easdem formas repetit senescendo traditurque doctrina multiplici congruente non nisi tempore intermenstrui deficere uisam usquam lunam.

1 perarum per umbratum que V parumper umbrata tumque E *Val.* parum perumbrata cumque *SB* parumper umbrata c. *A* p. umbrarumque *G* || 1. 2 [ui]fere V uipere E fere *SBA* spherae *G* ut sferae *Cl.* || 2 [in]ferioris V | obsistent*e (*fu.* a) V | terrene (n *ex* r) V terrena E*BAG* || 4 opiones V opiniones E*S BAG* | collierunt V collegerunt E*SBAG* || 5–8 et cum – solem *add.* V*m2 in marg.* || 5 obcuratur ♂ V*m2* || 6 candoret uniuae V*m2* candore qui E c. mene *BAG* c. et tunc lunae *Her. Cl.* || 7 dicitur *om. SBAG* | uelate V*m2* uelatae E uelut a *BAG* uelut e *Val.* (N*m2*) || 8 super eiectum gerit V*m2* s. erectum g. *BAG* superiectum *Val.* (N) egerit *Cl.* | gra[c]ilescens (c *pr. fu.* t) V || 9 mortalita ♂ V | uide*tur (*fu.* n) V || 10 progressus V progressa *G* | habunde V | cornnut*e (*fu.* a) V || 11 menoid hoc (e *add. m2 sup. lin.*) V moenos (*?*) E *Μονοϊδης B Μηνοειδής AG* || 12 quintum V quartum *Val. in adn.* || 13 couersis V | concepit ♂ V | dichomenis *ex* dicominis (*m2 ?*) V dichomenis E *διχότομος BG διχόμηνος A* || 14. 15 disiunctissimo quintoque VE*A* disiunctissimoque *SBG* disiunctissime, quintoque *Val.* || 15 amficyrti V*A* (amph-) amficuti E *Ἀμφίκυρτος B ἀμφικύρτου G* || 16 gybbis *ex* gabbis (*m2*) V || 17 reti[n]ens (n *pr. ex* m) V | eundem ♂ V || 17. 18 cum agens etiam *SBG* || 18 agens (n *add. m2 sup. lin.*) V | quem habitu inuocamus V quem habitum uocamus E*G* quam habitu inuocamus *SBA* || 19 ACTOKPICIN VE *πανσέληνος BA ἀπόκρισιν G ἀπόκρουσιν Val.* | absque ea idem VE*B* Atque easdem *A* easdem *G* et usque e. *Her.* | seniscendo *ex* senescendo (*m2*) V | graditurque V traditurque *G* || 20 doctrimam V doctrina E*BAG* | conguente V congruente E*SBAG* concinente *? Cl. in app.* | sini V nisi E*G* sine *SBA*

12 Quod autem solem nunc in aethere, nunc in mundo inferiore cursare praediximus, sciendum est siderea corpora, quantum ad uniuersitatem pertinet, nec occidere nec oriri, sed ita uideri nostris obtutibus / constitutis in terra spiritus cuiusdam interni motu suspensa rerumque magnitudini instar exigui subditum puncti, nunc caelo infixas suspicere stellas, quarum ordo est sempiternus, aliquotiens humana uisione languente discedere suis sedibus arbitrari. uerum ad instituta iam reuertamur.

4 Properantem Constantium orienti ferre suppetias turbando prope diem excursibus Persicis, ut perfugae concinentes exploratoribus indicabant, urebant Iuliani uirtutes, quas per ora gentium diuersarum fama celebrior effundebat magnorum eius laborum factorumque uehens adoreas celsas post Alamanniae quaedam regna prostrata / receptaque oppida Gallicana ante direpta a barbaris et excisa, quos
2 tributarios ipse fecit et uectigales. ob haec et similia percitus metuensque, ne augerentur in maius, stimulante, ut ferebatur, praefecto Florentio Decentium tribunum et notarium misit auxiliares milites exinde protinus abstracturum, Herulos et Batauos, cumque Petulantibus Celtas et lectos ex numeris aliis trecentenos hac specie iussos accelerare, ut adesse possint armis primo uere mouendis in Parthos.

3 Et super auxiliariis quidem et trecentenis cogendis ocius proficisci Lupicinus conuentus est solus transisse ad Britannias nondum compertus, de Scutariis autem et Gentilibus excerpere quemque promptissimum et ipse perducere Sintula iubetur Caesaris stabuli tunc tribunus.

1 nunc²] nun V nunc E*SBAG* | interiore V inferiore *Val. in adn.* | *cursari V cursare *G* uersari *Btl.* || 2 corpor[a] V || 3 perti[n]et (n *ex* m) V | occide ♂ V || 4 constituti V constitutis E*BAG* || 5 instrar V insancta E instar *SBAG* | subditam VE subdita *BAG* subditum *Gutschmidt* | infixa VE infixas *SBAG* | suspice[*re*****] (*fu.* retineri) V || 6 humana*** (a *alt. ex* u *m2; fu.* isi) V || 7 reuerta[m]ur (*fu.* nt) V || 9 ostrantium V Constantium E*SBAG* | turban**do (*fu.* tu *?*) V || 10 ut *add.* V*m2 sup. lin.* || 10. 11 exploratoribus — uirtutes *add.* V*m2 in marg.* | indicabantur ebat V*m2* indicabantur urebant (ur *pr. del.*) E indicabant, urebat *B* i., urebant *AG* || 11 iulianum VE*B* iuliani E*m2 AG* || 12 fame V fama E*AG* famam *B* | laborumque factorum V laborum factorumque E*BAG* laborumque et factorum *Meurig-D.* || 13 adorea[s] (s *ex* ns *m2*) V | Alemaniae *B* Alemanniae b_1b_2G || 15 tributorios ♂ V || 17 milites *om. BG* || 18 deprotinus V protinus E*SBAG* | aerulos V Erulos E Herulos *BAG* | uatauos V Batauos E*BAG* || 19 *lectos (*fu.* e) V Leucios *BA* | ·ccc· nos ac V ·ccc· nos hac E tricenos ac *B* t., hac *A* trecentenos, hac *G* || 21 auxili*ariis (*fu.* i) V || 22 l[u]picinus V | brittanias V | conpertus *ex* conpertas V || 23 et *add.* V*m2 om. BA* | gentibus *SBA* || 24 s[ingula] V singula E singulos *BA* Sintula *G*

Conticuit hisque acquieuerat Iulianus potioris arbitrio cuncta con- 4
cedens. illud tamen nec dissimulare potuit nec silere, ut illi nullas pa-
terentur molestias, qui relictis laribus transrhenanis sub hoc uenerant
pacto, ne ducerentur ad partes umquam transalpinas, uerendum esse
affirmans, ne uoluntarii barbari militares saepe sub eiusmodi legibus
assueti transire ad nostra hoc cognito deinceps arcerentur. sed loque- 5
batur in cassum. tribunus enim parui querelas Caesaris ducens Au-
gusti iussis obtemperabat et lecta expeditiore manu uigore corporum-
que leuitate praestanti cum isdem profectus est spe potiorum erectus.
Et quia sollicitus Caesar, quid de residuis mitti praeceptis agi debe- 6
ret, perque uarias curas animum uersans attente negotium tractari
oportere censebat, cum hinc barbara feritas, inde iussorum urgueret
auctoritas, maximeque absentia magistri equitum augente dubietatem/
redire ad se praefectum hortatus est olim Viennam specie annonae
parandae digressum, ut se militari eximeret turba. perpendebat enim 7
ad relationem suam, quam olim putabatur misisse, abstrahendos e
Galliarum defensione pugnaces numeros barbarisque iam formidatos. /
qui cum suscepisset Caesaris litteras monentis petentisque, ut uenire 8
acceleraret rem publicam consiliis iuuaturus, obstinatissime detrec-
tabat hac ratione pauore mente confusa, quod aperte scripta signi-
ficabant ab imperatore nusquam diiungi debere praefectum in ardore
terribilium rerum. adiectumque est, quod, si procurare dissimulasset, /
ipse propria sponte proiceret insignia principatus gloriosum esse ex-

1 po[u]tioris **V** potioris **E** *SBAG* | concudens **V** concludens **E** *BA* concedens *G* || 2 dissi**mulare (*fu.* la) **V** || 6 cogito **VE** cognito *SBAG* | deincenps **V** || 7 parui *ex* paui **V** || 8 lectas **V E** lecta *BAG* || 9 praestanti (n *add. m2 sup. lin.*) **V** | hisdem **VE** *B* iisdem *AG* | erectus **V** *def. Pighi* erectis *Btl.* || 12 indeiustorum (d *ex* t *m2*) **V** hinc iustorum **E** inde uictorum *BA* i. iussorum *G* | urguet **V** *def. Blomgren* urgeret **E** *AG* urget *SB def. Pet.* || 13 sugerente *ex* sugente (*m2*) **V** suggerente **E** *A om. SB* faciente *G* augente *Hadr. Val.* | debietatem ♂ **V** dubitantem *SB* || 14 ad *add.* **V** *m2 sup. lin.* | spetie **V** || 15 si-[mi]litari [eximeret turba] **V** se militari eximeretur turbae (ur *pr. del.*) **E** se m. eximeret turba *BAG* || 16 a **VE** ad *SBAG* | mississe **V** | abstrahendo se **VE** *B* abstrahendos è *A* a. à *G* a. esse *Nov.* || 17 pugnace[s] **V** || 18 suscep[is]set **V** | mo[n]entis (n *pr. ex* m) **V** || 19 adcelaret **V** *corr. m3* || 20 aeratione **V** et ratione **E** ea r. *SBAG* hac r. *Nov.* | aperta **V** *BAG* aperte **E** *Gdt.* | sigificabant **VE** significabant *SBAG* || 21 [in]ardore (in *ex* m) **V** || 22 a[d]iectum (*fu.* b) quod est quod si **V** adiectum/quod si **E** a., quod est quod si *SB* adiectumque est, quod si *AG* adiectum quoque *Pet.* | procurare **V** *def. ut uocem milit. Löfst.* procurrere *Val.* (N) *Btl.* procursare *Gdt.* properare *Günther Pet.* id curare *postea* procinctum c. *Nov.* remp. c. *Her.* pop. Rom. (*uel* prouinciam) c. *? Cl. in app.* || 23 fonte *S* fronte *BG* | proieceret **V** proiiceret **E** *SBAG*

istimans iussa morte oppetere quam ei prouinciarum interitum assignari. sed uicit praefecti propositum pertinax his, quae rationabiliter poscebantur, parere contentione maxima reluctantis.

9 Inter has tamen moras absentis Lupicini motusque militares timentis praefecti Iulianus consiliorum adminiculo destitutus ancipitique sententia fluctuans id optimum factu existimauit et sollemniter cunctos e stationibus egressos, in quibus hiemabant, maturare disposuit. hocque comperto apud Petulantium signa famosum quidam libellum humi proiecit occulte inter alia multa etiam id continentem: ,,nos quidem ad orbis terrarum extrema ut noxii pellimur et damnati, / caritates uero nostrae Alamannis denuo seruient, quas captiuitate
11 prima post interneciuas liberauimus pugnas." quo textu ad comitatum perlato lectoque Iulianus contemplans rationabiles querelas / cum familiis eos ad orientem proficisci praecepit clauularis cursus facultate permissa et, cum ambigeretur diutius, qua pergerent uia, / placuit notario suggerente Decentio per Parisios omnes transire, ubi
12 morabatur adhuc Caesar nusquam motus. et ita est factum. isdemque aduentantibus in suburbanis princeps occurrit ex more laudans, quos agnoscebat, factorumque fortium singulos monens animabat lenibus uerbis, ut ad Augustum alacri gradu pergerent, ubi potestas est ample
13 patens et larga, praemia laborum adepturi dignissima. utque honoratius procul abituros tractaret, ad conuiuium proceribus corrogatis / petere iure, si quid in promptu esset, edixit. qui liberaliter ita suscepti/ dolore duplici suspensi discesserunt et maesti, quod eos fortuna quaedam inclemens et moderato rectore et terris genitalibus dispararet. /

1 et prouintiarum **V** prouinciarum **E** *B A G* ei pr. *Val. in adn.* | sibi *ante* assignari *add. G* || **2** praefec*ti (*fu.* i; i *add. m2*) **V** || **3** parare **V** *B* parere **E** *A G* | reluctanti **V E** *B* reluctantis *A G* || **4** absentes **V E** absentis **E** *m2 B A G* | tumentis *S B A G* || **5** iuliano (i *pr. add. m2 ?*) **V** Iulianus **E** *G* Iuliano *S B A* || **6** opptimum **V** | factum **V** factu **E** *B A G* | existimauit uita sollemni **V** e. ut ad solemne **E** e., uita solemni *B A* existimans, uia solenni *G* uia *def. Blomgren lac. post* existimauit *indic. Momms.* et (uit *ut dittogr. del.*) *Her.* sollemniter *Cl.* || **7** ex *B A G* || **8** famosam ♂ **V** || **9** hum **V** humi **E** *S B A G* | occulta **V** occulte *G* || **10** tam nati **V** iam nati **E** imbelles *B G* damnati *A* || **15** ambiceretur **V** || **16** norio ♂ **V** | suggerent[i] (i *ex* e) **V** sugerenti *S* suggerenti *B* suggerente *A G* | parrisios **V** | homines **V** omnes *Gdt.* || **17** factum est *tr. S B A G* || **18** suburbanos **V E** suburbanis *B A G* | et *ante* ex more *add. Her. asynd. def. Heilm.* || **19** sigulos **V** || **20** pergerent ire *Her.* (*cf. lin. 23* iure) *reiecimus* || **20. 21** estam plepaten[s] (p *alt. ex* r) **V** || **21** di[g]nissima **V** | honeratius **V** || **22** teneret ♂ **V** | proce**ribus (*fu.* le) **V** || **23** iure] secure *Corn.* libere *Her. olim, nunc del. censet cf. lin. 20* | siqu[i]d (i *ex* o *m2*) **V** | impromptu *hic scriba ille neglegentior penso desistit*

hocque angore impliciti in statiua solita cessarunt. nocte uero coeptante in apertum erupere discidium incitatisque animis, ut quemque insperata res afflictabat, ad tela conuertuntur et manus fremituque ingenti omnes petiuerunt palatium et spatiis eius ambitis, ne ad euadendi copiam quisquam perueniret, Augustum Iulianum horrendis clamoribus concrepabant eum ad se prodire destinatius adigentes / exspectareque coacti, dum lux promicaret, tandem progredi compulerunt. quo uiso iterata magnitudine sonus Augustum appellauere consensione firmissima. 14

Et ille mente fundata uniuersis resistebat et singulis nunc indignari semet ostendens, nunc manus tendens oransque et obsecrans, / ne post multas felicissimasque uictorias agatur aliquid indecorum / neue intempestiua temeritas et prolapsio discordiarum materias excitaret. haecque adiciebat tandem sedatos leniter allocutus: 15

„Cesset ira, quaeso, paulisper absque dissensione uel rerum appetitu nouarum impetrabitur facile, quod postulatis. quoniam dulcedo uos patriae retinet et insueta peregrinaque metuitis loca, redite iam nunc ad sedes nihil uisuri, quia displicet, transalpinum. hocque apud Augustum capacem rationis et prudentissimum ego competenti satisfactione purgabo.“ 16

Conclamabatur post haec ex omni parte nihilo minus uno parique ardore nitentibus uniuersis maximoque contentionis fragore probrosis conuiciis mixto Caesar assentire coactus est. impositusque scuto pedestri et sublatius eminens nullo silente Augustus renuntiatus / iubebatur diadema proferre negansque umquam habuisse uxoris 17

1 utinstatiui solita V ut in statiua solita E ut statim a sono *B* ut in statiuis olim *A* in statiua solita *G* ut in statiuis solet *Momms.* ut in st. solati *Her.* uita in st. solita *Češka* | cessarunt V recesserunt *G prob. Harmon* gesserunt *Momms.* cessauerunt *Češka c. c.* || 2 dissidium *AG* || 4 petiuerat V petiuere E *Hadr. Val.* petiuerant *BAG* petiuere ad *Kießl.* petiuerunt *Cl. c. c.* (W*m2* N) | a*mbitis (*fu.* m *cpd. scr.*) V || 6 obstinatius E festinatius *BAG* || 7 prog[re]di V || 8 iteratam (m *del. m2*) V | soni E *G* || 10 et[2] *ex* ei V || 10. 11 indignaris et metos tendens V indignans et metum pretendens E indignari. sed me ostendens *S* i., sed metum o. *BA* i. semet o. *G def. Miller* || 12 ni V (ut ne *superscr. m3*) *B* ne E *AG* || 13 temeritis ♂ V || 14 tand[em] (a *ex* e *m3*, ē *m2*) V uidens *BA* | sedatos (a *ex* i *m2*) V || 15 quesso V || 16 postulatus ♂ V || 16. 17 nos dulcedo *SB* || 17 patrias (s *del. m2*) V patriae E *SBG* patria *A* | perregina quae (i *del. m2*) V peregrinaque E *SBAG* | metuetis V metuitis E *AG* metuens *SB* | locae V loca E *SBAG* || 19 capam ♂ V compotem *BA* | rationes ♂ V || 20 purgaui V E *BG* purgabo *A* || 22 prob[ro]* (*fu.* s) V probro E *SBA* probro et *G* probrosis *Cl. def. Bae. Hagend.* || 23 conuitiis V | cessar V | coactu V coactus E *SBAG* || 24 pullo V *B* nullo E *A* populo *G* || 25 nunquam *S* n. se *B* unquam se *AG*

18 colli ... uel capitis poscebatur. eoque affirmante primis auspiciis non congruere aptari muliebri mundo equi phalera quaerebatur, uti coronatus speciem saltem obscuram superioris praetenderet potestatis. / sed cum id quoque turpe esse asseueraret, Maurus nomine quidam, postea comes, qui rem male gessit apud Succorum angustias, Petulantium tunc hastatus, abstractum sibi torquem, quo ut draconarius utebatur, capiti Iuliani imposuit confidenter, qui trusus ad necessitatem extremam iamque periculum praesens uitare non posse aduertens, si reniti perseuerasset, quinos omnibus aureos argentique singula pondo promisit.

19 Hisque gestis haud minore quam antea cura constrictus futuraque celeri prouidens corde nec diadema gestauit nec procedere ausus est 20 usquam nec agere seria, quae nimis urgebant. sed cum ad latebras secessisset occultas accidentium uarietate perterritus Iulianus, aliqui palatii decurio, qui ordo est dignitatis, pleniore gradu signa Petulantium ingressus atque Celtarum facinus indignum turbulente exclamat / 21 pridie Augustum eorum arbitrio declaratum clam interemptum. hocque comperto milites, quos ignota pari sollicitudine mouebant et nota, pars crispantes missilia, alii minitantes nudatis gladiis diuerso uagoque, ut in repentino solet, excursu occupauere uolucriter regiam / strepituque immani excubitores perculsi et tribuni et domesticorum comes Excubitor nomine ueritique uersabilis perfidiam militis eua- 22 nuere metu mortis subitae dispalati. uiso tamen otio summo quieti stetere paulisper armati et interrogati, quae causa esset inconsulti motus et repentini, diu tacendo haesitantes super salute principis non antea discesserunt, quam asciti in consistorium fulgentem eum augusto habitu conspexissent.

1 collo uel **V** colli uel *G lac. indic. Cl.* decus *ante* uel *add. Her.* (*cf. Verg. Aen. 10, 135*) *Pet.* | capite **E** capiti *BA* || 2 mulierimum do **V** mundum muliebrem **E** mulieri mundo *S* muliebri m. *BAG* | falerae (e *alt. del. m2*) **V** || 2. 3 uti – superioris *add.* **V***m2 in marg.* uti – speciem *om.* **E** (*lac. 14 litt.*) | coronatus] congruo natus *S* congrua ornatus *BAG* || 3 spetiae **V***m2* specie *S* speciem *BAG* || 4 quidem **V** quidam **E***BAG* || 5 ***[co]mes (*fu.* cir *?*) **V** | s[u]cc[o]rum **V** | speculantium **VE***AG* speculantem *B* Petulantium *Lind.* || 6 tunc adstatus **V** t. hastatus **E***AG* adstatus *S* statim *B* | dr[aco]narius **V** || 7 capit[iiu]liani **V** | t[ru]sus **V** || 11 minor **V***B* minore **E***G* minori *A* || 12 procere **V** *corr. m3* || 13 nemis (e *ex* i *m2*) **V** nimis **E***SBAG* | at *ex* ad (*m2*) **V** *corr. m3* || 14 aliquis **E***BAG* || 15 pleniori *ex* pleniore (*m3*) **V** pleniore *SBAG* | grado **V** *corr. m3* | petulantum **V** *corr. m3* || 19 cristantes **V** crispantes **E***BAG* || 20 regum **V** regiam **E***AG* regem *B* || 21 perc[ul]si (*fu.* lu) **V** || 22 uersabilem *BAG* | per**fidiam (*fu.* er) **V** | milites **V***B* militis **E***AG* || 23 qu[ie]ti **V** || 25 [re]pentini (*fu.* pre) **V** | noui *post* principis *add. Cl. c. c. reiec. Bae.* || 27 habito **V** habitu **E***SBAG* | conspexisser̃ **V** conspexissent *BAG*

His tamen auditis etiam illi, quos antegressos rettulimus ducente Sintula, cum eo iam securi Parisios reuerterunt edictoque, ut futura luce cuncti conuenirent in campo, progressus princeps ambitiosius solito tribunal ascendit signis aquilisque circumdatus et uexillis saeptusque tutius armatarum cohortium globis. cumque interquieuisset paululum, dum alte contemplatur praesentium uultus alacres omnes uisos et laetos, quasi lituis uerbis, ut intellegi possit, simplicibus incendebat:

„Res ardua poscit et flagitat, propugnatores mei reique publicae fortes et fidi, qui mecum pro statu prouinciarum uitam saepius obiecistis, quoniam Caesarem uestrum firmo iudicio ad potestatum omnium columen sustulistis, perstringere pauca summatim, ut remedia permutatae rei iusta colligantur et cauta. uixdum adolescens specie tenus purpuratus, ut nostis, uestrae tutelae nutu caelesti commissus / numquam a proposito recte uiuendi deiectus sum uobiscum in omni labore perspicuus, cum dispersa gentium confidentia post ciuitatum excidia peremptaque innumera hominum milia pauca, quae semiintegra sunt relicta, cladis immensitas persultaret. et retexere superfluum puto, quotiens hieme cruda rigentique caelo, quo tempore terrae ac maria opere Martio uacant, indomitos antea cum iactura uirium suarum reppulimus Alamannos. id sane nec praetermitti est nec taceri, quod, cum prope Argentoratum illuxisset ille beatissimus dies uehens quodam modo Galliis perpetuam libertatem, inter confertissima tela me discurrente uos uigore ususque diuturnitate fundati uelut incitatos torrentes hostes abruptius inundantes superastis ferro prostratos uel fluminis profundo submersos paucis relictis nostrorum, quorum exsequias honestauimus celebri potius laude quam luctu. post quae opinor tanta et talia nec posteritatem taciturum de

1 duces *BA* duce *G* || 2 reuerterentur **V**E*B* reuerterunt *A* reuertuntur *G* | edicioque **V** edicitque **E** edictoque *SBAG* | ut (t *ex* d)**V** || 5 totius**V***B* totiusque **E** (que *tr.*) totus *A* totis *G* tutius *Val.* (**T***m2*) || 6 paulisper *Damsté* paululum interquieu. *tr. Fletcher* || 10 fortis **V**E fortes *SBAG* | stratu **V** statu **E***B* *AG* || 12 culmen *ex* columen (*m3*)**V** columen **E** culmen *SBAG* | permutare *S* || 13 re in tuta *ex* re rustra (*m3*) **V** rei (*lac. 7 litt.*) **E** tere rustra *S* terrae non frustra *BA* rei iusta *G* || 14 ut nostis *add.* **V***m2 sup. lin.* || 15 praeposito **V** proposito **E***SBAG* || 18 inmonsitas **V** immensitas **E***SBAG* | redexere* (*fu.* t *?*)**V** *corr. m3* || 21 Alemanos *B* Alemannos b_1b_2 *G* || 21. 22 praetermitti. Nec **V** praetermitti est aequum nec *G def. Harmon lac. post* praeterm. *indic. Eyss.* p. est nec *Pighi* || 22 Argentoratum **V***AG* Argentoracum **V***m3***E** Argentoracium *B* || 23 gallus **V** galliis **E** Gallis *BAG* || 24 usuique **V** *corr. m3* || 25 superastes **V** *corr. m3*

uestris in rem publicam meritis, quae gentibus cunctis plene iam cognita sunt, si eum, quem altiore fastigio maiestatis ornastis, uirtute
7 grauitateque, si quid aduersum ingruerit, defendatis. ut autem rerum integer ordo seruetur praemiaque uirorum fortium maneant incorrupta nec honores ambitio praeripiat clandestina, id sub reuerenda consilii uestri facie statuo, ut neque ciuilis quisquam iudex nec militiae rector alio quodam praeter merita suffragante ad potiorem ueniat gradum non sine detrimento pudoris eo, qui pro quolibet petere temptauerit, discessuro."

8 Hac fiducia spei maioris animatus inferior miles dignitatum iam diu expers et praemiorum hastis feriendo clipeos sonitu assurgens ingenti /
9 uno prope modum ore dictis fauebat et coeptis. statimque ne turbandae dispositioni consultae tempus saltem breue concederetur, pro actuariis obsecrauere Petulantes et Celtae, recturi, quas placuisset, prouincias mitterentur; quo non impetrato abiere nec offensi nec tristes.

10 Nocte tamen, quae declarationis Augustae praecesserat diem, iunctioribus proximis rettulerat imperator per quietem aliquem uisum, ut formari Genius publicus solet, haec obiurgando dixisse: „olim, Iuliane, uestibulum aedium tuarum obseruo latenter augere tuam gestiens dignitatem et aliquotiens tamquam repudiatus abscessi; si ne nunc quidem recipior sententia concordante multorum, ibo demissus et maestus. id tamen retineto imo corde, quod tecum non diutius habitabo."

6 Haec dum per Gallias agerentur intente, truculentus rex ille Persarum incentiuo Antonini aduentu Craugasii duplicato ardore obti-

1. 2 que gentibus cunctis plene quem **VE** que g. c. p. quam *BA* in g. c. si plene quem *G* ingentibus cuncti si plene quem *Btl.* quae gentibus cunctis splendent; nec dubito, quin quem *Madv.* quaerentibus cunctis, si plene quem *Pet. lac. post* plene *indic. Cl.* ubique uigentibus (*Nov.*) cuncti si plene quem *Walter* quae gentibus cunctis plene iam cognita sunt, si eum quem *Her.* || 2 magestatis **V** maiestatis **E** *SBAG* || 5 dandestina **V** *corr. m3* (*?*) | [re]uerenda **V** || 6 fatie **V** *corr. m3* (*?*) || 10 h[ac] **V** | dignitatem **V** *corr. m3* || 11 feriendos clipeo **V** feriendo clipeos **E** *AG* feriendos c. *SB* || 12 prope **V***m3* | cepti **V** coeptis **E** *B AG* || 14 actuuariis obseruare **VE** actuariis o. *BA* a. obsecrauere *G* | caeltae *ex* caelta (*m2 ?*) **V** || 15 prouintias **V** | inputrato **V** impetrato **E** *SAG* imperato *B* || 17 clarationis ♂ **V** || 19 formare **V** *corr. m3* | puplicus **V** || 21 abcesse sine **V** abscessisse (-sse *del. m2*) **E** a.: nec *S* abscessissem nec *B* abscessi, si ne *A* a. sed si ne *G* || 23 inme **V** in te (te *del. m2*) **E** in meo *B* in imo *A* imo *G* intimo *Her.* in memori *Walter prob. Miller* | [di]utius (*fu.* te) **V** diutius non *tr. SBAG* || 25 troculentus **V** || 26 graugasi[idup]licato **V** ac Craucasii duplicato **E** Graugasii d. *SB* Craucasi d. *A* Craugasii d. *G*

nendae Mesopotamiae flagrans, dum ageret cum exercitu procul Constantius, armis multiplicatis et uiribus transmisso sollemniter Tigride oppugnandam adoritur Singaram milite usuique congruis omnibus, ut existimauere, qui regionibus praeerant, abunde munitam. / cuius propugnatores uiso hoste longissime clausis ocius portis in- 2
gentibus animis per turres discurrebant et minas saxa tormentaque bellica congerentes cunctisque praestructis stabant omnes armati / multitudinem parati propellere, si moenia subire temptasset.

Aduentans itaque rex cum per optimates suos propius admissos pa- 3
catiore colloquio flectere defensores ad suum non potuisset arbitrium,/ quieti diem integrum dedit et matutinae lucis exordio signo per flammeum erecto uexillum circumuaditur ciuitas a quibusdam uehentibus scalas, aliis componentibus machinas, plerisque obiectu uinearum pluteorumque tectis iter ad fundamenta parietum quaerentibus subuertenda. contra haec oppidani superstantes propugnaculis celsis / 4
lapidibus eminus telorumque genere omni ad interiora ferocius se proripientes arcebant.

Et pugnabatur euentu ancipiti diebus aliquot hinc inde multis amis- 5
sis et uulneratis. postremo feruente certaminum mole et propinquante iam uespera inter machinas plures admotus aries robustissimus orbiculatam turrim feriebat ictibus densis, unde reseratam urbem obsidio superiore docuimus. ad quam conuersa plebe dimicabatur artissime facesque cum taedis ardentibus et malleolis ad exurendum imminens malum undique conuolabant nec sagittarum crebritate nec glandis hinc inde cessante. uicit tamen omne prohibendi commentum acumen arietis coagmenta fodiens lapidum recens structorum madoreque etiamtum infirmium. dumque adhuc ferro certatur 7
et ignibus, turri collapsa, cum patuisset iter in urbem, nudato pro-

1 m*esopomitamiae (*fu.* a) **V** Mesopotamiae **E***SBAG* || 2 digride **V** Tigride **E***SAG* trigride *B* || 3 militem **V** milite **E***BAG* | quam *ante* milite *add.* **E** || 4 ut *ante* existimauere *add. G* || 5 partis **V** portis **E***SBAG* || 6 moenium minas *C. F. W. M.* minis *Madv.* pinnas *Nov.* || 7 gerentes ♂ **V** || 9 per *add.* **V***m2 sup. lin.* || 11 que et idem **V** Et ut in **E** quibus diem *BA* et diem *G* quieti diem *Val.* (**W***m2*) || 13 conpumentibus **V** componentibus **E***SBAG* | mach[i]nas (i *m2*) **V** || 14 querentibus **VE** quaerentibus *SBAG* || 15 oppi[dani] **V** | perstantes ♂ **V** || 16 que *add.* **V***m2 sup. lin.* | genera ♂ **V** | teriora ♂ **V** || 17 pro[ripi]entes **V** || 18 a[n]cipiti **V** | aliquod **V** aliquot **E***SBAG* || 18. 19 amisisset **V** amissis et **E***SBAG* || 21 corbiculatam **V***A* orbiculatam **E***SBG* || 22 subperiore **V** | timicabatur ♂ **V** || 24 manum **V** opus **E** malum *BAG* | nec] non *BG* || 25 glande *BG* || 26 aretis ♂ **V** | recenter *BG* || 27 infirmum **E***SBA* || 28 turris *BA* | colapse ♂ **V** | et iteri (i *alt. del. m2 ?*) **V** iter **E***G* et iter *B* ad iter *A*

pugnatoribus loco, quos periculi disiecerat magnitudo, Persarum agmina undique ululabili clamore sublato nullo cohibente cuncta oppidi membra complebant caesisque promisce paucissimis residui omnes mandatu Saporis uiui comprehensi ad regiones Persidis ultimas sunt asportati.

8 Tuebantur autem hanc ciuitatem legiones duae, prima Flauia primaque Parthica, et indigenae plures cum auxilio equitum illic ob repentinum malum clausorum, qui omnes, ut dixi, uinctis manibus duce-
9 bantur nullo iuuante nostrorum. Nisibin enim sub pellibus agens pars maior exercitus custodibat interuallo perquam longo discretam; alioqui numquam labenti Singarae uel temporibus priscis quisquam ferre auxilium potuit aquarum paenuria cunctis circum arentibus locis. / et licet ad praesciscendos aduersos subitosque motus id munimentum opportune locauit antiquitas, dispendio tamen fuit rei Romanae / cum defensorum iactura aliquotiens interceptum.

7 Exciso itaque oppido rex Nisibin prudenti consilio uitans memor nimirum, quae saepius ibi pertulerat, dextrum latus itineribus petit obliquis Bezabden, quam Phaenicham quoque institutores ueteres appellarunt, ui uel promissorum dulcedine illectis defensoribus retenturus, munimentum impendio ualidum, in colle mediocriter edito positum uergensque in margines Tigridis atque, ubi loca suspecta sunt et humilia, duplici muro uallatum. ad cuius tutelam tres legiones sunt deputatae, secunda Flauia secundaque Armeniaca et Parthica itidem secunda cum sagittariis pluribus Zabdicenis, in quorum solo tunc nobis obtemperantium hoc est municipium positum.

1 desiecerat V *corr. m3* || 2 coibente V || 3 conplebit V compleuit E *SBA* complebant *G* | pacissimi V *corr. m3* || 4 mandato *SBAG* || 5 aspertati ♂V || 7 que *add.* V*m2 sup. lin.* | et indigna V *corr. m3* et indigna E ex i. *S* ex indigenis *B* | axilio ♂V | ilico V illic *Tr.* || 8 ad inclusorum V ad id i. E malum i. *BAG* clausorum *Cl. prob. Bae.* aditum *c. Harmon* adsultum *Meurig-D.* malum *def. Blomgren* || 9 nulo V *corr. m3* | uiuenti *ex* iuuenti (*m3*) V uiuente E uiuenti *SB* iuuante *AG* | suppellibus V || 10 maiore V maior E *SBAG* || 11 [n]umquam V | labentesingalli (l *alt. add. m2*) V labentes. galli E labentes in Gange *BA* labenti Singarae *G* || 12 pe[nu]*ria (* *fu.* a) V || 13 quo V que E *SBAG* | monumentum VE *BA* munimentum *G* || 14. 15 rei — aliquotiens *add.* V*m2 in marg. super erasis* || 17 nemirum *ex* nimirum (*m3 ?*) V nimirum E *SBAG* | textrum ♂V || 18 bezebden ♂V Bambycam *B* | finicham *ex* fanicham (*m2*) V finicham E *A* sacram urbem *B* Phaenicham *G* | qu[o]que V || 19 ut V ui *G* || 20 monimentum VE monumentum *SBA* munimentum *G* | ualidam V ualidum E *BAG* || 21 pos[i]tum (i *ex* u) V | marcenis V *BA* margines E *G* | atque] aquae *SBA* || 22 tutela [uttres] V tutelam tres E *BAG* || 23—25 [deputatae — obtemperan-] (*in fin. pag.*) V || 24 parthicas fidem V parthica E P. fidem *B* P. item *A* P. itidem *G* || 25 tunc solo *tr. SBA*

Primo igitur impetu cum agmine catafractorum fulgentium rex 2
ipse sublimior ceteris castrorum ambitum circumcursans prope labra
ipsa fossarum uenit audentius petitusque ballistarum iactibus crebris
et sagittarum densitate opertus armorum in modum testudinis con-
textorum abscessit innoxius. ira tamen tum sequestrata caduceatori- 3
bus missis ex more clausos blandius hortabatur, ut uitae speique con-
sulturi obsidium deditione soluerent opportuna reseratisque portis
egressi supplices uictori gentium semet offerrent. quibus adire pro- 4
pius ausis defensores moenium ideo pepercerunt, quod cohaerenter
sibi iunctos duxerant isdem notos ingenuos Singarae captos; eorum
enim miseratione telum nemo contorsit nec super pace respondit.

Deinde datis indutiis die totius et noctis ante alterius lucis initium 5
Persarum populus omnis adortus auide uallum acriter minans ac fre-
mens, ubi ad ipsa moenia confidenter accessit, dimicabat ui magna re-
sistentibus oppidanis. eaque re sauciabantur plerique Parthorum, / 6
quod pars scalas uehentes, alii opponentes uimineas crates uelut
caeci pergebant introrsus nec nostris innocui. sagittarum enim nimbi
crebrius uolitantes stantes confertius perforabant partibusque post
solis occasum aequa iactura digressis appetente postridie luce arden-
tius multo quam antea pugnabatur hinc inde concinentibus tubis nec
minores strages utrubique uisae sunt ambobus obstinatissime colluc-
tatis.

Verum secuto die otio communi assensu post aerumnas multiplices 7
attributo, cum magnus terror circumsisteret muros Persaeque paria
formidarent, Christianae legis antistes exire se uelle gestibus osten-
debat et nutu acceptaque fide, quod redire permitteretur incolumis, /
usque ad tentoria regis accessit. ubi data copia dicendi, quae uellet, / 8

1 amine V *corr. m3* | catafructorum ♂V || 3 fonsarum V *corr. m3* | actibus cretis V ictibus erectis E*m2* i. certis *BAG* iactibus crebris *Eyss.* ictibus c. *Btl. Nov.* iactibus certis *Meurig-D.* || 4 opertura *G* | textudinis V || 5 innoxiu*s (*fu.* i) V || 6 hortabantur VE hortabatur *BAG* | consultori V*B* consulturi E*AG* || 7 obsidium (i *alt. del. m2 ?*) V obsidium E*SBAG* || 8 uictor ♂ V | offer[ent] V || 9 coherentur V cohaerenter E*BAG* || 10 istemnotos VE iste innocuos *BA* iisdem notos *G* | inngenuos V | captus V captos E*m2BAG* || 12 diei E*SBAG* | tocius V || 13 acriterque *BAG* || 14 [di]cabat V dicabat E dicebat *B* dimicabat *A* instabat *G* | ressistentibus V || 15 et quae res auciabantur (-aba- *ex* -eba- *m2*) V ex qua re sauciabantur E extulit quare sauciebantur *B* ex qua re s. *A* quare sauciabantur *G* eaque re *Haupt Nov. Stangl* atque ea re *Gdt.* || 16 feminieas V uimineas E*SBAG* || 17 pergabant V pergebant E*SBAG* | innocuis *BG* || 19 occusum ♂V | posttridie V || 21 utrobique V*m3*E*SBAG* | obstinati[ss]ime (*fu.* m) V || 23 earumnas (a *pr. del. m2*) V || 25 cristianae V *corr. m3* | belle V *corr. m3* || 27 adusquead (ad *pr. del. m2*) V

suadebat placido sermone discedere Persas ad sua post communes partis utriusque luctus formidari etiam maiores affirmans forsitan aduenturos. sed perstabat incassum haec multaque similia disserendo efferata uesania regis obstante non ante castrorum excidium di-
9 gredi pertinaciter adiurantis. perstrinxit tamen suspicio uana quaedam episcopum, ut opinor, licet asseueratione uulgata multorum, quod clandestino colloquio Saporem docuerat, quae moenium appeteret membra ut fragilia intrinsecus et inualida. hocque exinde uerisimile uisum est, quod postea intuta loca carieque nutantia cum exsultatione magna uelut regentibus penetralium callidis contemplabiliter machinae feriebant hostiles.

10 Et quamquam angustae calles difficiliorem aditum dabant ad muros aptatique arietes aegre promouebantur manualium saxorum sagittarumque metu arcente, nec ballistae tamen cessauere nec scorpiones, illae tela torquentes, hi lapides crebros, qualique simul ardentes pice et bitumine illiti, quorum assiduitate per procliue labentium machinae haerebant uelut altis radicibus fixae, easque malleoli et faces iactae destinatius exurebant.

11 Sed cum haec ita essent caderentque altrinsecus multi, ardebant magis oppugnatores naturali situ et ingenti opere munitum oppidum ante brumale sidus exscindere rabiem regis non ante sedari posse credentes. quocirca nec multa cruoris effusio nec confixi mortiferis uulneri-
12 bus plurimi ceteros ab audacia parili reuocabant. sed diu cum exitio decernentes postremo periculis obiectauere semet abruptis et agitantes arietes denso saxorum molarium pondere fomentisque ignium
13 uariis ire protinus uetabantur. uerum unus aries residuis celsior umectis taurinis copertus exuuiis ideoque minus casus flammeos perti-

1 placito ♂ V | discidere *ex* discedere (*m2*) V discedere E*SBAG* || 2 formidare *dubit. Cl. in app.* | maioris *ex* mairis (*m2 ?*) V maioris E*S* maiores *BAG* || 3 aduentu[posset] (p *ex* r) V aduentum maioris exercitus E aduentu posse *BA* aduenturos. Sed *G* || 4 non ante *add. G* || 5 perdinaciter V *corr. m3* || 5. 6 uana *ante* ut *tr. G* || 5 qua[e]dam V || 7 clan[destino] V || 8 uerissimile (s *pr. del. m2 ?*) V || 9 inuta locari eque V in utra l. eque E inutilis carieque *BA* intuta loca c. *G* || 10 magna V *def. Blomgren* maligna *Cl. c. c.* | machina VE machinae *BAG* || 12 angust*[ae] clades V angusti calles *Lind.* angustae *restit. Probst* || 13 aeriaetes (e *pr. del. m2*) V || 16 inlite ♂ V || 16. 17 adsiduitate — machinarum *add.* V*m2 in marg. tum erasa et iterum infra scr.* || 17 machinarum V*m2* machinae *G* || 18 obstinatius *BG* || 19 esset V essent E*BAG* || 20 oppere (p *alt. del. m2 ?*) V || 21 posse *om. BG* || 23 audatia ♂ V | diu* V || 24. 25 postremo — arietes *om. SB* || 24 postrem VE postremo *AG* | abiectauere VE obiectauere *AG* || 25 arientes V arietes E*AG* | densos saxorum V saxorum densos *tr.* E denso s. *BAG* | pondere molarium *tr. G* | ingnium V || 26 reduis ♂ V || 27 opertes V opertus V*m3*E*BAG* copertus *Cl.* | casus *add.* V*m2 in ras. 3 litt.*

mescens aut tela antegressus omnes repsit nisibus magnis ad murum / uastoque acumine coagmenta lapidum fodiens turrim laxatam euertit. qua sonitu lapsa ingenti superstantes quoque repentina ruina deiecti diffractique uel obruti mortibus interiere diuersis et inspera- 5 tis inuentoque tutiore ascensu armata irruit multitudo.

Trepidis deinde superatorum auribus ululantium undique Persarum 14 intonante fragore artius proelium intra muros exarsit hostium nostrorumque cateruis certantibus comminus, cum confertis inter se corporibus hinc indeque stricto mucrone nulli occurrentium parceretur. / 10 magna denique mole ancipiti diu exitio renitentes obsessi postremo 15 plebis immensae ponderibus effuse disiecti sunt. et post haec iratorum hostium gladii, quidquid inueniri poterat, concidebant. abreptique sinibus matrum paruuli ipsaeque matres trucidabantur nullo, quid ageret, respectante. inter quae tam funesta gens rapiendi cupidior / 15 onusta spoliorum genere omni captiuorumque examen maximum ducens tentoria repetiuit exsultans.

Rex tamen gaudio insolenti elatus diuque desiderio capiendae Phae- 16 nichae flagrans, munimenti perquam tempestiui, non ante discessit, / quam labefactata murorum parte reparata firmissime alimentisque 20 affatim conditis armatos ibi locaret, insignes origine bellique artibus claros. uerebatur enim, quod accidit, ne amissionem castrorum ingentium ferentes aegre Romani ad eadem obsidenda uiribus magnis accingerentur.

Latius se proinde iactans additaque spe, quidquid aggredi posset, 17 25 adipiscendi interceptis castellis aliis uilioribus Virtam adoriri disposuit, munimentum ualde uetustum, ut aedificatum a Macedone credatur Alexandro, in extremo quidem Mesopotamiae situm, sed muris uelut sinuosis circumdatum et cornutis instructioneque uaria inacces-

1 epsit V sepsit E*S* repsit *BAG* erepsit *Her.* || 2 uastaque VE uastoque *BAG* | eo agmenta V coagmenta E*m2BAG* || 4 deuer sis ex V diuersis et E*S* *BAG* || 11 effusae V*B* effuso E effuse *AG* || 13 matruum V | ipse quoque VE ipsae quoque *BAG* ipsaeque *Langen* | trucidebantur V *corr. m3* | quid *ex* quod (*m2 ?*) V || 14 inter tam VE intere atam *BA* i. tamen *G* inter quae tam *Her.* || 14. 15 cupidioro nosta V *corr. m3* || 15 omini V *corr. m3* (*?*) || 16 fentoria V *corr. m3* | repetiui V repetiuit E*BAG* || 17 faenichae V Phoeniciae E*BA* Phaenicae *SG* || 19 antequam (ante *del. m2*) V | labefacta *BAG* || 20 insigneis *G* | pellique VE bellique E*m2SAG* belli *B* | artibusque *B* || 21 amissione V amissionem *G* || 22 fe*rentes (*fu.* r) V | magnas V magnis E*SBAG* || 23 accingerentur (n *alt. del. m2 ?*) V accingerentur E*BAG* || 24 possit ♂ V || 25 Virtam (prope e. *superscr. m. rec.*) V || 26 aedifiatum ♂ V | credatur a Macedone *tr. SB AG* || 27 meso[potamiae] V

18 sum. quod cum omni arte temptaret nunc promissis defensores alliciens, nunc poenas cruciabiles minitans, aliquotiens struere aggeres parans obsidionalesque admouens machinas, multis acceptis uulneribus quam illatis omisso uano incepto tandem abscessit.

8 Haec eo anno intra Tigrim gesta sunt et Euphraten. quae cum frequentibus nuntiis didicisset Constantius, metuens expeditiones Parthicas hiemem apud Constantinopolim agens impensiore cura limitem instruebat eoum omni apparatu bellorum armaque et tirocinia cogens legionesque augens iuuentutis ualidae supplementis, quarum statariae pugnae per orientales saepius eminuere procinctus; auxilia super his Scytharum poscebat mercede uel gratia, ut adulto uere profectus e Thraciis loca suspecta protinus occuparet.

2 Inter quae Iulianus apud Parisios hibernis locatis, summa coeptorum quorsum euaderet, pertimescens erat anxius numquam assensurum Constantium factis multa uoluendo considerans, apud quem
3 sordebat ut infimus et contemptus. circumspectis itaque trepidis rerum nouarum exordiis legatos ad eum mittere statuit gesta docturos eisque concinentes litteras dedit, quid actum sit quidue fieri oportet deinceps, monens apertius et demonstrans. quamquam eum haec
4 dudum comperisse opinabatur relatu Decentii olim reuersi et cubicolariorum recens de Galliis praegressorum, qui ad Caesarem aliqua portauere sollemnia. et quamquam non repugnanter nec arrogantibus uerbis quidquam tamen scripsit, ne uideretur subito redundasse. / erat autem litterarum sensus huiusmodi:

1 tentaret arte *tr. SBAG* | pollicitationibus *BG* | allicies ♂V || 2 cruciabilis ♂V || 3 obsidionales quae (-les *ex* -lis *m2*) V | mouens *SBG* || 4 amisso V omisso E*BAG* | tandem *ex* candem (*m2*) V || 5 gesti ♂V | qua ♂V || 6 expeditiones metuens *tr. Nov. c. c.* | expeditionis ♂V || 7 inpensiore*cura* (*fu.* m *et* m) V | militem E*m3SB* || 8 instrueba*t (*fu.* n) V | cum V eoum *C. F. W. M.* | arme quo ♂V arma quoque *SBAG* | tyrocinia *ex* tirocinia (*m2*) V || 10 orientalis ♂V | enimuere V emicuere V*m2* (*m3 ?*) (*sup. lin.*) E*SBAG* eminuerunt *Wagn.* eminuere *Kießl.* | auxia ♂V || 12 ethraratiis (r *pr. add. m2*; ii *ex* u) V *lac. 8 litt.* E et hortatus *BA* è Thraciis *G* || 13. 14 quorsum coeptorum *tr. SBG* || 14 pertimenscens *ex* pertimencens V pertimescens E*SBAG* | erat] haeserat *Her. Cl. c. c.* | nu[s]quam (s *ex* m *m2*) V numquam E *Pet.* nusquam *SBAG* || 15 considerant ♂V || 18 eique ♂V | factum *SBG* | quidui *ex* quidue (*m2*) V quidue E*SBAG* || 19 mones ♂V | apertuis ♂V | eum *om. BG* || 20 [rela]tu (tu *add. m2 sup. lin.*) V | decentii *ex* decentui (*m2*) V || 21 progressorum *BA* regressorum *G def. C. F. W. M.* | caessarem V || 22 noua referret *ante* non *add. Nov.* non *del. Kell.* | repugnanter] repigranter *Pet.* obsecundanter *Her.* || 22. 23 repugnanter tamen *ex* repugnant certant (*m2*) V tamen *post* quidquam *tr. Pighi reiec. Miller* || 23 subito] eius arbitrio *Kell.* | redundasset V repuggnasse *add.* V*m2* (*m3 ?*) *sup. lin.* repugnasse E reclinasse *S Val. in adn.* declinasse *BAG* renuntiasse *Gron.* recalcitrasse *Kell.* redundasse *Pet. Harmon* (W) r. tumore *Nov.*

„Ego quidem propositi mei fidem non minus moribus quam foede- 5
rum pacto, quoad fuit, unum semper atque idem sentiens conseruaui, /
ut effectu multiplici claruit euidenter. iamque inde uti me creatum 6
Caesarem pugnarum horrendis fragoribus obiecisti, potestate delata
contentus currentium ex uoto prosperitatum nuntiis crebris ut appa-
ritor fidus tuas aures impleui nihil usquam periculis meis assignans, /
cum documentis assiduis constet diffusis permixtisque passim Ger-
manis in laboribus me semper uisum omnium primum, in laborum
refectione postremum. sed bona tua uenia dixerim, si quid nouatum 7
est nunc, ut existimas: in multis bellis et asperis aetatem sine fructu
conterens miles olim deliberatum impleuit fremens secundique im-
patiens loci rectorem, cum nullas sibi uices a Caesare diuturni sudoris /
et uictoriarum frequentium rependi posse contemplaretur. cuius ira- 8
cundiae nec dignitatum augmenta nec annuum merentis stipendium /
id quoque inopinum accessit, quod ad partes orbis eoi postremas /
uenire homines iussi assueti glacialibus terris separandique liberis et
coniugibus egentes trahebantur et nudi. unde solito saeuius efferati /
nocte in unum collecti palatium obsidere Augustum Iulianum uoci-
bus magnis appellantes et crebris. cohorrui, fateor, et secessi amen- 9
datusque, dum potui, salutem dilatione quaeritabam et latebris. cum-
que nullae darentur indutiae, libero pectoris muro, ut ita dixerim,
saeptus progressus ante conspectum omnium steti molliri posse tu-
multum auctoritate ratus uel sermonibus blandis. sed exarsere mirum 10
in modum eo usque prouecti, ut, quoniam precibus uincere pertina-
ciam conabar, instanter mortem contiguis assultibus intentarent. uic-
tus denique mecumque ipse contemplans, quod alter confosso me for-
sitan libens declarabitur princeps, assensus sum uim lenire speratus
armatam.

2 pa[c]to (c *m2 in ras. 2 litt.*) **V** pactis *BAG* | conscr[u]taui (eruaui *add. m2 sup. lin.*) **V** conseruaui **E***SBAG* || **3** mulplitici **V** | ut[i] **V** ut *G* || **4** orrendis ♂**V** | potestati ♂**V** | delata* (*fu.* e) **V** || **8** laborum *om. BG* || **9** [re]fectione **V** || **10** aestimas *SBAG* || **11** decretum *BAG* | implebit ♂**V** || **12** locique **VE** loci *BAG* | diuturnis odoris ♂**V** || **14** annum ♂**V** || **15** inoppinum **V** | eo ♂**V** || **16** hominis iussi **V** homines iussi **E***BA def. Pighi Hartke* iussi homines *tr. G* || **17** thrahebantur (r *pr. add. m2*) **V** | solita ♂**V** || **18** obsedere *BAG* || **19. 20** amendatus quidam **VE** (quoad **E***m2 in marg.*) amandatus quod *BA* amandatusque dum *G* || **20** salutemus latione **V** salutem simulatione **E** s. cum latibulo *BA* s. mussatione *G* simul dilatione *Wagn.* dilatione *Kießl.* occultatione *Corn.* || **22** mo [liri] **V** molliri **E***BAG* || **23** quum *add. Btl.* set *Cl. asynd. def. Pighi* || **24** quō **V** cum **E***SBA* quoniam *G* | pertinatiam **V** || **25** adtentarent ♂**V** || **26** contestans **V** *def. Pighi* coniectans *Btl.* (**N***m2*) contemplans *Corn.* | confusso **VE** confuso *SBA* confosso **E***m2G* | forsitam **V** || **27** prin[ceps – uim] **V** | superatus **VE***BA* sperans b_2G speratus *Löfst. Skutsch reiec. Geyer* posse ratus *Her.*

11 Gestorum hic textus est, quem mente, quaeso, accipito placida. / nec actum quidquam secus existimes uel susurrantes perniciosa malignos admittas ad compendia sua excitare secessiones principum suetos; sed adulatione uitiorum altrice depulsa excellentissimam uirtutum omnium aduerte iustitiam et condicionum aequitatem, quam propono, bona fide suscipito cum animo disputans haec statui Romano prodesse nobisque, qui caritate sanguinis et fortunae superioris
12 culmine sociamur. ignosce enim ... quae cum ratione poscuntur, non tam fieri cupio quam a te utilia probari et recta auide tua praecepta deinde quoque suscepturus.

13 Quae necesse sit fieri, in compendium redigam breue. equos praebebo currules Hispanos et miscendos Gentilibus atque Scutariis adolescentes Laetos quosdam, cis Rhenum editam barbarorum progeniem / uel certe ex dediticiis, qui ad nostra desciscunt. et haec ad usque exitum uitae me spondeo non modo grato, uerum cupio quoque factu-
14 rum. praefectos praetorio aequitate et meritis notos tua nobis dabit clementia, residuos ordinarios iudices militiaeque moderatores / promouendos arbitrio meo concedi est consentaneum itidemque stipatores. stultum est enim, cum ante caueri possit, ne fiat, eos latus imperatoris ascisci, quorum mores ignorantur et uoluntates.

15 Hoc sane sine ulla dubitatione firmauerim: tirones ad peregrina et longinqua Galli mittere diuturna perturbatione casibusque uexati grauissimis nec sponte sua poterunt nec coacti, ne consumpta penitus

1 gest[orum] **V** || **2** quocquam **V** quicquam **E** *SBAG* | susurrantas ♂**V** | perinitiosa *ex* pernitio si (*m2*) **V** perniciosa **E** *SBAG* || **3** conpendio ♂ **V** || **4** idsuetos **V** assuetos **E** *SBAG* suetos *Her.* | alutione **V** alluuione **E** adultione *SB* adulatione *AG* | alacrice **VE** alacri caede pulsa *SB* altrice *AG* || **5** iustiam ♂**V** | conditionum **V** || **6** Romano statui *tr. SBAG* | ma *ante* Romano *del.* **V** || **7** nobis qui **V** nobisque qui *G* nobiscum qui *Nov. prob. Bae.* | fortune[i]s **V** fortunae **E** *SBA* et fortunae *G asynd. def. Heilm.* || **8** soci[a]mur **V** | inoscae enim (*lac. 4 litt.*) **V** In · hoste enim his (*sine lac.*) **E** (ignosce *in marg. m2*) ignosce enim (*sine lac.*) *SAG* ignosce. n. (*sine lac.*) *B* ea *ante* enim *add. Langen* nempe *Brakman* ignosce nimirum *Nov.* si ea *add. in lac. Thörnell* || **8. 9** notam **V** nota **E** non tam *BAG* || **11** necessit **V** necesse sit **E** *G* necesse *SBA* || **12** curules **E** *SBAG* | sparnos **VE** *A* Hispanos *BG* | scrutariis **V** scutariis **E** *BAG* || **13** lectos *SBAG* | barbarurum ♂**V** barbarorumque *BA* || **14** dediciis ♂**V** | nostram **V** *B* nostra **E** *AG* | ex haec **V** et haec **E** *G* ex hac *SBA* || **15** gratia *BA* grato animo *G* animo *reiec. Sey.* | cupido *G reiec. Sey.* || **16** meri ♂**V** | t*ua* **V** || **17** clementie **V** clementia **E** *SBAG* | moderato[res] **V** || **19** est (*cpd.*) *post* stultum *add.* **V** *m2 sup. lin. om. BAG* | [an]te **V** | eos latus **VE** *def. Bae. Pighi* ad latus *BG* eos ad latus *A* || **21** sane *ex* sine (*m2*) **V** || **22** mittere **V** *def. Heilmann Pighi* transmittere *uel* dimittere *Cl. c. c.* mittere, Galli *tr. Bae. c. c.* || **23** sponsate ♂**V**

iuuentute, ut affliguntur praeterita recordantes, ita desperatione pereant impendentium. nec Parthicis gentibus opponenda auxilia / 16 hinc acciri conueniet, cum adhuc nec barbarici sunt impetus interclusi/ et, si dici, quod uerum est, pateris, hae prouinciae malis iactatae continuis externis indigent adiumentis et fortibus.

Haec hortando, ut aestimo, salutariter scripsi poscens et rogans. / 17 scio enim scio, ne quid sublatius dicam, cum imperio congruens, / quas rerum acerbitates iam conclamatas et perditas concordia uicissim sibi cedentium principum meliorem reuocauit in statum, cum appareat maiorum exemplo nostrorum moderatores haec et similia cogitantes fortunate beateque uiuendi repperire quodam modo uiam / et ultimo tempori posteritatique iucundam sui memoriam commendare."

His litteris iunctas secretiores alias Constantio offerendas clanculo 18 misit obiurgatorias et mordaces, quarum seriem nec scrutari licebat / nec, si licuisset, proferre decebat in publicum.

Ad id munus implendum electi uiri sunt graues, Pentadius officio- 19 rum magister et Eutherius cubiculi tunc praepositus, post oblatas litteras relaturi nullo suppresso, quae uiderunt, et super ordine futurorum fidenter acturi.

Auxerat inter haec coeptorum inuidiam Florenti fuga praefecti, / 20 qui uelut praesagiens concitandos motus ob militem, ut sermone tenus iactabatur, accitum consulto discesserat Viennam alimentariae rei gratia diuelli causatus a Caesare, quem saepe tractatum asperius formidabat. dein cum comperisset eum ad Augustum culmen euec- 21 tum, exigua ac prope nulla uiuendi spe uersus in metum ut longe disiunctus malis se, quae suspicabatur, exemit et necessitudine omni relicta digressus uenit ad Constantium itineribus lentis, utque se nulli obnoxium culpae monstraret, Iulianum ut perduellem multis criminibus appetebat. cuius post abitum bene Iulianus cogitans et prudenter / 22

1 ut *add. Val. in adn.* | affligantur *BAG* || 2 pereant *om. B* pereunt *G* | axilia ♂V || 3 sint E*G* || 4 prouintiae V || 5 indigenti V indigent E*BA* indigeant *G* || 6 ortando V || 7 cum] quam *Cl.* | congruens *ex* congrues (*m2*) V congruit *Cl.* || 8 aceruitatis V acerbitates E*m2AG* acerbitatis *SB* || 10 appereat V appareat E*SBAG* || 15 scruta licunt V scrutari licuisset E s. licuit *SBAG* licebat *Cl.* licuerat *Nov.* || 16 decedebat V decebat E*SBAG* || 17 uiri electi sunt *tr.* E electi sunt uiri *tr. G* || 20 aucturi V acturi E*BAG* || 22 concitando motus ut V*B* cogitando m. ut E concitandos m. et *A* c. m. ob *G* || 24 gratiae V gratia E*SBAG* || 25 deinde ♂V || 26 [ac pro]pe V || 27 seque V*BA* se ut E se quae *G* | ex V et E*BAG* | neccessitudine V | [o]mni* (*fu.* o) V || 28 di*gressus (*fu.* s) V || 29 obnox[i]*um V || 30 adpetebatur V appetebat E*SBAG* | [a]bitum V

scirique uolens, quod praesenti quoque pepercisset, caritates eius cum re familiari intacta publico cursu usu permisso ad orientem uehi tutius imperauit.

9 Nec minore studio secuti legati haec secum ferentes, quae praediximus, intentique ad uiandum, cum uenirent ad iudices celsiores, oblique tenebantur morasque per Italiam et Illyricum perpessi diuturnas et graues tandem transfretati per Bosporum itineribusque lentis progressi apud Caesaream Cappadociae etiamtum degentem inuenere Constantium, Mazacam antehac nominatam, opportunam urbem et
2 celebrem, sub Argaei montis pedibus sitam. qui intromissi data potestate offerunt scripta hisque recitatis ultra modum solitae indignationis excanduit imperator limibusque oculis eos ad usque metum contuens mortis egredi iussit nihil post haec percontatus uel audire perpessus.

3 Perculsus tamen ardenter cunctatione stringebatur ambigua, utrum in Persas an contra Iulianum moueri iuberet acies, quibus fidebat, / haesitansque diu perpensis consiliis flexus est quorundam sententia
4 utilium suasorum et iter orientem uersus edixit. statim tamen et legatos absoluit et Leonam quaestorem suum in Gallias cum litteris datis ad Iulianum pergere celeri statuit gradu nihil nouatorum se asserens suscepisse, sed eum, si saluti suae proximorumque consulit, / tumenti flatu deposito intra Caesaris se potestatem continere praecipiens. utque id facile formido intentatorum efficeret, uelut magnis uiribus fretus in locum Florentii praefectum praetorio Nebridium tum quaestorem eiusdem Caesaris promouerat et Felicem notarium officiorum magistrum et quosdam alios. Gomoarium enim successorem Lupicini, antequam sciretur huiusmodi quidquam, magistrum prouexit armorum.

6 Ingressus itaque Parisios Leonas susceptus ut honoratus et prudens /

1 quoque *om.* *SBG* | caritatis **VE** caritati *BA* charitates *G* || 2 publico cursus *G* publici c. *Lind.* | usu *ut dittogr. del. Pet.* insuper *Walter* | redi tutius **V***BA* rediturus **E** redire tutius *G* uehi *Nov.* digredi *Her.* || 3 inpetrauit **V** imperauit *G* || 7 per *om.* *BAG* | hosporum **V** Bosphorum **E***SBAG* Bosporum *Gron.* || 10 argumentis pidibus (b *ex* p) **V** a. pedibus **E** (ardui montis *add. m3 in marg.*) a. euidentibus *BA* Argaei montis pedibus *G* || 11 ultra modem *ante* *ultra modum *del.* **V** || 12 mitibusque **E***m2* limisque *BAG* | occulis **V** || 13 mortes (s *add. m2*) **V** morum **E** mortis *SBAG* | nilhil **V** || 15 percu[l]sus (l *ex* s *m2*) **V** *om.* *SB* || 16 uidebat **V** uidebatur **E** ualebat *BA* fidebat *G* || 17 quondam sententiam **VE** quorundam sententia **E***m2BAG* || 18 utilia suadentium *BAG* || 19 obsoluit **V** absoluit **E***SBAG* || 20 nouaturum **E***m2B* || 24 u[i]ribus (*fu.* t *?*) **V** || 25 promouebat *Harmon Damsté c. c.* || 26 gumoharium **V***G* Gumoarium **E** Gumobarium *SBA*

postridie principi progresso in campum cum multitudine armata pariter et plebeia, quam de industria conuocarat, et tribunali, ut emineret altius, superstanti scripta iubetur offerre. replicatoque uolumine edicti, quod missum est, et legi ab exordio coepto, cum uentum fuisset ad locum id continentem, quod gesta omnia Constantius improbans Caesaris potestatem sufficere Iuliano censebat, exclamabatur undique 7
uocum terribilium sonu „Auguste Iuliane", ut prouincialis et miles / et rei publicae decreuit auctoritas recreatae quidem, sed adhuc metuentis rediuiuos barbarorum excursus.

Quibus auditis Leonas cum Iuliani litteris haec eadem indicantibus / 8
reuertit incolumis solusque admissus est ad praefecturam Nebridius; / id enim Caesar quoque scribens ex sententia sua fore aperte praedixit. magistrum enim officiorum iam pridem ipse Anatolium ordinauit libellis antea respondentem et quosdam alios, ut sibi utile uidebatur et tutum.

Et quoniam, cum haec ita procederent, timebatur Lupicinus licet 9
absens agensque etiamtum apud Britannos, homo superbae mentis et turgidae, eratque suspicio, quod, si haec trans mare didicisset, nouarum rerum materias excitaret, notarius Bononiam mittitur obseruaturus sollicite, ne quisquam fretum oceani transire permitteretur. / quo uetito reuersus Lupicinus, antequam horum quidquam sciret, / nullas ciere potuit turbas.

Iulianus tamen iam celsiore fortuna militisque fiducia laetior, ne 10
intepesceret neue ut remissus argueretur et deses, legatis ad Constantium missis in limitem Germaniae secundae egressus est omnique apparatu, quem flagitauit instans negotium, communitus Tricensimae oppido propinquabat. Rheno exinde transmisso regionem subito 2

1 posttridie V || 2 et[1] *ex* in (*m2*) V || 6 fufficere V | exclamabat *BG* || 7 uotum V uocum E*BAG* | sonum VE sonus *BG* sonis *A* sonu *Val.* (N*m2*) || 8 re-[cre]atae V | metuentes V metuentis *G* || 9 barbarum V *restit. Heilmann* (*qui tr. ante* rediuiuos) barbarorum E*BAG* || 10 iuliani*litteri[s] (*ju.* s) V | haec eadem inuocantibus *om.* E | inuocantibus V*BA* indicantibus *G* || 11 reuertit inlocomis V r. incolumis E*G* reuerti in loco misso *SBA* | solusque (s *alt. add. m2*) V || 12 scribent ♂ V | ex sentia V sententia E ex sententia *SBAG* || 13 iam *add.* V*m2* *om.* E || 14 iubebatur V uidebatur E*SBAG* || 16 procederunt V procederent E*SBAG* | timibatur *ex* timebatur (*m2*) V || 17 supera mentes V superbae mentis E*BAG* || 18 turgidus *BG* || 18. 19 -et nouarum rerum m- V *in ras.* || 19 notarius (s *add. m2*) V | obseruatur V*B* obseruaturus E*AG* || 20 oc[aea]ni V || 22 nullus VE*B* nullas *AG* || 23 INlianus V | celsiores V celsiore E*SBAG* || 24 legatus V legatis E*SBAG* || 25 est egressus *tr. SBAG* || 26 apparet V apparatu E*BAG* | quam V quem E*BAG* | flagitabit V flagitabat E*SBAG* flagitauit *Cl.* | commonitus V communitus *G* | obtricaensimae VE*A* Tasandro *B* Obtricensi Mosae *G* Tricensimae *Val.* || 27 deinde *BAG* | tarans misso V

peruasit Francorum, quos Atthuarios uocant, inquietorum hominum licentius etiamtum percursantium extima Galliarum. quos adortus subito nihil metuentes hostile nimiumque securos, quod scruposa uiarum difficultate arcente nullum ad suos pagos introisse meminerant principem, superauit negotio leui; captisque plurimis et occisis / orantibus aliis, qui superfuere, pacem ex arbitrio dedit hoc prodesse
3 possessoribus finitimis arbitratus. unde reuersus pari celeritate per flumen praesidiaque limitis explorans diligenter et corrigens ad usque Rauracos uenit locisque recuperatis, quae olim barbari intercepta retinebant ut propria, isdemque pleniore cura firmatis per Besantionem Viennam hiematurus abscessit.

11 Hic per Gallias erat ordo gestorum. quae dum ita prospere succedunt et caute, Constantius ascitum Arsacen Armeniae regem summaque liberalitate susceptum praemonebat et hortabatur, ut nobis
2 amicus esse perseueraret et fidus. audiebat enim saepius eum temptatum a rege Persarum fallaciis et minis et dolis, ut Romanorum so-
3 cietate posthabita suis rationibus stringeretur. qui crebro adiurans / animam prius posse amittere quam sententiam muneratus cum comitibus, quos duxerat, redit ad regnum nihil ausus temerare postea promissorum obligatus gratiarum multiplici nexu Constantio, inter quas illud potius excellebat, quod Olympiada, Ablabi filiam praefecti quondam praetorio, ei copulauerat coniugem, sponsam fratris sui Constantis.

4 Quo dimisso a Cappadocia ipse per Melitenen, minoris Armeniae

1 inquetorum **V** inquietorum **E** *A G* incertorum *B* || **3** ostile **V** | q[đ](đ *m2*) **V** || **3. 4** scrupos[auiarum] **V** || **4** ad] adhuc *Nov. reiec. Blomgren Frassinetti* | [pa]gos intro[isse] **V** | meminerent ♂ **V** || **5** cap*tisque (*fu.* i) **V** || **8** limites (s *ex* m *m2*) **V** limitis *G* || **9** lucisque ♂ **V** | recuperantis **V** recuperatis **E** *S B A G* || **10** firmatis (s *add. m2*) **V** || **11** ueniam **V** ueniens **E** Viennam **E***m2 S B A G* || **13** constantium **VE** Constantius *B A G* || **14** liberalitatem **V** liberalitate **E** *S B A G* | suscepti premonebat *ex* suscepremobat (*m2*) **V** susceptum praemonebat **E** *B A G* || **15** cum *ex* con (*m2*) **V** cum **E** eum **E***m2 S B A G* | temtatum **V** || **16** fallaciis *ex* uallatiis (*m2*) **V** | minisset **V** minis et **E** *S B A G* | societatem **V** societate **E** *S B A G* || **17** ringeretur **V** iungeretur **E** *G* stringeretur *S Val.* (**W**) constringeretur *B A* | ad[iur]ans (iur *in ras. 5 litt. m2*) **V** || **18** emittere ♂ **V** | [mu]neratus **V** || **19** rediit *G* | inthelausus temeratore **V** (*lac. 5 litt.*) ausus temeratore **E** certus non temerare foedus *B A* nihil ausus temerare *G* || **20** praemissorum *S B A* | obligat ingratiarum **V** obligatus in gratiarum **E** oblitus g. *B A* obligatus g. *G* || **21** excelebat **V** | quo[d] **V** | olimpiada **V** || **22** preterio **V** praetorio **E** *S B A G* | eiq]. co]pulauer[a]t **V** eique copulauerat **E** eique copularat *S B A* ei copulauerat *G* | sponsas fratri **V** sponsam fratris **E** *S B A G* || **24** quod misso **VE** *B* qd' misso *A* quo dimisso *G* | ipsa **V** ipse *G* | armeniae (n *ex* m) **V**

oppidum, et Lacotena et Samosata transito Euphrate Edessam uenit/ ibique, dum agmina undique conuenientium militum et rei cibariae abundantes copias opperitur, diu moratus post aequinoctium egreditur autumnale Amidam petens.

Cuius, cum prope uenisset, moenia fauillis oppleta collustrans flebat cum gemitu reputans, quales miseranda ciuitas pertulerat clades. ibi tunc forte Vrsulus praesens, qui aerarium tuebatur, dolore percitus exclamauit: „en quibus animis urbes a milite defenduntur, cui ut abundare stipendium possit, imperii opes iam fatiscunt!“ quod dictum ita amarum militaris multitudo postea apud Calchedona recordata ad eius exitium consurrexit. exinde contis consertis incedens / cum Bezabden aduentaret, fixis tentoriis uallo fossarumque altitudine circumsaeptis obequitans castrorum ambitum longius docebatur relatione multorum instaurata esse firmius loca, quae antehac incuria corruperat uetustatis. et ne quid omitteret, quod ante feruorem certaminum erat necessario praestruendum, uiris prudentibus missis / condicione posita dupla cogebat moenium defensores redire ad suos / alienis sine cruore concessis aut in dicionem uenire Romanam dignitatibus augendos et praemiis. atque cum illi destinatione natiua renitterentur ut clare nati periculisque et laboribus indurati, cuncta obsidioni congrua parabantur.

Densis itaque ordinibus cum tubarum incitamentis latera oppidi cuncta adortus alacrius miles legionibus in testudines uarias conglobatis paulatim tuto progrediens subruere moenia conabatur; et quia

1 samosata (ata *add. m2*) V | transmisso *SBAG* | Eufrate V || 2 ac mina V agmina E*SBAG* | miletum V *corr. m3 om. SBG* || 2. 3 cidariae adundantes V cibariae abundantes E*BAG* || 4 autumnalem V autumnale E*BAG* || 6 miserandas V*B* miseranda E*AG* || 7 [ac]aerarium (ac *add. m3*) V *om.* E aerarium *SB AG* || 8. 9 u[t]abundare (n *ex* m *m2*) V || 9 posset *SBA* | fastiscunt V fatiscunt E*BAG* || 10 post*ea V | chalcidona V Calcedona E*SA* Calcedonam *B* Chalcedona *G* || 11 concis consertis VE conchis c. *SB* cuneis c. *AG* confertis *Lind.* || 12 Bambicam *B* || 13 ambitu V ambitum *G* | do*cebatur (o *ex* u *m2; *fu.* o) V | elationem VE elatione *B* relatione *AG* || 14 inria ♂ V iniuria *G* || 15 corrupuerat V | uirtutis *ex* uirtutas (*m2*) V uirtutis E*m2* uirtute correxit *BA* uetustatis *G* || 17 condictione V conditione E*SBAG* | defensorem V defensores *G* || 18 concessit ut indictionem V c., ut in ditionem E*SBA* concessis aut in d. *G* || 19 augendis V augendos et *G* augendis et *Pet.* | d[esti]natione (d *ex* t) V | remitterentur *SB* remitteretur *A* || 20 clare nati] damnati *BA* | et *add. G reiec. dubit. Blomgren* | in VE*G om. BA* indurati *Val. in adn.* sueti *Meurig-D.* || 21 construa V congrua E*BAG* || 22 oppida V oppidi E*BAG* || 23 alacrus *ex* alacris (*m2*) V alacris E*SBAG* alacrius *Her.* || 24 progradiens ♂ V | moeniam *ex* moenium (*m2*) V moenia E*SBAG* | et *add.* V*m2* || 24—p. 208, 1 qui caelorum V quia telorum E*AG* qui t. *B*

telorum omne genus in subeuntes effundebatur, nexu clipeorum soluto
9 discessum est in receptum canentibus signis. laxatis deinde ad diem unum indutiis tertia luce milite curiosius tecto elatis passim clamoribus ascensus undique temptabatur. et licet defensores sub obtentis ciliciis, ne conspicerentur ab hostibus, latebant intrinsecus, tamen, quotiens flagitabat necessitas, lacertos fortiter exsertantes lapidibus
10 subiectos incessebant et telis. et uimineae crates cum procederent confidenter essentque parietibus contiguae, dolia desuper cadebant, / molae et columnarum fragmenta, quorum ponderibus nimiis obruebantur oppugnatores hiatuque uiolento disiectis operimentis cum periculis ultimis euadebant.

11 Decimo itaque, postquam pugnari coeptum est, die, cum spes nostrorum inferior cuncta maerore compleret, transferri placuerat molem arietis magnam, quam Persae quondam Antiochia pulsibus eius excisa/ relatam reliquerant apud Carrhas. quae subito uisa aptataque faberrime clausorum hebetauerat mentes ad usque deditionis remedia paene prolapsas, ni resumptis uiribus opponenda minaci machinae
12 praeparassent. nec temeritas post haec cessauerat nec consilium; / namque dum instrueretur aries uetustus et dissolutus, ut facile ueheretur, omni arte omnique uirium nisu et oppugnatorum uineae firmitudine summa defensabatur, tormenta nihilo minus et lapidum crebritas atque fundarum ex utraque parte plurimos consumebant et agge-

1 clippeorum **V** || 2 laxati ♂**V** || 3 indomis (in *add. m2*) **V** induciis **E** *Val. in adn.* animis *BAG* | milite *add. Her.* | recto *S* retro *BA* tecti *G* | passit **V** passim **E***SBAG* || 4 tentabant *G* | defensoribus **VE** defensores *BAG* defensores sub *Cl.* || 5 laetebant **V** latebant **E***SBAG* | interim secus **V** interim **E***A* i., sed *B* intrinsecus *G* || 6 lacerti **VE***A* lacertorum *B* lacertos *G* || 7 talis ♂**V** | femineae **V** uimineae **E***BAG* || 9 et *ante* molae *add. Her. reiec. Blomgren* | f[r]agmenta **V** | nemus **V** nimiis **E***BAG* | obrebantur **V** obruebantur **E***BAG* || 10 pugnatores *SBAG* | hiatoque *ex* hiatuque (*m2*) **V** hiatuque **E***BAG* | uiolen-(m *?*)ta ♂**V** || 12 oppugnari *SBAG* | die coeptum est **V***BA* coeptum est die **E***G* | spe **VE** spes *BAG* || 13 [interior] **V** interiora **E** *Val. in adn.* (**N**) interior *BA* inferior *G* || 14 magnum **V** magnam **E***BAG* | pulsebus ♂**V** | exeisa **V** excisa **E***SBAG* || 15 re latam **V** relatam **E***AG* reletam *S* deletam *B* | reliquerent ♂**V** | carras **V** | artataque **VE***B* arctataque *A* aptataque *G* | fauerrime *ex* fauerim (*m2*) **V** acerrime **E** faberrime *SBAG* || 16 dedicionis **V** || 17 pane ♂**V** | prolapsos **V** prolapsas **E***m2AG* prolapsa *B* | ne ♂**V** ne *SB* | resumptum **V***B* resumptis **E***AG* | opponendaminacimas hine **V** opponenda minaci machinae **E***G* opponendas machinas hyeme *BA* || 19 diu **V** dum **E***m2BAG* | arie **V** aries **E***SBAG* | tissolutus ♂**V** || 20 omni argente omnique **V** omniumque urgente **E** omni argenteo omnique *SBA* o. arte o. *G* | nixu *G* | oppugnaturum **V***BA* oppugnatum **E** propugnatorum *G* oppugnatorum *Val.* | ueniet **V***BA* ueniret **E** ui et *G* uineae *Her.* || 21 defensabantur **V***AG* defensabatur **E** *Val.* defensabuntur *B* | nihil omnius **V** nihilominus **E***SBAG*

rum moles incrementis celeribus consurgebant acriorque in dies adolescebat obsidio multis nostrorum idcirco cadentibus, quod decernentes sub imperatoris conspectu spe praemiorum, ut possint facile, qui essent, agnosci, nudantes galeis capita sagittariorum hostilium peritia fundebantur. proin dies et noctes intentae uigiliis cautiores 13 stantes utrubique faciebant. et Persae aggerum altitudine iam in sublime porrecta machinaeque ingentis horrore perculsi, quam minores quoque sequebantur, omnes exurere ui maxima nitebantur et assidue malleolos atque incendiaria tela torquentes laborabant in cassum ea re, quod umectis scortis et centonibus erant opertae materiae plures, aliae unctae alumine diligenter, ut ignis in eas laberetur innoxius. uerum has admouentes fortitudine magna Romani licet 14 difficile defensabant, tamen cupiditate potiundi oppidi ne prompta quidem pericula contemnebant. et contra propugnatores, cum iam 15 discussurus turrim oppositam aries maximus aduentaret, prominentem eius ferream frontem, quae re uera formam effingit arietis, arte subtili illaqueatam altrinsecus laciniis retinuere longissimis, ne retrogradiens resumeret uires neue ferire muros assultibus densis contemplabiliter posset, fundentes quoque feruentissimam picem. et diu promotae machinae stabant muralia saxa perferentes et tela.

Iamque aggeribus cumulatius excitatis defensores, ni uigilassent, 16 exitium affore iam sperantes in audaciam ruere praecipitem et re-

1 consurgeliant **V** consurgebant **E** *S B A G* | die **V** *B* dies **E** *A G* | aduliscelia**t V** adolescebat **E** *S B A G* || **3** spe *add. G* gratia *post* praemiorum *add.* **E** || **5** fundabantur ♂ **V** | intente **V** intenti *G* | cautiores **V** *def. Sey.* pauciores *Her. reiec. dubit. Blomgren* || **6** am **V** *om.* **E** iam *S B A G* || **7** mahinaeque (e *pr. add. m2*) **V** | iungentes **V** ingentis **E** *G* ingentes *B A* || **7. 8** perculsos, qui minores quasque *B A* || **8** exurere (e *ult. add. m2*) cui **V** e. ui **E** *G* e. quis *B A* | maxime *B A* || **9** incendiari **V** incendiaria **E** *B A G* || **9. 10** incausum aerae **V** incassum **E** in cassum arcere *B A* incassum: ea re *G* || **10** humectis **V** | cortis **V E** corticibus *B* scortis *A G* coriis *Pet.* (**W***m2*) || **11** uicte **V** picte **E** uinctae *B* unctae *A G* | ut *om. S B A* | ut eas **V** eis **E** ut eas *S B A* per eas *G* in eas *Hadr. Val.* (**W***m2*) | lauaretur **V** leuaretur **E** lamberet *B A* laberetur *G* || **12** et mouente **V** admouentes *G* | fortitudinem magnam **V E** fortitudine m. *S B A* f. magna *G* || **13** diffile ♂ **V** | [tamen cupiditati (-te *?*)] **V** tamen cupiditate **E** *S B A* t. et c. *G* cupiditatem *Her.* | promta **V** || **14** quidum ♂ **V** | contemneliant **V** contemnebant **E** *S B A G* contremebant *Langen* continebant *Cl.* non contemnebant *Nov.* (non *reiec. Bae.*) non temnebant *Češka* (*uel def.* contemn.) || **15** dissucussurus **V** discussurus **E** *A G* discursurus *S B* | opposita*ariaes (*fu.* m) **V** oppositam aries **E** *S B A G* || **16** quam **V E** *B* quae **E***m2* (*in marg.*) *G* qua *A* | effincit **V** effingit **E** *G* efficit *S B A* || **16. 17** art[e subtili] **V** || **17** laticiniis **V E** *A om. B* laciniis *G* | longis *B G* || **18** resumeret *ex* remesumeret **V** || **19** possit **V E** *B G* posset *A* | que **V** *def. Blomgren* quoque *G* || **20** tel[a] **V** || **21** [iamque] **V** | ne **V** ni **E** *B A G* || **22** adfortiam **V** affore iam **E** *G* ad fortia *B A* | autaciam ♂ **V** | [etre]pentino (t *alt. ex* d *m2*) **V**

pentino decursu portis effusi primosque adorti nostrorum faces sitellasque ferreas onustas ignibus in arietes magnis uiribus iaciebant. /
17 uerum post ambiguam proelii uarietatem plurimi nullo impetrato intra moenia repelluntur moxque ex aggeribus, quos erexerant Romani, idem Persae propugnaculis insistentes sagittis incessebantur et fundis telisque igniferis, quae per tegumenta turrium uolitantia paratis, qui restinguerent, plerumque irrita labebantur.
18 Cumque pauciores utrubique fierent bellatores et Persae truderentur ad ultima, ni potior ratio succurrisset, impensiore opera procursus temptabatur ex castris et eruptione subita multitudinis facta inter armatos, qui portabant ignes, amplioribus ordinatis iaciebantur corbes in materias ferreae plenae flammarum et sarmenta aliaque ad ignes
19 concipiendos aptissima. et quia conspectum abstulerant fumi nigerrimae nubes, classico excitante in pugnam legiones procinctae celeri gradu uenerunt et succrescente paulatim ardore bellandi, cum uentum fuisset in manus, repente machinae omnes effusis ignibus urebantur / praeter maiorem, quam direptis restibus, quibus e muro iactis implicabatur, uirorum fortium acrior nisus aegre semustam extraxit.
20 At ubi nocturnae tenebrae finem proeliis attulerunt, non in longum militi quies data. cibo enim exiguo refectus et somno rectorum monitu excitus munitiones a muro longe demouit dimicare succinctius parans per sublimes aggestus, qui iam consummati muris altius imminebant. utque facile defensuri moenia pellerentur, in ipsis aggerum summitatibus binae sunt locatae ballistae, quarum metu ne prospicere
21 quidem posse hostium quisquam crederetur. his satis prouisis prope ipsum crepusculum triplex acies nostrorum instructa conisque ga-

1 offusi* (*fu.* o*?*) V effusi E*SBAG* | que *post* primos *add.* V*m2* | facies sitelasque V faces sudesque E f. sitellasque *BAG* || 2 arietis V arietes E *Hadr. Val.* arietem *BAG* || 3 amuiguam V *corr. m3* | proeliam uirtutem (uir- *ex* uer- *m2*) V proelii uirtutem E*SBAG* fortunam *Corn.* sortem *Nov.* uarietatem *Her.* (*?*) proeliantium uirtutem *Walter* | plurimis V plurimi E*BAG* | nihil V*BAG* nihilo E nullo *Haupt C.F.W.M.* | impetratum *BA* || 4 moenia (e *add. m2*) V | erexerat V erexerant E*SBAG* erexerunt *Cl. c. c.* || 5 incaesebantur (e *alt. ex* a *m3*) V incessabantur E incessebantur *AG* || 6 talisque ♂ V | igni*feris (*fu.* s) V || 7 restringuerunt V restinguerent E*AG* restingerent *B* || 8 pautiores V || 10 ereptionis V eruptio E eruptione *BAG* || 11 ampliores ordinariis *BA* a. prioribus ordinati *G* | iaciebant *G* || 12 ferreas plenas *G* | ugnes ♂ V || 14 clausica (u *del.*) V classico E*m2AG* clausi ea *B* | celari ♂ V || 15 conuentum V cum uentum E*BAG* || 16 in] ad E*BAG* || 17 diruptis *Btl. Gdt.* | [i]actis V | inplicaliatur V *corr. m3* || 18 acritor V acriter E acrior *SBAG* | semiustam *AG* || 19 ad V *corr. m3* || 20 militi qui estate V m. quies data V*m3*E*m2A* miles quieuit *BG* || 21 longe à muro *tr. G* | dimouit E*A* || 22 consumnati V || 22. 23 inminebantur quae V*B* eminebant / qua E imminebant. utque *AG* || 23 defensori V*B* defensor E defensuri *A* defensores *G* | moenibus pelleretur E*B* || 26 aties V

learum minacius nutans scalas uehentibus multis impetum conabantur in muros. iamque resultantibus armis et tubis uno parique ardore hinc indeque pugnabatur audaci conflictu latiusque sese pandente manu Romana, cum Persas occultari uideret pauore impositorum aggeribus tormentorum, pulsabant turrim ariete et cum ligonibus et dolabris et uectibus scalae quoque propinquabant utrimque conuolante missilium crebritate. afflictabant tamen multo uehementius Persas 22 ictus uarii ballistarum tamquam per transennam a cliuis structilibus decurrentes. unde fortunas suas sitas in extremo iam cogitantes destinatam ruebant in mortem et partiti munera dimicandi inter necessitatis articulos relictis, qui moenia tuerentur, reserata latenter postica/ strictis gladiis ualida manus erupit pone sequentibus aliis, qui flammas occulte portabant. dumque Romani nunc instant cedentibus, / 23 nunc ultro incessentes excipiunt, qui uehebant foculos repentes incurui, prunas unius aggesti inseruere iuncturis ramis arborum diuersarum et iunco et manipulis constructi cannarum; qui conceptis incendiorum aridis nutrimentis iam cremabantur militibus cum intactis tormentis exinde periculose degressis.

Vt uero certaminibus finem uespera dedit incedens partesque dis- 24 cesserunt ad otium breue, imperator in uaria sese consilia diducens et uersans, cum excidio Phaenichae diutius imminere necessariae ratio-

1 minatius **V** | imterim (t *ex* p *m3*) **V** interim **E** imperium *SBA* impetum *G* | conabantur **V** *def. Bae. Blomgren* conabatur *G* || 2 in misos **V** inixos **E** insilire *BA* in muros *G* || 3 hic indeque **V** hincinde **E** *BA* hinc indeque *SG* || 4 romana (a *alt. ex* u *m2*) *ex* roma **V** romano **E** Romani *BAG* manu Romana *Cl.* | cuin **V** cum **E** *SBAG* | uiderent *BAG* || 5 pul**sebatur (e *ex* a *m2*) imari etum (arietum *add. in marg. m3*) **V** pulsabantur murietum (uel arietum *add. in marg. m2*) **E** pulsabatur in mari: et cum *S* pulsabantur inaniter, et cum *BA* pulsabant turrim ariete: et cum *G* | liconibus **V** || 6 fectibus **V** | scaleque **V** scalisque *G* scalae quoque *Her.* || 7 **multo (*fu.* ta) **V** || 8 ictius (i *alt. del.*) **V** rectius *SBA* | transient (i *add. m3*) Nam **V** transi (*lac. 4 litt.*). Namque **E** transennam *BAG* | a *add.* **V** *m2 in marg.* | fructilibus *SBA* || 9 su[a] (*ex* suas *m2*) sitasi in **V** suas sitas in **E** *G* suas ita in *SBA* | testinatam **V** *corr. m3* || 10 cessitatis ♂ **V** || 11 reserate **VE** reserare *SB* reserata *AG* || 12 gladis ♂ **V** | pones quentibus ♂ **V** || 13 instantes **V** instant *G* || 14 incensentes (n *alt. del. m2*) **V** | fuculos ♂ **V** || 15 iunctoris **V** iunctis **E** *m2* uinctoris *S* uictoris *BA* iuncturis *G* || 16 annarum qui **VE** annarumque *S* cannarumque *BA* cannarum qui *G* || 17 trimentis ♂ **V** | milibus ♂ **V** || 18 perilose ♂ **V** periculos *S* periculoque *BA* | deg[res]tis **V** digestis **E** digressis *BAG* || 19 uespere **V** uespera **E** *G* uesper *BA* | dedit incendens **V** d. incedens **E** *Lind.* decedentes *BA* dedit *G* || 20 p̄ ue **V** *om.* **E** priuatum *BA* breue *G* | deducens **V** diducens *G* || 21 eum **V** *BA* *om.* **E** cum *G* | fenidi aeditius **V** uidens diutius **E** Phoeniciae dirius *BA* Phaenichae diutius *G* 21–p. 212, 1 necaessariae rationis surgerent **V** ni necessariae rationes suggererent **E** necessariae r. s. *BA* n. r. urgerent *G*

nes urgerent, quod munimentum uelut insolubile claustrum hostium excursibus erat obiectum, et serum repelleret tempus, certaturus leuiter ibi statuit immorari alimentis destituendos forsitan cedere
25 existimans Persas; quod secus atque rebatur euenit. cum enim remissius pugnaretur, umente caelo undantes nubes cum tenebris aduenere 5 minacibus assiduisque imbribus ita immaduerat solum, ut luti glutinosa mollities per eas regiones pinguissimi caespitis omnia perturbaret. et super his iugi fragore tonitrua fulgoraque mentes hominum pauidas perterrebant.

26 Accedebant arcus caelestes conspectus assidui. quae species unde 10 ita figurari est solita, expositio breuis ostendet. halitus terrae calidiores et umoris spiramina conglobata in nubes exindeque disiecta in aspergines paruas ac radiorum fusione splendida facta supinantur uolubiliter contra ipsum igneum orbem irimque conformant, ideo spatioso curuamine sinuosam, quod in nostro panditur mundo, / 15
27 quem sphaerae dimidiae parti rationes physicae superponunt. cuius species, quantum mortalis oculus contuetur, prima lutea uisitur, secunda flauescens uel fulua, punicea tertia, quarta purpurea, post-
28 rema caerulo concreta et uiridi. hac autem mixta pulchritudine temperatur ideo, ut terrenae existimant mentes, quod prima eius pars 20 dilutior cernitur aeri concolor circumfuso, sequens fulua, id est paulo excitatior quam lutea, punicea tertia, quod solis obnoxia claritudini/

1 quid **V E** qui **E***m2* quod *B A G* | uelud **V** || 2 repellere **V** repelleret *G* || 3 destituendos (o *ex* u *m2*) **V** | caedere **V** *B* redire **E** cedere *S A G* || 4 aque **V** atque **E** *S B A G* || 5 aduenerem **V** aduenere **E** *S B A G* || 6 adsiduis**que (*fu.* us) **V** | inlibribus **V** *corr. m3* | inmanduerat **V** immaduerat **E** *S B A G* | loti **V** loci **E** luti *S B A G* || 7 piguissimi **V** pinguissimi **E** *S B A G* || 8 se **V** et **E** *G* sed *B A* || 9 perterrebantque (b *ex* li *m2*) **V** perterrebant. Adque **E** preterrebantque *S* praeterrebant *B* perterrebant *A G* || 10 accedebat **V** accedebant *G* | conspctus **V** | assidue / Que **E** assiduaeque *S B A* | species *ex* spetus **V** | undae *B A* || 11 itaque igurari et **V** ita figurari sit **E** *Val.* itaque ignari et *S* i. i. a *B A* ita figurari *G* est *Pet.* | Solis *B A* soleat *G* | exposita durebis oste det **V** e. narratio ostendet **E** oppositu colores ostendi *B A* expositio de rebus ostendet *G* breuis *Val. in adn.* | calidioris **V** calidiores *G* || 12 conglo busta ♂ **V** | nubus ♂ **V** || 13 asperginis **V** *B A* aspergines **E** *G* | splendidae **V E** splendida *B A G* || 14 urimque (u *ex* i *m2*) **V** irimque **E** *S B A G* | confirmati **V** confirmat **E** confirmant *B A* conformant *G* | ideoque *A G* || 15 spatiosa (s *alt. add. m2*) **V** spatioso **E** *B A G* || 16 rationis fusicae **V** rationes physicae **E** *B A G* || 17 speties **V** | seunda **V** || 18 pucea **V** punicea **E** *A G* picea *S B* || 19 ceruleo *S B A G* || 20 idest **V E** id *B A* ideo ut *G* || 21 que Nifula id estis **V** que ni fulua idest **E** -que infusa est *B A* sequens fulua, id est *G* || 22 exiscitatior **V** excitatior **E** *B A G* | claritudine **V** claritudini **E** *B A G*

pro reciprocatione spiritus fulgores eius purissime e regione deflorat, / quarta ideo purpurat, quod intermicante asperginum densitate, per quas oritur, radiorum splendorem concipiens ostendit aspectum flammeo propriorem, qui color, quanto magis diffunditur, concedit in caerulum et uirentem.

Arbitrantur alii tunc iridis formam rebus apparere mundanis, / 29 cum altius delatae nubi crassae radii solis infusi lucem iniecerint liquidam, quae non repperiens exitum in se conglobata nimio splendescit attritu et proximos quidem albo colores a sole sublimiore decerpit,/ subuirides uero a nubis similitudine superiectae, ut in mari solet usu uenire, ubi candidae sunt undae, quae litoribus illiduntur, interiores sine ulla concretione caeruleae.

Et quoniam indicium est permutationis aurae, ut diximus, a sudo 30 aere nubium concitans globos aut contra ex concreto mutans in serenam laetitiam caelum, ideo apud poetas legimus saepe Irim de caelo tunc mitti, cum praesentium rerum uerti necesse sit status. suppetunt aliae multae opiniones et uariae, quas dinumerare nunc est superuacuum narratione redire, unde digressa est, festinante.

His ac talibus imperator inter spem metumque iactabatur ingra- 31 uescente hiemis magnitudine suspectisque per auios tractus insidiis,/

1 pro reticatione **V** reciprocatione **E** *Val. in adn.* (**N**) *an recte? Cl.* pro receptatione *BA* receptatione *G* | purissimem **V** purissimum **E** purissimi *SBA* purissimos *G* purissime *Erf. in comm.* || **3** splendorum conspiciens **V** splendor conspicuus **E** s. conspiciens *SBA* splendorem conspuens *G* s. concipiens *Madv.* || **4** propriorem **V** propiorem **E***BAG* | colora tanto **V** color quanto **E***BAG* | in caeruleum **E***A* interulum *SB* || **6** arbitratur **V***BA* arbitrantur **E***G* | rebus (e *ex* u *m2*) **V** | apparare **V** apparere **E***SBAG* || **7** al[tius***di]latae **V** altius delatae **E** *Hadr. Val.* a. dilatae *SBAG* | nubae **V** nubes **E***SBA* nubi *G* | infulsi **VE** infusi *BAG* | inicerint **V** iniecerint **E***SBAG* || **8** que **VE** *om. BA* quae *G* | conglodat animo **V** conglobat animos **E** c., animoque *BA* conglobata nimio *G* || **9** adtrito **V***BA* atrito **E** attritu *G* | coleres **V** colores **E***SBAG* || **10** nubes **V***B* nubis **E***AG* | maris **V** maris (s *del. m2*) **E** mari *BAG* || **11** ulteriores *Löfst. reiec. Geyer* || **12** ceruleae *ex* cerulae (*m2*) **V** || **14** immutans *BG* || **15** *[leti]tiam **V** | proaetas **V** poetas **E***SBAG* || **15. 16** [nimirum] de caelo hinc (hinc *add. sup. lin. m2*) **V** *om.* **E** nimirum de c. h. *SB* Irim de caelo huc *A def. Harmon* I. de c. *G* tunc *Her.* || **16** mitti cum presentium rerum sit status **V** (uerti necesse mitti *add. m2 in marg., tum eras.*) **E** (*om.* sit) uerti necesse mitti c. p. r. sit st. *SB* mitti c. p. r. uerti necesse sit st. *A* m. c. p. r. fit status mutatio *G* || **17** multi oppiones **V** multae opiniones **E***SBAG* | tinumerare **V** enumerare **E** dinumerare *SBAG* || **19** **metumque (*fu.* te) **V** || **20** superetisque (e *alt. del. m3*) **V** superuisque **E** super eos que *S* super ea regis *B* superatisque *A* suspectisque *G* speratisque *Haupt def. Unger* | per auictio stractus **V** distractus **E** Persarum stratus *B* per auictios tractus *A* per auios t. *G* auia eius *Pet. in ind.*

inter quae etiam tumultum exasperati militis uerebatur. super his urebat eius anxiam mentem, quod uelut patefacta ianua diuitis domus/ irritus propositi reuertetur.

32 Quas ob res omisso uano incepto hiematurus Antiochiae redit in Syriam aerumnosa perpessus uulnera et atrocia diuque deflenda. / euenerat enim hoc quasi fatali constellatione ita regente diuersos euentus, ut ipsum Constantium dimicantem cum Persis fortuna semper sequeretur afflictior, unde uincere saltem per duces optabat, quod aliquotiens meminimus contigisse.

1 etiam (*lac. 18 litt.*) tum **VE** (*lac. 8 litt.*) aeris inopia *BA* etiam tumultum *G* etiam motum *Meurig-D.* | milites **V** militis *G* | uerbatur **V** urebatur **E** uerebatur *SBAG* || 2 uelud **V** | patefacte ♂ **V** | diuites **VE** diuitis *BAG* || 3 reuerterentur **E** reuerteretur *A Lind.* (**W***m2*) || 5 aerumnosam **V***BAG* aerumnosa **E** *Hadr. Val.* | etulerint sed atrotia **V** (*lac. 5 litt.*) sed atrocia **E***S* aestatem et atrocem *BAG* ut retulimus et atrocia *Hadr. Val.* uulnera et a. *Haupt Corn.* | deflendam *BAG* || 8 sequaereretur **V** sequeretur **E***SAG* | adflictor **V** *corr. m3* | duces *ex* ducem **V** || 9 contingisse **V** contigisse **E***SAG* | AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM. EXPLICIT LIBER. XX. INCIPIT LIBER XXI. FELICITER. **V** AMIANI MARCELLINI EXPLICIT. XX. INCIPIT. XXI. **E**

LIBER XXI

1. Iulianus Augustus Viennae quinquennalia celebrat. quo modo Constantium Augustum breui moriturum praenouerit, et de uariis artibus futura praenoscendi.
2. Iulianus Augustus Viennae Christianum se simulat illiciendae multitudinis causa et die festo in ecclesia inter Christianos deum precatur.
3. Vadomarius rex Alamannorum rupto foedere per emissarios limites uastat et Libinonem comitem cum paucis interficit.
4. Iulianus Augustus interceptis Vadomarii litteris ad Constantium Augustum eum in conuiuio comprehendum curauit et Alamannis aliis occisis, aliis in deditionem acceptis, ceteris pacem petentibus dedit.
5. Iulianus Augustus milites suos alloquitur et in uerba sua uniuersos adigit Constantio Augusto bellum illaturus.
6. Constantius Augustus Faustinam ducit uxorem, auget supplementis exercitum, Armeniae et Hiberiae reges donis sibi conciliat.
7. Constantius Augustus Antiochiae tum agens per Gaudentium notarium Africam in potestate sua retinet ac Euphrate transito Edessam se exercitumque confert.
8. Iulianus Augustus post ordinatas res Galliarum ripam Danubii petit et partem militum per Italiam perque Raetias praemittit.
9. Taurus et Florentius consules ac praefecti praetorio, hic per Illyricum, ille per Italiam fugiunt appropinquante Iuliano Augusto. Lucillianus magister equitum, qui resistere Iuliano parabat, opprimitur.
10. Iulianus Augustus Sirmium, caput Illyrici occidui, una cum praesidio in fidem recipit. Succos occupat et ad senatum scribit contra Constantium.
11. Duae legiones Constantianae, quae apud Sirmium ad Iulianum Augustum transierant, ab eo missae in Gallias Aquileiam occupant consentientibus oppidanis ac Iuliani militi portas claudunt.
12. Aquileia fauens Constantii Augusti partibus oppugnatur. quae postea comperto eius obitu Iuliano se dedidit.
13. Sapor domum reducit copias inhibentibus bellum auspiciis. Constantius Augustus in Iulianum arma moturus Hierapoli milites alloquitur.
14. Praesagia mortis Constantii Augusti.
15. Moritur Constantius Augustus apud Mobsucrenas Ciliciae.
16. Constantii Augusti uirtutes et uitia.

Intercluso hac bellorum difficili sorte Constantio trans flumen 1
Euphraten Iulianus agens apud Viennam formandis in futura consiliis
dies impendebat et noctes, quantum opes patiebantur angustae, altius

1 interclusos ac **V** intercluso a **E** i. hac *SBAG* | difficile **V** difficili **E** *SBAG* ‖ 2 formandis **V** firmandis *C. F. W. M. Pet.* ‖ 3 opes (p *ex* u *m2*) **V** | augustae **VE** angustiae *B* angustae *AG*

semet attollens semperque ambigens, utrum Constantium modis omnibus alliceret in concordiam an terroris incutiendi gratia lacesseret
2 prior. quae sollicite reputans utrumque formidabat et amicum cruentum et in aerumnis ciuilibus saepe uictorem maximeque Galli fratris exemplum mentem eius anxiam suspendebat, quem inertia mixtaeque
3 periuriis fraudes prodidere quorundam. erigebat tamen aliquotiens animum ad multa et urguentia tutissimum ratus inimicum se ex confesso monstrare ei, cuius ex praeteritis motus coniectabat ut prudens, /
4 ne per amicitias fictas insidiis falleretur occultis. parui igitur habitis, / quae per Leonam Constantius scripserat, nulloque arbitrio eius promotorum suscepto praeter Nebridium quinquennalia Augustus iam edidit/ et ambitioso diademate utebatur lapidum fulgore distincto, cum inter exordia principatus assumpta uili corona circumdatus erat /
5 xystarchae similis purpurato. inter quae Helenae coniugis defunctae suprema miserat Romam in suburbano uiae Nomentanae condenda, / ubi uxor quoque Galli quondam, soror eius, sepulta est Constantina.
6 Acuebat autem incendebatque eius cupiditatem pacatis iam Galliis / incessere ultro Constantium coniciens eum per uaticinandi praesagia multa, quae callebat, et somnia e uita protinus excessurum.
7 Et quoniam erudito et studioso cognitionum omnium principi / maleuoli praenoscendi futura prauas artes assignant, aduertendum est breuiter, unde sapienti uiro hoc quoque accedere poterit, doctrinae
8 genus haud leue. elementorum omnium spiritus utpote perennium corporum praesentiendi motu semper et ubique uigens ex his, quae per disciplinas uarias affectamus, participat nobiscum munera diuinandi et substantiales potestates ritu diuerso placatae uelut ex per-

1 que *add.* V*m2 sup. lin.* || 2 in[con]cutiendi V concutiendi E incutiendi *SB AG* | g[r]atia (*fu.* l) V || 3 prior — reputans *post* 2 alliceret V *ordinem punctis restit.* V*m2 sine ordine restituta* E*SBA ordinem corr. G* | amicum (m *pr. fu.* cr) V | cruentem ♂ V || 5 in[er]tia mix[t]eque V || 6 quorumdam V || 7 et urgentia V*B AG* turgentia E urguentia *Cl. c. c.* || 9 ni VE*BG* ne *A* | paruit *AG* | auitis V*BG* habitis E *Val.* auditis *A* || 10 constanti lis V Constantius E*SBAG* | promoturum V promotorum *G* || 11 nibridium V || 12 ambitioso (t *ex* c *m2*) V || 14 aelaenae V Helenae E*SBAG* || 15 suppraema V | roma V Romam E*G* Romae *BA* || 16 eius *add.* V*m2 sup. lin.* || 17 accidat V *om.* E accidebat *BAG* excibat *Gron.* acuebat *Wagn. Madv.* agitabat *Nov. Momms.* | eius] spes *Madv.* | Gallis *BG* || 18 -re ultro *add.* V*m2 sup. lin.* | animus *ante* coniciens *add. Momms. post* somnia *Nov.* | uaticidandi V || 19 calleuat V callebat E*SBAG* | pro[ti]nus V || 20 cog[ni]tionum V || 21 aduertaendum (e *alt. add. m2*) V | est *add.* V*m2 sup. lin.* || 22 braeuiter (b *ex* p *m2*) V | accidere V accedere *Btl.* || 23 utpute V || 24 praesentienti *BG* || 25 p[er] (*fu.* rae) V | disciplina* [u]arias (*fu.* s) V disciplinas u. E*SBAG* || 26 per pentuis V perpetuis E*SBAG*

petuis fontium uenis uaticina mortalitati suppeditant uerba, quibus numen praeesse dicitur Themidis, quam ex eo, quod fixa fatali lege decreta praescire facit in posterum, quae tethimena sermo Graecus appellat, ita cognominatam in cubili solioque Iouis, uigoris uiuifici, / theologi ueteres collocarunt.

Auguria et auspicia non uolucrum arbitrio futura nescientium colli- 9
guntur —nec enim hoc uel insipiens quisquam dicet—, sed uolatus auium dirigit deus, ut rostrum sonans aut praeteruolans pinna turbido meatu uel leni futura praemonstret. amat enim benignitas numinis,/ seu quod merentur homines seu quod tangitur eorum affectione, / his quoque artibus prodere, quae impendent.

Extis itidem pecudum attenti fatidicis in species conuerti suetis 10
innumeras accidentia sciunt. cuius disciplinae Tages nomine quidam monstrator est, ut fabulantur, in Etruriae partibus emersisse subito uisus e terra.

Aperiunt tunc quoque uentura, cum aestuant hominum corda, sed 11
loquuntur diuina. sol enim, ut aiunt physici, mens mundi nostras mentes ex sese uelut scintillas diffunditans, cum eas incenderit uehementius, futuri conscias reddit. unde Sibyllae crebro se dicunt ardere torrente ui magna flammarum. multa significant super his crepitus uocum et occurrentia signa, tonitrua quin etiam et fulgora et fulmina itidemque siderum sulci.

Somniorum autem rata fides et indubitabilis foret, ni ratiocinantes 12
coniectura fallerentur interdum. quae, ut Aristoteles affirmat, tum fixa sunt et stabilia, cum animantis altius quiescentis ocularis pupilla

1 mortalitatis **V** (i *alt. ex* e *m2*) *BA* mortalitati **E***G* || 2 fixae **V** fixa **E***BAG* || 3 fas scit *B* fas sit *AG* || 6 [auguri et] **V** auguria et **E***m2 SBAG* | auspicia — nas centium *add.* **V***m2 in marg.* | arbitrium **V***m2***E***B* arbitrio *AG* | nas centium **V***m2B* noscentium **E** nescientium *AG* || 7 uolutus ♂ **V** || 12 tidem **V** itidem **E** *Gdt.* item *SBAG* | speties conuertit sueti **V** species conuerti s. **E** specie conuertit s. *SB* spem conuerti s. b_2 species c. suetis *A* spes c. s. *G* adsuetis *Cl.* suetis *restit. Heilm.* || 14 monstratorem ut **V** *om.* **E** monstratur ut *BA* monstrator ut *G* m. est: ut *Hadr. Val.* || 16 hunc **V** hi **E** nunc *BAG* tunc *Hadr. Val.* | aestiuant **V** extimant **E** existimant *SBA* aestuant *G* | sed] exta *BA* et *Hadr. Val. in adn.* || 17 loquuntu **V** loquuntur **E***SBAG* | nostrans (n *alt. del.*) **V** in nostras *A* || 19 conscius **V** conscias **E***BAG* | sybillas **V** Sibyllae *G* | crebrosae dicunt (u *ex* a *m2*) **V** crebro se dicant **E** crebros edicunt *SBA* crebro se dicunt *G* | ardore ♂ **V** ardore *SBA* || 23 somnorum **V** somniorum **E***SBAG* | rara *SBG* | indubitabiles **VE** indubitabilis **E***m2BAG* || 24 fallerentur interdum que **V** fallerentur. Interdumque **E***SBAG* f. interdum. quae *Btl. Madv.* || 24. 25 ium fixae **V** tum fixa **E** *Hadr. Val.* infixa *BAG* || 25 animantes **VE***B* animantis *AG* | oculares popiala **V** procul a re propria iam **E** ocularis pupilla *BAG* pupula *Her.*

13 neutrubi inclinata rectissime cernit. et quia uanities aliquotiens plebeia strepit haec imperite mussando, si esset praesentiendi notitia quaedam, cur ille se casurum in bello uel alius hoc se passurum ignorauit aut illud, sufficiet dici, quod et grammaticus locutus interdum est barbare et absurde cecinit musicus et ignorauit remedium medicus; sed non ideo nec grammatica nec musica nec medicina subsistit. /
14 unde praeclare hoc quoque ut alia Tullius: „signa ostenduntur" ait „a dis rerum futurarum. in his si qui errauerit, non deorum natura, / sed hominum coniectura peccauit." ne igitur extra calcem, quod dicitur, sermo decurrens lecturo fastidium ferat, ad explicanda prospecta reuertamur.

2 Cum apud Parisios adhuc Caesar Iulianus quatiens scutum uariis motibus exerceretur in campo, axiculis, quibus orbis erat compaginatus, in uanum excussis ampla remanserat sola, quam retinens ualida
2 manu stringebat. territisque ut omine diro praesentibus cunctis „nemo" inquit „uereatur! habeo firmiter, quod tenebam." item cum apud Viennam postea quiesceret sobrius, horrore medio noctis imago quaedam uisa splendidior hos ei uersus heroos modo non uigilanti aperte edixit eadem saepius replicando, quibus fretus nihil asperum sibi superesse existimabat:

Ζεὺς ὅταν εἰς πλατὺ τέρμα μόλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο,
παρθενικῆς δὲ Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέμπτῃ

1 neutrobique *G* || 2 musando **V** || 3 causarum ♂**V** | te **V** se **E***BAG* || 4 sufficiet (ffi *in ras.*) **V** sufficit *SBG* || 6 et **V** **E***BG* at *A* set *Cl.* | medina ♂**V** || 7 praedare **V** praeclare **E***SBAG* || 8 ad his **V** a diis **E***G* ab his *SBA* | futuraram **V** futurarum **E***SA om. BG* | si quis **E***SBAG* | epauerit **V** errauerit **E***BAG* || 9 quo **V** quod **E***BAG* || 10 proposita **E** *Kell. def. Harmon* || 11 recertamur **V** reuertamur **E***BAG* || 12 ad hoc **V** **E** adhuc *BAG* | uarus **V** uariis **E***S BAG* || 13 axicolis quid **V** assicolis quid **E** assulas quis *B* assulis queis *A* axiculis quis *G* quibus *Nov.* (**N**) || 14 in manu *SB* e manu *A* | ample ♂**V** ochana *BA* ansa *G* | remanserant *BA* | salo ♂**V** | quae *BA* || 15 homine **V** omine **E***BAG* || 17 horrore mediae **E** hora media *BG* | noctes ♂**V** || 18 spendidior ♂**V** || 19 dixit **V** edixit *Cl. c. c.* || 20 ******[su]*****per esse **V** || 21–p. 219, 2 ΖΕΥCΟ ΤΑΝΕΙCΙ ΤΙΑΔΤΥΤΕΡUΑ ULοΑΝΚΙΤΟVV̄ΔΡΟΧΟ ΟΙΟ ΠΔΡΕΕΝΙΚ | ΝCΔΕΚ-ΡΟΝΟCUΟΙΡΝC ΒΕΗΝΕ ΠΙΠΤΕΑLΠΤΝΕΙΚΟCΤΝΒΑCΔΕΥCΚΟCΤΑΝΤΙ | ΟC-ΛCΙΔΟCΕ ΗC ΤΕ ΡΑLΑ ΦΙΟΔΝ ΒΙΟΤΟ ΥΕΤΥ ΓΕΡΟΝ ΚΑΙΕΠΩ ΔΥΝΟΝΕ Ζ̄ΕΙ **V** ΖΕΩ – ΠΔΡΕΕΝΙΚ *reliqua om.* **E** *Graeca om. SB ΖΕΥΣ ΟΤΑΝ ΕΙΣΙΤΙΛΑΤΥΤΕΡΜΑ ΗΙΟΑΝΚΙΤΟΥ ΥΔΡΟΧΟΟΙΟ ΠΑΡΘΕΝΙΚΗΣ ΔΕ ΚΡΟΝΟΣ ΝΟΥΡΙΣΒΕΝΕΠΠΑΙΠΤΝ ΕΙΚΟΣ ΤΗ ΒΑΣΔΕΙΣ ΚΟΣΤΑΝ ΤΙΟΣ ΑΣΙΔΟΣ ΕΗΣΤΕΡΜΑ ΦΙΟΛΥ ΒΙΟΤΟΕΤΥΓΕΡΟΝ ΚΑΙ ΕΡΩΔΙΝΟΝ ΕΖΕΙ Α* || 21 *ἐκ πλατὺ τέρμα μόλῃ κλυτοῦ G* || 22 *παρθενικῆς G* | *μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέμπτῃ G*

εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωστάντιος Ἀσίδος αἴης
τέρμα φίλου βιοτοῦ στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

agebat itaque nihil interim de statu rerum praesentium mutans, sed animo tranquillo et quieto incidentia cuncta disponens paulatimque sese corroborans, ut dignitatis augmento uirium quoque congruerent incrementa. utque omnes nullo impediente ad sui fauorem illiceret,/ adhaerere cultui Christiano fingebat, a quo iam pridie occulte desciuerat arcanorum participibus paucis haruspicinae auguriisque intentus et ceteris, quae deorum semper fecere cultores. et ut haec interim celarentur, feriarum die, quem celebrantes mense Ianuario Christiani / Epiphania dictitant, progressus in eorum ecclesiam sollemniter numine orato discessit. 3 4 5

Dum haec ita aguntur, propinquante iam uere nuntio percitus inopino ad tristitiam uersus est et maerorem. didicit enim Alamannos a pago Vadomari exorsos, unde nihil post ictum foedus sperabatur incommodum, uastare confines Raetiis tractus nihilque sinere intemptatum manus praedatorias fusius discurrentes. quod ne dissimulatum rediuiuas bellorum materias excitaret, Libinonem quendam comitem cum Celtis et Petulantibus misit hiemantibus secum negotium, ut poscebat ratio, correcturum. qui cum mature prope oppidum Sanctionem uenisset, longe uisus a barbaris, qui iam certamina meditantes sese per ualles abdiderant, hortatusque milites licet numero impares cupidine tamen pugnandi uehementius irritatos aggreditur inconsulte Germanos interque dimicandi exordia ipse concidit omnium primus. cuius interitu erecta barbarorum fiducia Romanisque ad ducis uindictam accensis certamen committitur obstinatum et urgente magnitudinis mole disiecti sunt nostri occisis paucis et uulneratis. 3 2 3

Cum hoc Vadomario et Gundomado eius fratre itidem rege Con- 4

1 *εἰκόστῃ, βασιλεὺς Κονστάντιος ἄσιδος αἴης G* || 2 *τέρμα φίλον βιοτοῦ στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει G* || 4 traquillo **V** || 6 o$\overline{\text{m}}$[s] **V** || 7 pridie **V** *def. Fletcher* pridem **E** *S B A G* || 9 ficeret ultores **V** fecere cultores **E** *A G* afficeret c. *S* (-ent) *B* || 10 mense *ex* inense **V** || 11 aephiphania **V** Epiphaniam *B G* | dictita **V** dicta **E** dictitant *S A G* | progessua **V** progressus **E** *B A G* || 12 di[scessit] **V** || 14 Alemanos *B* Alemannos *G* || 15 uadomarii **V** Vadomari *Harmon c. c.* | ictium **V** ictum **E** *B A G* | sperebatur **V** sperabatur **E** *S B A G* || 16 fastare **V** uastare **E** *B A G* | confinis **V E** confines *B A G* || 17 discurrentes *ex* decurrentes **V** | ni *ex* né **V** ne **E** *m2 A G* in- *S B* | [dissimu]latum **V** || 18 libi[non]em **V** || 19 [cel]tis **V** || 21 uenisse **V** uenisset **E** *B A G* || 22 addiderant ortatusque miletis (e *ult. ex* i *m2*) **V** abdiderant; hortatusque milites **E** *B A G* || 23 inritatus **V** *B* irritatos **E** *A G* || 24 condit **V** cecidit **E** *m2* concidit *B A G* || 25 erecta a **V** erecta **E** *S B A G* | barborum ♂ **V**

stantius, ut iam relatum est, firmauerat pacem. post quae mortuo Gundomado hunc sibi fore existimans fidum secretorumque taciturnum exsecutorem et efficacem mandabat, si famae solius admittenda est fides, scribebatque, ut tamquam rupto concordiae pacto subinde collimitia sibi uicina uexaret, quo Iulianus id metuens nusquam a
5 tutela discederet Galliarum. quibus, si dignum est credere, obtemperans Vadomarius haec et similia perpetrabat ad perstringendum fallendumque miris modis ab aetatis primitiis callens, ut postea quo-
6 que ducatum per Phoenicen regens ostendit. sed re ipsa conuictus abstinuit. capto enim a stationariis militibus notario, quem miserat ad Constantium, scrutatoque, si quid portaret, epistula eius reperta est,/ in qua praeter alia multa id quoque scripserat: „Caesar tuus disciplinam non habet." Iulianum autem assidue per litteras dominum et Augustum appellabat et deum.

4 Haec ut erant periculosa et dubia, Iulianus in exitiale malum eruptura considerans in unum omni cogitatione intenta eum ui incautum rapere festinabat, ut securitatem suam prouinciarumque locaret in
2 tuto, et iniit consilium tale: Philagrium notarium, orientis postea comitem, ad eas miserat partes, cuius prudentiae fidebat olim sibi compertae, eique inter multa, quae pro captu instantium rerum erat acturus, signatam quoque chartulam tradidit mandauitque, ne aperiret
3 uel recitaret, nisi Vadomario uiso cis Rhenum. perrexit Philagrius, ut praeceptum est, eoque praesente et negotiis astricto diuersis transgressus Vadomarius flumen ut nihil in profunda metuens pace nihilque secus gestorum simulans scire uiso praeposito militum ibi degentium pauca locutus ex more ultro semet, ut suspicionis nihil relinqueret abiturus, ad conuiuium eius uenire promisit, ad quod erat

1 reuelatum (ue *del.*) V || 3 exsecutore effacitatem V executorem efficacem E e. fecialem *BAG* et *add. Val.* (N) *def. Blomgren* | madabat V mandabat E*S Val.* mandauerat *BAG* || 4 sane cor diae (e *pr. ex* o *m2*) V sane concordi E sane concordiae *SBA* concordiae *G* || 5 conclimatia V collimatias E collimitio *B* collimitia *AG* | uixaret ♂ V || 6 et V*B* ut E*AG* si *C.F.W.M.Nov.* || 8 moris V modis E*SBAG* | primitus primitus (*pr. del.*) V primitiis E*SAG* primitus *B* | gallens V callens E*SBAG* || 9 fenicen V | conui[c]tus V || 13–15 assidue – Iulianus *om. SB* || 15 iterant V inter E ut erant *AG* || 16 intentae uimin[c]autum (c *ex* e, u *ult. ex* e *m2*) V intentus (*lac. 11 litt.*) E intente ui incautum *B* intenta, eum i. *A* i., ui i. *G* eum ui *Cl.* ui eum *Walter* || 17 prouintiarum que V | locarent V locaret E*BAG* || 19 partes (r *add. sup. lin.*) V | conperti V*A* compertae E*BG* || 20 multaque quae (que *del.*) V || 21 signatum ♂ V || 22 uadamario ♂ V || 24 profundu ♂ V || 25 similans ♂ V | uoso ♂ V | diligentium (li *del.*) V degentium E*SBAG* || 26 ultris V ulterius E ultro *BAG* | [ut] supicionis ♂ V || 27 habiturus V*B* abiturus E*AG*

etiam Philagrius inuitatus. qui statim ingressus rege conspecto im- 4
peratoris recordatus est uerba causatusque rem seriam et urgentem /
ad diuersorium redit scriptisque lectis doctus, quid agi conueniet, /
confestim reuersus discubuit inter ceteros. finitisque epulis Vadoma- 5
rium fortiter apprehensum rectori militum arte custodiendum apud
signa commisit textu lecto iussorum comitibus eius ad sua redire com-
pulsis, super quibus nihil fuerat imperatum. exhibitus tamen idem rex 6
ad principis castra iamque spe ueniae omni praeclusa, cum inter-
ceptum notarium et, quae scripserat ad Constantium, comperisset
iam publicata, ne conuicio quidem tenus compellatus missus est ad
Hispanias. id enim studio curabatur ingenti, ne Iuliano discedente a
Galliis immanissimus homo prouinciarum statum aegre compositum/
licentius conturbaret.

Hoc casu elatior Iulianus regis opinione citius intercepti, quem pro- 7
fecturus ad longinqua formidabat, nihil remittentibus curis barbaros
adoriri disposuit, quos peremisse Libinonem comitem in congressu
cum militibus docuimus paucis. et ne rumor aduentus sui eos ad remo- 8
tiora traduceret, superato Rheno noctis alto silentio cum auxiliorum
expeditissimis globis nihil metuentes huiusmodi circumuenit exci-
tatosque hostilium fragore armorum, dum gladios circumspectant et
tela, celeriter inuolauit et quosdam occidit, orantes alios praedam
offerentes dediticios cepit, reliquis, qui remansere, pacem precantibus
dedit quietem pollicitis firmam.

Quae dum mentibus aguntur erectis, coniectans, quantas intestinae 5
cladis excitauerat moles, nihilque tam conuenire conatibus subitis
quam celeritatem sagaci praeuidens mente professa palam defectione/
se tutiorem fore existimauit incertusque de militum fide placata ritu

1 etiam] iam *SBG* | [statim] **V** | conspectu ♂**V** || 2 saepiam **V** seriam **E***B* *AG* || 3 reddit **V** rediit **E***G* redit *SBA* | scriptique ♂**V** | doctis ♂**V** | conue-
niet **V** *restit. Pet. def. Harmon* conueniret **E***BAG* || 4 aepulis (e *add. m2*) **V** || 6 lectu **V** lecto **E***m2BAG* || 8 praeclusu ♂**V** | inceptum ♂**V** || 10 publicationé **V** publicatione **E** publicato ne *SB* (ne *post* conuicio *tr.*) *A* publicata, ne *G* | con-
uitio **V** || 11 idem in **V***B* id enim **E***AG* | ni **V** ne **E***A* ut *BG* | disce[den]te **V** || 12 gallus **V** Galliis **E***SBAG* | prouintiarum **V** || 14 eas uelioctior (o *sup.* i *pr. scr. m3*) **V** eo uelocior **E** eo neglectior *BA* casu elatior *G* | oppinioni **V** opinione **E***B* *AG* || 15 lon*ginqua **V** || 16 libinnem **VE** Libinem *SB* Libinonem *AG* | incon-
gressu (con *add. sup. lin. m2*) **V** || 17 com ♂**V** || 18 superatur heno (n *ex* m) **V** superato Rheno **E***SBAG* | nocte *BG* | auxi**liorum **V** || 19 metuentes *ex* me-
tumtes **V** || 20 flagore **V** fragore **E***SAG* fragores *B* || 21 que *post* praedam *add. Lind. reiecimus* || 22 deditities (ti *alt. add. sup. lin. m2*) **V** || 23 quietum **V** quie-
tem **E***SBAG* || 25 clades **VE** cladis *BAG* | exercitauerat (er *pr. del.*) **V** | co-
nantibus (n *alt. del.*) **V** || 26 defeccione **V** || 27 secuciorem **V** securiorem **E***SBA* se tutiorem *G*

secretiore Bellona classico ad contionem exercitu conuocato saxeo suggestu insistens iamque, ut apparebat, fidentior haec clarius solito disserebat:

2 „Iam dudum tacita deliberatione uos aestimo, magni commilitones, gestorum excitos amplitudine hoc opperiri consilium, ut euentus, qui sperantur, perpendi possint et praecaueri. plus enim audire quam loqui militem decet actibus coalitum gloriosis nec alia spectatae aequitatis sentire rectorem quam ea, quae laudari digne poterunt et probari. ut igitur, quae proposui, ambagibus abiectis absoluam, aduertite, oro, beneuole, quae sermone breui percurram.

3 Arbitrio dei caelestis uobis inter ipsa iuuentae rudimenta permixtus/ irruptiones Alamannorum assiduas et Francorum populandique iugem licentiam fregi et uigore communi Romanis agminibus, quotiens libet, Rhenum peruium feci contra rumorum fremitus gentiumque ualidarum uiolentos excursus stando immobilis uirtutis uestrae ni-
4 mirum firmamento confisus. et haec laborum, quos exhausimus, Galliae spectatrices post funera multa iacturasque recreatae diuturnas
5 et graues posteritati per aetatum examina commendabunt. at nunc cum auctoritate uestri iudicii rerumque necessitate compulsus ad Augustum elatus sum culmen deo uobisque fautoribus, si fortuna coeptis affuerit, altius affecto maiora id prae me ferens, quod exercitui, cuius aequitas armorumque inclaruit magnitudo, domi moderatus uisus sum et tranquillus et in crebritate bellorum contra conspiratas
6 gentium copias consideratus et cautus. ut igitur aduersa praeuenia-

1 secreciore **V** | cla[u]sico **V** classico **E** *SBAG* | conuocati*saxeo (s *add. m2; *fu.* s *?*) **V** uocato saxeo **E** conuocato, s. *SBAG* || 4 tacita (c *ex* t) **V** | existimo *G* | magni **V** *def. Löfst.* || 5 rerum gestarum *BAG* | exercitos **V** **E** exercitatissimi *BA* excitos *G* | operis **V** operiri *G* || 7 coalitum (li *del.*, c *add. sup. lin. m2*) (*lac. 7 litt.*) gloriosis **V** coalitum gloriosis **E** *BAG* magnis et *add. in lac. Nov.* claris et *Harmon dubit.* paulatim *Brakman* | alias spectat[ae] (s *alt. add. m2*) laquitatis (la *del. m2*) **V** alias spectate equitatis **E** alium spectatae aequitatis *BAG* alia *Lind.* (**N***m2*) || 8 quaemea qua **V** quam ea quae **E** *Lind.* quam quem mea *BA* quam eum qui et *G* | potuerunt **V** potuerit *G* potuerint *Btl.* poterunt *Haupt* || 9 ambagibus *add. Wagn. in comm.* | abiectius *Val. in adn. reiec. Liesenberg* || 10 qui **V** quae **E** *SBAG* | percuram **V** || 11 dei *ex* deum (*utroque cpd. scr.*) **V** || 12 Alemanorum *B* Alemannorum b_1b_2G || 13 et uigore *add.* **V** *m2 sup. lin.* | commu**ni **V** || 13. 14 -bus (*add. m2 in marg.*) [quotiens libet thre]num **V** -bus quotiens liberet Rhenum **E** -bus, quoties libet, Rh. *SBAG* || 15 nemirum ♂**V** || 16 firma[mento] **V** | claborum (c *del. m2*) **V** || 17 recreate (e *alt. add. m2*) **V** || 21 affectabo *G* || 22 amorumque **V** amorisque **E** armorumque *BAG* | et domi *G* || 23 uissus **V** | tranquilla lucet **V** tranquillus licet **E** tranquilla luce *SBA* tranquillus et *G* | spiratas **V** conspiratas **E** *G* speratas *BA*

mus mentium societate iunctissima, sequimini uiam consilii mei salutarem, ut puto, cum integritas rerum intentioni nostrae uoluntatique respondeat; et dum maioribus uacant praesidiis regiones Illyricae, / impraepedito cursu tendentes Daciarum interim fines extimos occu- 5 pemus exinde, quid agi oporteat, bonis successibus instruendi. ad 7 quae uos ex more fidentium ducum iuramento, quaeso, concordiam spondete mansuram et fidem operam mihi nauaturo sedulam et sollicitam, ne quid agatur inconsultum et segne, et producturo, si quis exegerit, incorruptam conscientiam meam, quod nihil uoluntate prae- 10 ter ea, quae in commune conducunt, aggrediar aut temptabo. illud 8 sane obtestor et rogo: obseruate ne impetu gliscentis ardoris in priuatorum damna quisquam uestrum exsiliat, id cogitans, quod ita nos illustrarunt hostium innumerae strages, ut indemnitas prouinciarum et salus exemplis uirtutum peruulgatae."

15 Hoc sermone imperatoris uice alicuius oraculi comprobato mota 9 est incitatius contio et rerum cupida nouandarum unanimanti consensu uoces horrendas immani scutorum fragore miscebat magnum elatumque ducem et, ut experta est, fortunatum domitorem gentium appellans et regum. iussique uniuersi in eius nomen iurare sollemniter / 10 20 gladiis ceruicibus suis admotis sub exsecrationibus diris uerbis iurauere conceptis omnes pro eo casus, quoad uitam profuderint, si id necessitas egerit, perlaturos. quae secuti rectores omnesque principis proximi fidem simili religione firmarunt. solus omnium licet propo- 11

1 consiliu (♂) mei salutare **V** consilii mei salutarem **E** *Val.* consiliumque salutare *BAG* || 3 uagant **V** | regionis **V***B* regiones **E***AG* | illycae ♂**V** || 4 intorim ♂**V** || 5 succe[s]sibus (*fu.* n) intruendi ♂**V** || 5. 6 ut quos **V** utque *G* atque uos *Val.* (uosque *Lind. cf. Val. in adn.*) utque uos *Pet. def. Pighi* ad quae uos *Her.* || 6 est mos *G* | ducam *Pet.* | concordam ♂**V** || 7 spondente **VE** spopondite *BA* spondete *G* | fidem **V** *def. Pighi* fidam *Kießl. Corn.* | operum ♂**V** operum **E***SBA* | mina banturo (o *del. m2 ?*) **V** minabantur **E***S* *om. BA* nauaturo *G* mihi n. *Val.* (mihi *reiec. Damsté*) mi n. *Pighi* | sollitam (l *pr. del. m2*) **V** sollicitam **E** *C. F. W. M.* solitam *BAG* || 8 signa **V** segne *G* || 9 exigerit **V** exegerit **E***BAG* || 9. 10 praetereat **V** praeter ea *G* || 10 communione ♂**V** | adgrediarabi **V** adgrediar in- **E** a. ubi *SBA* a. aut *G* || 11 ordoris ♂**V** || 12 exisiliat **V** exiliat **E***SBAG* | haud *ante* ita *add. Val. in adn.* non *Löfst.* (**T**) *reiecimus* || 13 inlustrarent ♂**V** illustrant **E** inlustrabunt *Pet. def. Löfst.* | inn[umere st]rages **V** || 15 imperator **VE** imperatoris *BAG* || 16 incitatius *ex* incitatios **V** || 17 orrendas **V** | inmanis cũtorum **V** inmani cunctorum **E** i. scutorum *SBAG* || 18 dominatorem ♂**V** dominatorem **E***BA* domatorem *G* || 19 iusque **VE***B* iussique *AG* || 20 exsecretionibus ♂**V** || 21 casu **V** casus **E***m2BAG* | quod ad (ad *add. m2*) **V** quoad **E***BAG* | profuderit **VE***B* profuderint *A* perfuderint *G* || 21. 22 id necessitas egerit **V** *def. Pighi* i. n. exegerit *G* n. adegerit *Her.* || 22. 23 principes proximis **V***BA* p. proximi **E***m2* principis p. *G* || 23 firmauerunt (ue *del.*) **V** || 23 – p. 224, 1 propositos gabili **V** proposito (*lac. 7 litt.*) **E** p. temerario *BA* p. stabili *G*

sito stabili, audacter tamen praefectus repugnauit Nebridius iuris iurandi nexu contra Constantium nequaquam se stringi posse comme-
12 morans, cuius beneficiis obligatus erat crebris et multis. quibus auditis cum stantes propius milites acriter inflammati eum appeterent trucidandum, ad genua sua prolapsum imperator paludamento protexit indeque reuersus in regiam, cum antegressum eum uidisset/ supplicemque iacentem orare, ut leuandi causa timoris ei porrigeret dexteram, „ecquid" ait „praecipuum amicis seruabitur, si tu manum tetigeris meam? sed tu quolibet abi securus." hocque audito /
13 ille innoxius ad larem suum recessit in Tusciam. his Iulianus, ut poscebat negotii magnitudo, praestructis expertus, quid in rebus tumultuosis anteuersio ualeat et praegressus, per tesseram edicto itinere in Pannonias castris promotis et signis temere se fortunae commisit ambiguae.

6 Replicare nunc conuenit tempora et narrare summatim, quae, dum
2 aguntur in Galliis ante dicta, Constantius hiemans Antiochiae domi militiaeque perfecit. inter complures alios honore conspicuos adoraturi imperatorem peregre uenientem ordinantur etiam ex tribunis insignibus. cum igitur a Mesopotamia reuersus Constantius hoc exciperetur officio, Amphilochius quidam ex tribuno Paphlago, quem dudum sub Constante militantem discordiarum seuisse causas inter prioris † fratres suspiciones contiguae ueritati pulsabant, ausus paulo petulantius stare, ut ipse quoque ad parile obsequium mittendus, agnitus est et prohibitus strepentibusque multis et intueri lucem ulterius non debere clamantibus ut perduellem et obstinatum. Constantius circa haec lenior solito „desinite" ait „urgere hominem, ut existimo, sontem, sed nondum aperte conuictum et mementote, quod, si quid admisit huiusmodi, sub obtutibus meis conscientiae ipsius sententia punietur, /

2 constringi (con *del.*) V constringi E *BAG* || 4 constanter *ex* constantes (*m2*) V astantes E constanter *SBA* cum stantes *G* | adpeterent (petier *superscr.*) V adpetierunt E || 6 et indeque (et *del. m2*) V exindeque E *C. F. W. M.* inde *BA* et indeque *def. Pighi Hagend.* || 7 qu*e (*fu.* a) V || 8 et quid V ecquid *Kießl.* || 9 hi V hinc V*m3*E*SBAG* tu *Her.* | abi* V || 10 pos*tebat (*fu.* t) V poscebat E*S BAG* || 12 desseram V | itine ♂ V || 13 pannoni[a]s V || 15 tempore V tempora E*BAG* || 16 gallis V Galliis E*SBAG* || 17 adorator VE oratores ad *BA* adoraturi *G* || 18 peregri ♂ V || 19 mesopotomia (to *add. sup. lin. m2*) V || 20 amphilocius V Amphilotius *SBA* Amphilochius *G* || 21 constante* (*fu.* m) V | saeiiuiisse *ex* saeuius se (*m2*) V saeuisse E*SBAG* | prioris VE priores *BAG* primores *Gdt.* | priorem et *dubit. Cl.* pii pectoris *Her.* || 23 conquium ♂ V | mittendus V *def. Löfst. Pighi* admittendus *G* | agitus ♂ V | sit *SBA* || 24 s[tre]pentibusque V -que *om. BA* | intuere (♂) lucem** V | tenere V debere E*BAG* || 26 solitu ♂ V | [ait] V

quam latere non poterit.“ et ita discessum est. postridie ludis circen- 3
sibus idem ex aduerso imperatoris, ubi consueuerat, spectans repentino clamore sublato, cum certamen opinatum emitteretur, diffractis cancellis, quibus una cum pluribus incumbebat, cunctis cum eo in uanum excussis laesisque leuiter paucis interna compage disrupta / efflasse spiritum repertus est solus, unde Constantius futurorum quoque praescius exsultabat.

Eodem tempore Faustinam nomine sortitus est coniugem amissa 4
iam pridem Eusebia, cuius fratres erant Eusebius et Hypatius consulares, corporis morumque pulchritudine pluribus antistante et in culmine tam celso humana, cuius fauore iustissimo exemptum periculis declaratumque Caesarem rettulimus Iulianum.

Habita est isdem diebus etiam Florentii ratio e Galliis nouitatis 5
metu digressi et Anatolio recens mortuo praefecto praetorio per Illyricum ad eius mittitur locum cumque Tauro itidem praefecto praetorio per Italiam amplissimi suscepit insignia magistratus.

Parabantur nihilo minus externorum atque ciuilium instrumenta 6
bellorum et augebatur turmarum equestrium numerus parique studio supplementa legionibus scripta sunt indictis per prouincias tirociniis / omnisque ordo et professio uexabatur uestem armaque exhibens et tormenta, aurum quin etiam et argentum multiplicisque rei cibariae copias et diuersa genera iumentorum. et quia Persarum rege ad diffi- 7
cultatem hiberni temporis aegre contruso reserata caeli temperie / ualidior impetus timebatur, ad Transtigritanos reges et satrapas legati cum muneribus missi sunt amplis monituri cunctos et hortaturi / nostra sentire et nihil fallax temptare uel fraudulentum. ante omnia 8
tamen Arsaces et Meribanes, Armeniae et Hiberiae reges, cultu ambi-

1 poteri ♂V | circensibus *ex* circentibus V || 5 distrupa V disruta E disrupta *BAG* || 6 est *add. A* | ut *post* Const. *add. C. F. W. M.* || 8 faustina in V Faustinam E*SBAG* || 9 iam (a *add. m2*) V | consolaris V consulares E*G* consularis *SBA* || 10 pulchitudine V | ant*istante V antistantem E praecellente *B* antestante *AG* || 11 iustissimum ♂V || 12 redtulimus V || 13 f[I]orentii* (l *ex* r; i *alt. add. m2*) V | galliis *ex* gallus V Galliae *B* Gallia *G* || 15 eous (u *add. sup. lin. m2*) V eius E*SBAG* | praefectorio V praefecto praetorio E*SBAG* || 17 cuulium ♂V || 18 num[e]rus (e *ex* u *m2*) V || 19 prouinti*as (a *add. sup. lin. m2*) V | tyrociniis (y *ex* i *m2*) V || 20 arma*que (*fu.* s) V || 21 multiplicesque ♂V multiplicesque *BAG* || 22 cupias ♂V | a *post* quia *add. Momms.* (W*m2*) *reiecimus* | rige V *corr. m3* regis *BG* || 22. 23 ad — con- *add.* V*m2 in marg.* ob *G* ad sua ob *Nov.* || 23 egreco construso reserata caeli temperiae (caeli *add. sup. lin. m2*) V e. constru (*lac. 2 litt.*) r. c. t. E e. constructiore rata c. tempore *S* egere construta (constructa b_1b_2) re cibaria *B* aegre contruso reserata caeli temperie *A* a. constructa re cibaria *G* || 24 uilidior ♂V | rege*s (*fu.* n) V || 26 sentirent VE*BG* sentire et *A* | tentarent *G*

tioso indumentorum emercabantur et multiformibus donis damna negotiis Romanis illaturi, si rebus tum etiam dubiis desciuissent ad
9 Persas. inter tot urguentia Hermogene defuncto ad praefecturam promouetur Helpidius ortus in Paphlagonia, aspectu uilis et lingua,/ sed simplicioris ingenii, incruentus et mitis adeo, ut, cum ei coram innocentem quendam torquere Constantius praecepisset, aequo animo abrogari sibi potestatem orabat haecque potioribus aliis ex sententia principis agenda permitti.

7 Rigore itaque instantium negotiorum anceps Constantius, quid capesseret, ambigebat diu multumque anxius, utrum Iulianum peteret et longinqua, an Parthos repelleret iam transituros, ut minabantur, Euphraten, haerensque tandem cum ducibus communicato saepe consilio in id flexus est, ut finito propiore bello uel certe mollito nullo post terga relicto, quem formidaret, Illyriis percursis et Italia, ut rebatur, Iulianum inter exordia ipsa coeptorum tamquam uenaticiam praedam caperet. hoc enim ad leniendum suorum metum subinde
2 praedicabat. tamen, ne intepesceret aut omisisse belli uideretur aliud latus, aduentus sui terrorem ubique dispergens ueritusque, ne Africa absente eo perrumperetur ad omnes casus principibus opportuna,/ uelut finibus orientis egressus per mare notarium misit Gaudentium,/ quem exploratorem actuum Iuliani per Gallias aliquamdiu fuisse
3 praestrinximus. hunc enim obsequio celeri cuncta consideratione gemina efficere posse sperabat, quod aduersam partem metueret offensam et properaret nanctus hanc opportunitatem commendari Constantio, quem credebat procul dubio fore uictorem; nemo enim om-
4 nium tunc ab hac constanti sententia discrepabat. qui cum eo uenisset, mandatorum principis memor per litteras Cretione comite, quid ageretur, edocto reliquisque rectoribus lecto undique milite fortiore /

1 emersabantur **V** **E** emercabantur *B A G* || 2 illaturi Romanis *tr. Harmon c. c.* | tum *om. B G* | etiam *om.* **E** | disciuissent **V** || 3 arguentia ♂ **V** | praefecturum **V** *corr. m3* || 4 helpedius **V** Helpidius **E** *S B A G* | hortus **V** | uiles ♂ **V** || 5 simpliciores ♂ **V** || 7 orabat **V** *def. Blomgren* oraret *Lind.* | potioribus *ex* poctoribus **V** || 11 partos **V** || 12 eufraten **V** || 14 posterga **V** | Illyricum *ex* illyriis **E** *m2* | percussit et italio **V** percussatum et italia **E** perculsis et Italia *B A G* percursis *Val.* || 15 uenaticam *B A G* || 17 inter pesceret aucto misisse uelli **V** intepesceret aut commisisse uelle **E** *S B A* intepescere, aut omisisse belli *G* || 18 ubi qui **V** ubi quid **E** *S B* ubique *A G* | is pergens *S B* | affrica **V** || 19 principipus **V** *corr. m3* || 20 orientes **V** orientis **E** *S B A G* || 21 auctuum **V** actuum **E** *S B A G* | aliquandiu **V** || 22 gemma **V** gemina **E** *S G* genuina *B A* || 23 aduersum **V** **E** *B* aduersam *A G* || 24 properabat **V** properaret *Btl.* properabit *Kießl.* || 25 tubio ♂ **V** | fore *om. S B G* || 26 constantia **V** Constantii **E** constanti *B A G* || 28 que *pr. ex* quae **V** | undici **V** undique **E** *G* uindici *S B A* | militi *S B A*

translatisque ab utraque Mauretania discursatoribus expeditis Aquitaniae et Italiae obiecta litora tuebatur artissime. neque id consilium fefellit Constantium. eo enim superstite nullus aduersorum illas tetigit terras, licet oram Siciliensem a Lilybaeo protentam ad Pachynum multitudo seruabat armata, si patuisset facultas, ocius transitura.

His pro rerum ratione, ut sibi prodesse existimabat Constantius, / aliisque minutis et leuioribus ordinatis ducum nuntiis docebatur et litteris Persarum copias in unum coactas rege turgido praeeunte iam prope margines tendere Tigridis incertum, quonam erumpere cogitantes. quibus percitus, ut propius agens futuros possit anteuenire conatus, quam primum hibernis egressus accito undique equitatu / peditumque robore, quo fidebat, per Capersanam Euphrate nauali ponte transcurso Edessam petit uberem commeatibus et munitam / ibi parumper opperiens, dum exploratores aut perfugae motum castrorum hostilium indicarent.

Discedens inter haec Iulianus a Rauracis peractis, quae docuimus dudum, Sallustium praefectum promotum remisit in Gallias Germaniano iusso uicem tueri Nebridii itidemque Neuittae magisterium commisit armorum Gomoarium proditorem antiquum timens, quem, cum Scutarios ageret, latenter prodidisse Veteranionem suum principem audiebat, et Iouio quaesturam, cuius in actibus Magnenti meminimus, et Mamertino largitiones curandas et Dagalaifum praefecit domesticis aliosque plures ex arbitrio suo militibus regendis apposuit, / quorum merita norat et fidem. profecturus itaque per Marcianas siluas uiasque iunctas Histri fluminis ripis inter subita uehementer incertus id uerebatur, ne contemptus ut comitantibus paucis multitudinem offenderet repugnantem. quod ne fieret, consilio sollerti praeui-

2 haliae V alia E Galliae *BAG* Italiae *Val.* || 4 ora V oram E*SBAG* | libusbeo V Lilybaeo E*SBAG* | et bachyno (et *add. sup. lin. m2*) V et Pachinom E et Pachyno *SBAG* ad Pachynum *Gdt.* || 6 prodesse *ex* proresse V || 7 et[1] *om. BA* | leui V leuioribus E*G def. Hagend.* leni *S* leniter *BA* leuibus *Cl.* (W*m2*) || 9 ingestum V incertum E*m2BAG* | erumperet VE erigeret *SB* erumpere *AG* erumperent *Btl.* || 12 uidebat VE*B* fidebat *AG* | capessanam V Capessenam *G* Capersanam *Wagn. in comm.* | eufrat*e (*fu.* a) V || 14 oriens V*B* morans E operiens *A* opperiens b_2G || 15 hosti[lium]******* V || 16 discendens ♂ V | peractisque *ex* peractusque V || 17 promutum *ex* promotum (*m2*) V promotum E*S BAG* | gallia V*B* Galliam E*A* Gallias *G* || 18 uittae ♂ V Neuitae *BG* | magistrum V*BA* magistro E magisterium *G* || 19 cumaorium VE*B* Suomarium *A* Gumoarium *G* | quo V quem *G* || 20 eum *SBA* | regeret *G* | laetantem *ex* latantem (*m2*) V latenter *G* || 21 magnemti V Magnenti E Magnetii *SBA* Magnentii b_2G || 22 largitionis curam das V l. curandas E*m2* largitiones c. *BAG* || 23 plures *om. BG* || 24 narat V memorarat E norat *BAG* || 25 *uiasque (*fu.* a) V || 26 ferebatur VE uerebatur *BAG* | comitatibus ♂ V

dit et agminibus distributis per itinera Italiae nota quosdam properaturos cum Iouino misit et Iouio, alios per mediterranea Raetiarum / magistro equitum Neuittae commissos, quo diffusi per uaria opinionem numeri praeberent immensi formidineque cuncta complerent. / id enim Alexander Magnus et deinde alii plures negotio ita poscente / 5
4 periti fecere ductores. mandabat tamen egressis, ut tamquam hoste protinus occursuro tutius graderentur stationesque nocturnas agerent et uigilias, ne improuiso suo ... minuaderentur excursu.
9 Quibus ita, ut uidebatur, apte dispositis more, quo tractus perruperat saepe barbaricos, contextis successibus fidens porrectius ire 10
2 pergebat. cumque ad locum uenisset, unde nauigari posse didicit flumen, lembis escensis, quos opportune fors dederat plurimos, per alueum, quantum fieri potuit, ferebatur occulte ideo latens, quod toleranter et fortiter nullius cibi indigens mundioris, sed paucis contentus et uilibus oppida forinsecus transibat et castra imitatus egregium 15 illud Cyri ueteris dictum, qui, cum delatus ad hospitem interrogaretur ab eo, quid ad conuiuium parari deberet, panem responderat solum; /
3 sperare enim aiebat prope riuum se cenaturum. fama uero, quae mille, ut aiunt, linguis rerum mire exaggerat fidem, per Illyrios omnes celebrior fundebatur Iulianum strata per Gallias multitudine regum et 20 gentium numeroso exercitu et successibus tumidum uariis aduentare.
4 quo rumore perculsus praefectus praetorio Taurus ut hostem uitans externum mature discessit uectusque mutatione celeri cursus publici

1 praeparaturos *SBA* || 2 iouina **V**E*B* Iouino *AG* | louio **V** Iouio **E***SB* *AG* | retiorum **V** Retiarum *G* || 3 aequitu neuita **V** equitum Neuittae **E***A* e. Neuitae b_1b_2G | quod difusi **V** quod diffusi **E***SBA* quo d. *G* || 4 enmens *ex* emens (*m2*)**V** *om.* **E** animos *BA* immensi *G* | formideneque ♂**V** || 5 alexanter ♂**V** || 6 facere ♂**V** | et **V**E*B* ut *AG* || 7 totius **V** *corr. m3* ocius *G* || 8 Nem pro uiso suo (*lac. 14 litt.*) minuaderentur **V** ne improuiso in hostium inuaderentur **E** (hostium *m3*) nemo prouiso suo nemo nudaretur *B* n. p. s., n. nudaret *A* ne improuiso inuaderentur *G* suorum nudarentur *Btl.* subsidentium hostium inuaderentur *Nov.* manuum insidiatricum *Brakman* || 9 uidebatur (i *ex* e) **V** | [tr]actus (*fu.* t *?*) **V** || 10 succensibus ♂**V** | re **V**E ire *BAG* || 11 fuisse **V**E*B* posse *AG* suesse *Her.* quisse *Walter* || 12 lempis **V** | excensis **E** extensis *SB* ascensis *AG* || 13 quatum **V** quantum **E***SBAG* | tolleranter (le *add. sup. lin. m2*)**V** || 14 et fortiter *add.* **V***m2 in marg.* || 15 ui*libus (*fu.* l) **V** | translibat **V** transibat **E***SBAG* | catraemitatus gregium **V** imitatus egregium **E** caute i. graecum *BG* c. i. egregium *A* castra: i. e. *Val.* (**W***m2*) || 18 se *om. SBAG* || 19 aiu[nt]**V** | misere exigerat **V***B* (exeg-) m. exaggerat **E***m2AG* mire e. *Val.* | Illyricos *BG* || 20 multitudinem **V** multitudine **E***SBAG* || 22 quorum re-**V***B* quorum rumore **E** quo r. *AG* | praeterio **V** || 23 ture **V**E iure *SBA* mature *G* | motatione **V***A* mutatione **E***m2SBG*

transitis Alpibus Iuliis eodem ictu Florentium itidem praefectum secum abduxit. leuibus tamen indiciis super Iuliani motu Lucillianus percitus comes, qui per illas regiones rem curabat ea tempestate castrensem, agensque apud Sirmium milites congregans, quos ex stationibus propinquis acciri celeritatis ratio permittebat, uenturo resistere cogitabat. sed ille ut fax uel incensus malleolus uolucriter ad destinata festinans cum uenisset Bononiam a Sirmio miliario nono disparatam et decimo, senescente luna ideoque obscurante noctis maximam partem e naui exsiluit improuisus statimque Dagalaifum misit cum expeditis ad Lucillianum uocandum trahendumque, si reniteretur. qui tum etiam quiescens cum strepitu excitatus turbulento uidisset ignotorum hominum se circulo circumsaeptum, concepto negotio et imperatorii nominis metu praestrictus praeceptis paruit inuitissimus secutusque alienum arbitrium magister equitum paulo ante superbus et ferox iumentoque impositus repentino principi ut captiuus offertur ignobilis oppressam terrore uix colligens mentem. / uerum cum primitus uisus adorandae purpurae datam sibi copiam aduertisset, recreatus tandem suique securus „incaute“ inquit, „imperator, et temere cum paucis alienis partibus te commisisti.“ / cui amarum Iulianus subridens „haec uerba prudentia serua“ inquit „Constantio. maiestatis enim insigne non ut consiliario tibi, sed, ut desinas pauere, porrexi.“

Nihil deinde amoto Lucilliano differendum nec agendum segnius ratus, ut erat in rebus trepidis audax et confidentior, ciuitatem, ut

1 transitus V*A* transitis E*m2BG* | alpi pus V *corr. m3* | florentuum ♂V || 2 leulbus V leuibus E*m2AG* lenibus *SB* | incidiis ♂V || 3 et V et ea (et *del. m2*) E ea *BAG* | castresem V *corr. m3* || 4 quem apud – congregans *add.* V*m2 in marg. om. G* que E*A* quem *SB* | quod *ex* quos (*m2*) V quos E*AG* || 4. 5 ex (*lac. 11 litt.*) propriis V ex propriis E ex stationibus pr. *BAG* propinquis exciri *Btl.* ex propinquis *Pet.* || 5 pertmittebat V permittebat E*G* poscebat permittebat *S* p. permittebatque *BA* || 5. 6 resistere recogitabat (reco *add. sup. lin. m2*, re *postea eras.*) V || 6 malleoles ♂V | atV adE*SBAG* || 8 paratamVE*BG* disparatam E*m2A* | saenescente ♂V | obscurante *ex* obscriante V || 9 exiluit V exiliit E exiliuit *SBAG* | dagalifum *ex* dagalisum (*m2*) V dagalisum E*m2SB* Dagalaifum *AG* (-phum) || 10 trahenduque V trahendumque E*SBAG* || 11 resistere niteretur *Cl. c. c. in app.* | cum VE*B* tum *AG* | exercitus b_1b_2 excitus *G* || 12 ignotorum *ex* innotorum V || 13 imperatori V imperatorii E*m2BAG* | motu VE*BG* metu *A* | parauit V paruit E*BAG* || 14 que *add.* V*m2 sup. lin.* || 15 et *add.* V*m2 sup. lin.* || 17 tatam ♂V || 18 securos V securus E*B AG* | inquid ♂V || 19 et V te E*BAG* || 20 inquid ♂V || 21 constantium V*B* ad Constantium E Constantio *AG* || 22 desenas ♂V | paueri V pauere E*BAG* || 23 diffendum ♂V || 23. 24 segem catus V segne ratus *BAG* ratus nec segniter agendum E segnius *Nov.* || 24 ciutatem V ciuitatem E*SBAG*

praesumebat, dediticiam petens citis passibus incedebat eumque suburbanis propinquantem amplis nimiumque protentis militaris et omnis generis turba cum lumine multo et floribus uotisque faustis /
2 Augustum appellans et dominum duxit in regiam. ubi euentu laetus et omine firmata spe uenturorum, quod ad exemplum urbium matris populosae et celebris per alias quoque ciuitates ut sidus salutare susciperetur, edito postridie curuli certamine cum gaudio plebis, ubi lux excanduit tertia, morarum impatiens percursis aggeribus publicis / Succos nemine auso resistere praesidiis occupauit isdemque tuendis Neuittam praefecit ut fidum. cuius loci situm exnunc conueniet ostendi.
3 Consertae celsorum montium summitates Haemi et Rhodopae, / quorum alter ab ipsis Histri marginibus, alter ab Axii fluminis citeriore parte consurgit, in angustias tumulosis collibus desinentes Illyrios interscindunt et Thracas, hinc uicinae mediterraneis Dacis et Serdicae, inde Thracias despectantes et Philippopolim, ciuitates amplas et nobiles, et tamquam natura in dicionem Romanam redigendas nationes circumsitas praenoscente ita figuratae consulte inter artos colles quondam hiantes obscurius ad magnitudinem splendoremque postea rebus elatis patefactae sunt et carpentis aditibusque aliquotiens clausis magnorum ducum populorumque reppulere conatus. /
4 et pars, quae Illyricum spectat, mollius edita uelut incauta subinde

1 deditaiam ♂ **V** | incendebat **V** incedebat **E** *SBAG* || 2 propinquitatem ♂ **V** || 3 portisque *ex* uortisque **V** portisque **E** *SB* uerbisque *A* uotisque *G* || 4 appelans ♂ **V** || 5 homine **V** omine **E** *BAG* | firmate **V** firmata **E** *BAG* | matrio **VE** matri *B* matris *AG* || 6 salutares **V** salutare **E** *BAG* || 7 edicto *SBAG* | postrudie **V** || 7. 8 lex excandiuit **V** lux excanduit **E***m3* *BAG* || 8 tertiam orarum (u *ex* e *m2*) **V** t. morae **E** t. oram *S* ad t. horam *BA* tertia morarum *G* | inpatiens *ex* insipiens (*m2*) **V** || 9 soccos ♂ **V** Sueuconos *B* Sueconos *A* | idemque **V***B* hisdemque **E** iisdemque *AG* || 10 neuitam **V***BG* Neuittam **E***A* | exnunc **VE** *def. Langen Liesenberg* nunc *BAG* *lac. post* ex *indic. Cl.* excessu breui nunc *C. F. W. M. Her.* exponi *Nov.* || 11 et ostendi **V** *def. Nov.* ostendi **E***B* *AG* || 12 rhopae **V** Rhodope **E** Rhodopes *BAG* || 13 ex ipsis *SBAG* | istri **V***AG* Histri **E***SB* | ceteriore **V** citeriore **E** *Eyss.* citeriori *SBAG* || 14 desinenter per illyrio **V** d. p. Yllirios **E** d. p. Illyricos *S* desinunt p. I. *B* desinentes, p. Illyrios *AG* d. I. *Val.* || 15 hinic *ex* hinec (*m2*) **V** hinc **E***G* hinccine (uicinae *om.*) *BA* | medit*erraneis (*fu.* a) **V** | dicis **V** Elirae **E** (diris *m3 in marg.*) uicis *BA* Dacis *G* || 16 saerdicae **V** sardicae **E** Serdicae *SG* derdices *B* Bebryces *A* | filippolim **V** Philippopolim **E***SAG* Philoppopolim *B* || 17 dictionem **V** dicionem **E***S* *BAG* | romanum **V** romanorum **E** (*fortasse recte*) Romanam *BAG* || 18 nanationes **V** | consultae **V** consute **E** consulte *SBA* consulto *G* || 19 obscrurius **V** hosturius **E***m2* obscurius *SBAG* || 20 rebus elatio ♂ **V** r. elatio **E** res latio *B* || 21 repellere conatus (u *ex* a *m2*) **V** repulere conatus **E***m2G* repellere c. *SBA*

superatur. latus uero e regione oppositum Thraciis prona humilitate deruptum hincque et inde fragosis tramitibus impeditum difficile scanditur etiam nullo uetante. sub hac altitudine aggerum utrubique spatiosa camporum planities iacet, superior ad usque Iulias Alpes extenta, inferior ita resupina et panda, ut nullis habitetur obstaculis / ad usque fretum et Propontidem.

His ut in re tali tamque urgenti compositis magistro equitum illic relicto imperator reuertitur Naissum, copiosum oppidum, quo impraepedite cuncta disponeret suis utilitatibus profutura. ubi Victorem apud Sirmium uisum, scriptorem historicum, exindeque uenire praeceptum Pannoniae secundae consularem praefecit et honorauit aenea statua, uirum sobrietatis gratia aemulandum, multo post urbi praefectum. iamque altius semet extollens et numquam credens ad concordiam prouocari posse Constantium orationem acrem et inuectiuam probra quaedam in eum explanantem et uitia scripserat ad senatum. quae cum Tertullo administrante adhuc praefecturam recitarentur in curia eminuit nobilitatis cum speciosa fiducia benignitas grata. exclamatum est enim in unum cunctorum sententia congruente/ „auctori tuo reuerentiam rogamus".

Tunc et memoriam Constantini ut nouatoris turbatorisque priscarum legum et moris antiquitus recepti uexauit eum aperte incusans, / quod barbaros omnium primus ad usque fasces auxerat et trabeas consulares, insulse nimirum et leuiter; qui, cum uitare deberet id, quod infestius obiurgauit, breui postea Mamertino in consulatu iunxit Neuittam, nec splendore nec usu nec gloria horum similem, quibus

1 e *add.* *SBAG* || 2 diruptum *SBAG* || 4 planiciaes **V** || 5 inferi **VE** *om.* *SB* inferior *AG* | respina **V** resupina **E***m2* *AG* respicit *SB* || 7 ré[t]aliam que **V** rem aliam que **E** re aliaque *B* re tali tamque *AG* || 8 naessum **V** *AG* nessum **E** Nesum *SB* | copitisum ♂ **V** || 9 inde praepedite **V** *A* i. copiose **E** i. praetendit *B* i. expedite *G* impraepedite *Val. in adn.* || 10 se praetorem ♂ **V** | istoricum **V** | exinde *SBG* || 11 honorabit **V** honorauit **E** *SBAG* || 12 gratiae mutilandum **V** (n *add. sup. lin. m2*) **E** gratia uenerandum **E***m2* (uen. *in marg.*) g. multilaudum *BAG* aemulandum *Val. in adn.* | ubi **VE** *B* urbi *AG* || 13 est et tollens **V** se attollens **E** extollens *SBA* se extollens *G* semet e. *Nov.* | et] est et *S* est *B* *om.* b_2 *G* || 14 inuectinam ♂ **V** || 15 probro *ex* probao **V** probra **E** *AG* probato *S* probatum *B* | meum **V** in eum **E** *BAG* | uicia **V** || 16 tum **V** cum **E** *SBAG* || 17 spatiosa **V** speciosa **E** *BAG* || 20 nob[u]atoris **V** innouatoris **E** nouatoris *SB* *AG* | turbatoriaeque **V** turbatorisque **E** *BAG* || 22 faces **V** fasces **E** *BAG* || 24 braeui postea (b *ex* p, p *ex* b *m2*) **V** || 24. 25 mamertino in consuluta (♂) iunxit Neuittam **V** m. in consulatu i. n. **E** *S* (nec uittam) **M**. consulatum iniunxit, nec uita *BG* Mamertinum ad consulatum euexit, n. u. *A* || 25 horum quisquam similis *B* h. cuiusquam similem *A* h. c. simili *G*

magistratum amplissimum detulerat Constantinus, contra inconsummatum et subagrestem et, quod minus erat ferendum, celsa in potestate crudelem.

11 Haec et talia cogitanti sollicitoque super maximis rebus et seriis / nuntius metuendus intimatur et insperatus ausa indicans quorundam immania impeditura cursus eius ardentes, ni uigilanter haec quoque, antequam adolescerent, hebetasset; quae breuiter exponentur.

2 Duas legiones Constantiacas addita una sagittariorum cohorte, / quas inuenerat apud Sirmium, ut suspectae adhuc fidei per speciem necessitatum urgentium misit in Gallias. quae pigrius motae spatiaque itinerum longa et Germanos hostes truces et assiduos formidantes nouare quaedam moliebantur auctore et incitatore Nigrino equitum turmae tribuno in Mesopotamia genito. reque digesta per secreta colloquia et alto roborata silentio, cum Aquileiam peruenissent, / uberem situ et opibus murisque circumdatam ualidis, eam hostiliter repente clausere iuuante indigena plebe tumultum horrore, cui Con-
3 stantii nomen erat tum etiam initium. et obseratis aditibus turribusque armatis ac propugnaculis futurae concertationi praeparabant utilia interim soluti et liberi hocque facinore ita audaci ad fauendum Constantii partibus ut superstitis Italicos incolas excitabant.

12 Quibus Iulianus acceptis agens tunc apud Naissum nihil a tergo timens aduersum legensque et audiens hanc ciuitatem circumsessam quidem aliquotiens, numquam tamen excisam aut deditam impensiore studio sibi sociare uel fraude uel diuersis adulationum generibus,/
2 antequam maius oriretur aliquid, properabat. ideoque Iouinum magistrum equitum uenientem per Alpes Noricosque ingressum ad id,

1 detulerat amplissimum *tr.* BAG || 2 ferrendum **V** || 4 et* talia (**fu.* t;t *alt. add. m2*)**V** | sollicitoque (o *alt. ex* a *m2*) **V** || 5 inspiratus **VE**B insperatus AG || 6 ni uigilantes**V** inuigilantes **E** ac uigilantes B ac u., ni A ni uigilanter G || 7 habetasset ♂ **V** | expenentur **V** exponentur **E**AG experirentur S experientur B || 8 unusagitariorum ♂ **V** || 9 inuerat ♂ **V** | sirmium *ex* firmium **V** || 10 mo*ta* (*fu.* r *et* e) **V** motae **E**AG || 11 longe et **V** longa, et **E**AG longe, quod B || 12 noua re quasdam (quasdam *ex* quasi iam) **V** nouas res quasdam **E** nouare quaedam BAG || 14 alio **V**B alto **E**AG | aquila iam **V** Aquileiam **E**B AG || 15 urbem *ex* uberi (*m2*)**V** urbem **E**$SBAG$ uberem *Gdt.* | oribus ♂**V** | circumdata **V** circumdatam **E**BAG || 16 claussere **V** | iuuenta ♂ **V** | plebem tumultum horrore (o *ult. ex* a *m2*) **V** plebe t. h. **E**BA p. tumultus horrorem G t. initium *Val. in adn.* | constanti**V** Constantio **E** Constantii $SBAG$ || 17 tumentiam **V** tum etiam **E**$SBAG$ | initium **V** *def. Hadr. Val. (in adn.) Her.* amicum G honori *Val. in adn. ἔντιμον Harmon* iunctum *Pighi def. Češka* || 18 ac] et SBG || 19 i[t]a audacia (*fu.* a; d *ex* t *m2*) **V** hac audacia **E** ita a. SBA ita audaci G || 21 adergo **V** idergo **E** a tergo $SBAG$ || 22 audeus ♂ **V** | circumfessam **V** circumsessam **E**$SBAG$ || 25 magistro **V** magistrum **E**$SBAG$

quod exarserat, quoquo modo corrigendum redire citius imperauit. / et ne quid deesset, milites omnes, qui comitatum sequebantur aut signa, retineri iussit per idem oppidum transeuntes pro uiribus latu-
ros auxilium.

Hisque dispositis ipse haud diu postea cognita morte Constanti / 3
discursis Thraciis Constantinopolim introiit ac saepe doctus lentius fore id obsidium quam uerendum Immone cum comitibus aliis ad hoc destinato ire monuit exinde Iouinum alia, quae potiores flagitabant necessitates, acturum.

Ordine itaque scutorum gemino Aquileia circumsaepta concinenti- 4
bus sententiis ducum conueniens uisum est ad deditionem allicere defensores minacium blandorumque uarietate sermonum et multis ultro citroque dictitatis in immensum obstinatione gliscente ex colloquio re infecta disceditur. et quia nihil praeter pugnam iam spectabatur, / 5
curatis utrubique cibo somnoque corporibus aurora iam surgente concrepante sonitu bucinarum partes accensae in clades mutuas ferocientes magisquam consultius elatis clamoribus ferebantur. pluteos igitur 6
prae se ferentes oppugnatores cratesque densius textas sensim incedentes et caute murorum ima suffodere ferramentorum multitudine
conabantur, aptas plerique uehentes ad mensuram moenium scalas / iamque parietibus paene contigui pars lapidibus uolutis in pronum

1 currigendum ♂V | imperabat *G* || 2 te esse V deesset E*AG* deesse *SB* | commitatum (m *ult. ex* r *m2*) V || 3 retine ♂V || 5 hique ♂V | haud *ex* haut V | diu *add.* V*m2 sup. lin.* | posteam ♂V | Constantii E*SBAG* || 6 constantino olim ♂V | centius V certius E*BAG* lentius *Val. in adn.* || 8 remonuit V -re monuit E remouit *BAG* ire monuit *Her.* || 10 Ordina V ordine E*BAG* | scutorum *ex* stutorum V | aiquileia (i *pr. add. m2*) V Aquileia E*SBAG* | circumsepta (cū *add. sup. lin. m2*) V || 11 docum V *corr. m3* || 12 mina*tium (*fu.* c) V | que *add.* V*m2 sup. lin.* | ueritate ♂V | ultroque V ultro E*SBAG* || 13. 14 conloquior (*corr. m3*) infecta V conloquio i. *S* c. refecta *B* || 14 disciditur V disceditur E*BAG* | qua VE*B* quia *AG* | pugna V pugnam E*SBAG* | sperabatur E *Kell. Gdt.* || 15 utru*bique V | cibis *SBG* | aut rota V aurora E*BAG* | surgenteex (r *add.*, ex *del. m2*) V | concr*epante (*fu.* a) V || 16 sonitu bucinorum V*B* sono tubicinorum E sonitu buccinorum *AG* bucinarum *Ihm in Th. l. l.* | cludes V *corr. m3* || 17 clatis V datis V*m3SBAG* elatis E (consultius *om.*) *Val.* | damoribus V | referebatur (re *pr. del. m2*) V ferebantur E*BAG* | Plateos V plateas E pluteos *BAG* || 18 ē. ferentes V circumferentes E efferentes *BA* praeferentes *G* prae se ferentes *Nov.* | tecta *ex* tocta (*m2*) V tecta E tectas *BA* textas *G* | incidentes VE*B* incedentes *AG* || 19 cautes *BA* | imis (s *add. sup. lin. m2*) V ima E*G* imas *BA* | fussodere ♂V effodere *BA* || 20 natas VE cattos *BA* factas *G* aptas *Cl.* tornatas *Her.* | ementes VE emittentes *BA* uehentes *G* | moeniam V menia E moenium *BAG* || 20. 21 calas iamque V inclusique E*m2* clausiamque *S* pars clausaque *BA* scalas iamque *G* || 21 paene — lapidibus *om. BA* | [p]aenae (*fu. cpd. pro* prae) V

collisi, pars confixi stridentibus iaculis retroque gradientes auerterunt
7 secum omnes alios metu similium a proposito pugnandi detortos. hoc
primo congressu erecti in audaciam clausi assumpta fiducia meliorum /
parui ducebant restantia mentibusque fundatis et compositis per
opportuna tormentis indefesso labore uigilias et cetera subsidia se-
8 curitatis implebant. contra munitores, licet pauore discriminum anxii, /
pudore tamen, ne socordes uiderentur et segnes, ubi parum uis proce-
debat Marte aperto temptata, ad instrumenta obsidionalium artium
transtulerunt. et quia nec arietibus admouendis nec ad intentandas
machinas uel, ut possint forari cuniculi, inueniebatur locus usquam
habilis disparatione breui ciuitatem Natisone amni praeterlabente, /
9 commentum excogitatum est cum ueteribus admirandum. construc-
tas ueloci studio ligneas turres propugnaculis hostium celsiores im-
posuere trigeminis nauibus ualide sibi conexis, quibus insistentes ar-
mati uno parique ardore prohibitores dispellere collatis ex propinquo
uiribus nitebantur; subterque expediti uelites a turrium cauernis
egressi iniectis ponticulis, quos ante compaginarant, transgredi festi-
narunt indiuiso negotio, ut, dum uicissim missilibus se petunt et saxis /
utrimquesecus alte locati, hi, qui transiere per pontes, nullo inter-
pellante aedificii parte conuulsa aditus in penetralia ... reserarent. ...
10 uerum summa coepti prudentis aliorsum euasit. cum enim aduenta-

1 consili **V**E collisi *BAG* | confixis **V** confixi **E***BAG* | retroque gredientibus iaculis retroque gradientes **V** retroque gradientes **E***G* r. gradientibus *BA* | auerterum ♂ **V** || 3 autaciam ♂ **V** || 4. 5 pertuna torrentis **V** (opertuna *m3*) oportuna torrentis **E***SA* opportuna *B* per o. torrentis *G* p. o. tormentis *Val.* || 5 indefe[s]so (s *ex* fi? n?) **V** || 6 munitoris **V** munitores **E***BAG* | pauo ♂ **V** || 7 secordes **V** socordes **E***SBAG* | proced*ebat (*fu.* a) **V** || 8 inarte aperta **V** in arte a. **E** marte a. *S* M. aperto *BAG* || 9 curam *ante* transtulerunt *add. C. F. W. M.* se *Btl.* studium *Her.* operam *Nov. lac. indic. Cl. lac. reiec.*, transtulerunt *ut refl. def. Löfst. Heilm.* | intentandis *BA* || 10 machina ♂ **V** machinis *BA* || 10. 11 inueniebatur quam habilis desperatione **V** inueniebantur q. h. d. **E** inueniebatur quid habile, d. *BA* i. usquam habilis disparatione *G* habilis locus *Bipont.* locus *ante* usquam *pos. Cl.* || 11 tesi oni **V**E Lysimachiam *BA* Natisone *G* Natesione *Her.* || 12 cummentum ♂ **V** || 13 ligeneas **V** || 14 ualda **V** ualde **E***SBG* ualide *A* || 15 dispollere **V** dispulere **E** dispellere *BAG* || 16 urribus **V** uiribus **E***m2 SBAG* | uelite saturrum cauernis **V** *corr. m3* uelites acturi cauernas **E** uelite saturruni cauernis *S* uelut e Saturni c. *B* uelites è turrium c. *G* || 17 irans gredi **V** transgredi **E***SBAG* || 18 indiuiso **V** *def. Harmon* ita diuiso *Pet. Momms.* | uicisum **V** uicissim **E***SBAG* || 19 his **V** hi *G* | paer partes **V** per p. **E***BA* per pontes *G* || 20 aedificiis **V**E aedificii *BAG* || 20. 21 penetrali (*lac. 12 litt.*) serarent (*lac. 3 litt.*) iterum **V***A* (*lac. maior.*) penetrali (*lac. 22 litt.*) iterum **E** p. (*lac. 17 litt.*) seruarent (*lac. 14 litt.*) I. *S* p. (*lac. 24 litt.*) s. (*lac. 10 litt.*) i. *B* penetralia reserarent. I. *G* p. patefacerent reserarentque. ceterum *Brakman* p. hostium reserarent. sed iterum *Harmon* p. oppidi r. Verum *Rolfe* (uerum *Haupt*) || 21 prudentes **V** prudentis *G*

rent iam turres, contortis malleolis madentibus pice, harundine quin
etiam, sarmentis ac uario fomite flammarum incessebantur. quae
quoniam incendio celeri ponderibusque trepide superstantium incli-
natae prociderunt in flumen, armatorum aliqui per earum fastigia
interibant eminus confixi tormentis. inter quae destituti pedites post 11
naualium sociorum occasum obtriti sunt saxis immanibus praeter
paucos, quos morte licet per impedita suffugia uelocitas exemerat
pedum. ad ultimum certamine protracto in uesperam datoque signo
in receptum ex more ambo digressi diei residuum animis egere dispari-
bus. munitorum enim maerores funera lugentium propria prohibitores 12
spe iam superandi firmabant, licet ipsi quoque paucos gemebant amis-
sos. properabatur tamen nihilo minus et, quantum recreandis uiribus
quiete et cibo satis fuit tributo per noctis integrae spatium, reparatur
lucis exordio proelium incitamento tubarum. et quidam elatis super 13
capita scutis ut pugnaturi leuius, alii uehentes umeris ut antea scalas /
feruentique impetu procurrentes pectora multiformium telorum ic-
tibus exponebant. alii ferratas portarum obices effringendas adorti /
ultro ignibus petebantur uel elisi saxis muralibus oppetebant. quidam
fossas ardentius transire conati repentinis eorum assultibus, qui
erumpebant clanculo per posticas, ruebant incaute, saucii discede-
bant. recursus enim ad moenia tutior uallumque antemuranum caes-
pitibus fultum insidiantes ab omni discrimine defendebant. et quam- 14

2 et sarmentis *Harmon asynd. def. Blomgren* | formite V fomite E*SBAG* || 6 noualium V *corr. m3* || 7 morte scilicet V E*B* morti s. *A* morti licet *G* morte *def. C. F. W. M. Kell.* | scit fugia V suffugia E*BAG* || 8. 9 protracto – receptum *add.* V*m2 in marg.* || 8 producto *SBG* | uespera V*m2BA* uesperam E*G* | dictoque VE datoque *SBAG* || 8. 9 signo receptui *BG* || 9 disparii V disparibus E*BAG* || 10 murores VE murorum *B* maerores *AG* | lucentium V *corr. m3* | proibitores V || 11 spe iam superandis V s. i. superandi E*AG* saepe insuperabili *B* | fiamabant V *corr. m3* inflammabant *G* | ipse V*B* ipsi E*m2AG* | amisos V amissos E*AG* amicos *SB* || 12 nihil omnius ♂V | recreatum ♂V || 14 incitato tamentoticarum V incitato tamen (*lac. 10 litt.*) E i. t. toxatarum *B* (et *om.*) *A* incitamento tubarum *G* || 15 itantea V ut antea E*G* interea *BA* || 16 feruente ♂V | impetu – multiformium *add.* V*m2 in marg.* | procurrente specto a-V*m2*E p. spectato a *S* procurrentes spectatos *BA* p., pectora *G* | delorum *ex* lorum (*m2*) V *corr. m3* | ictibus (i *pr. ex* a) V || 17 serratas *ex* ferrantas (*m2*) V ferratos E*BA* ferratas *SG* || 18 uel distraxis *ex* uaeldis traxis (*m2*) V uel de saxis *ex* uel distractis E*m2* uel saxis *BAG* distracti s. *Pet.* elisi s. *Her.* diffracti s. *Nov.* || 19 fossas (*ex* fossam) addentius V f. ardentius E f. fidentius *SBAG* || 20 pacticas V posticas E*AG* perticas *B* | uel *ante* saucii *add. G* aut *Cl. asynd. def. Heilm. Blomgren* || 21 cespititibus (ti *pr. del. m2*) V || 22 homni V | discriminium ♂V | defendebat *G*

quam prohibitores duritia bellorumque artibus antistabant, quibus nihil praeter moenium supererat adiumentum, collectus tamen ex potioribus numeris miles diuturnas ferre nequiens moras suburbana omnia circumibat diligenter inquirens, qua ui uel machinis posset
15 patefactam irrumpere ciuitatem. quod ubi patrare non poterat magnitudine uetante difficultatum, obsideri remissius coepta est et excubiis stationibusque relictis praesidiarii milites uastantes agros propinquos omnibus congruentibus abundabant raptorum pleraque concorporalibus suis impertientes. unde largiore admodum potu saginisque distenti marcebant.

16 His relatione Immonis consortiumque cognitis Iulianus Constantinopoli etiamtum hibernans sollerti remedio turbatis consuluit rebus / moxque Agilonem magistrum peditum ea tempestate probe cognitum miserat, ut uiso honoratissimo uiro compertaque per eum morte Constanti solueretur obsidium.

17 Inter quae ne cessaret Aquileiae oppugnatio, cum in reliquis opera consumeretur in cassum, placuit resistentes acriter ad deditionem siti compelli et, ubi aquarum ductibus intersectis nihilo minus celsiore fiducia repugnarent, flumen laboribus auertitur magnis. quod itidem frustra est factum. attenuatis enim auidioribus bibendi subsidiis hi, quos temeritas clauserat, contenti putealibus aquis parce uixerunt.

18 Quae dum agitantur casibus ante dictis, ... nit, ut praeceptum est,

1 proibitores V | tutiricitia (ti *pr. del. m2*) V peritia E *B A G* duritia *Val.* | antis (*lac. 11 litt.*) iant V antistabant (*lac. 6 litt.*) E *Pet. def. Meurig-D.* antistarent *B* antestarent *A G* || 2 superiet V *B* supererat E *G* superest *A* || 3 diunaturnas ♂ V | neque enim oras suburbano V E (munera *m2 in marg.*) *B* (horas) nequiens moras, suburbana *A G* || 4 diligentes ♂ V | possit *S B G* || 5 ibi V *corr. m3* || 6.7 excubiista*tionibus quae (**fu.* n; ni *add. sup. lin. m2*) V || 7 si residiarum miles V *lac. 13 litt.* E insidiarum, mille *S B A* praesidiarii milites *G* || 8 adundabant V habundabant E abundabant *B A G* | cum corporalibus V E contubernalibus *B A* concorporalibus *G* || 9 largiori potu saginisque admodum *S B A G* || 11 inmunis V E immuni *B A* communi b_2 *G* Immonis *Hadr. Val.* | cogitis *ex* couitis V cognitis E *B A G* || 13 agilionem V *B* Agilonem E *A G* | praeditum V peditum E *S B A G* || 14 hionoratissimo V | constratu V Constantii E *G* statim *B A* || 15 obsidum V obsidium E *S B A G* || 16 necesseret aquilei (*lac. 13 litt.*) cum in relinquis V necesse esset aquileiam in ditionem uenire cum in reliquis E cum incessanter aquarum fiducia, reliquia *B A* ne cessaret Aquileiae oppugnatio, cum in reliquis *G* circumuallatio *Brakman* || 17 consumeremur V consumeretur E *Val.* consumerentur *S G* contemnerentur $b_1 b_2$ *A* | resistentis V *B* resistentes E *A* resistenteis b_2 *G* | addidit V ad deditionem E *B A G* || 19 fidutia V || 20 ualidioribus *Nov.* auctioribus *Pet.* auidius *Harmon Damsté* | hii V his E hi *S B A G* || 22 cassibus V casibus E *S B A G* | dictis (*lac. 19 litt.*) Nit ut V dictis (*lac. 18 litt.*) ut E d. (*lac. 12 litt.*) hic ut *S* d., sine mora hic ut *B A* d., superuenit ut *G*

Agilo scutorumque densitate contectus prope fidenter accessit. multaque locutus et uera, quibus Constantii obitum firmatumque Iuliani docebat imperium, sine conuiciis confutabatur ut fallax. nec ei quisquam credidit gesta narranti, antequam pacta salute susceptus ad pugnaculum solus fide religiosius reddita ea, quae docuerat, replicaret. his auditis ex diuturno angore portis reclusis omnes effusi sus- 19
cepere laeti pacificum ducem seque purgantes Nigrinum totius furoris auctorem paucosque alios obtulerunt eorum supplicio laesae crimina maiestatis et urbis aerumnas expiari poscentes. paucis denique post 20
diebus exploratius spectato negotio Mamertino tum iudicante praefecto praetorio Nigrinus ut acerrimus belli instinctor exustus est uiuus. Romulus uero post eum et Sabostius curiales conuicti sine respectu periculi studia seuisse discordiarum poenali consumpti sunt ferro. residui omnes abierunt innoxii, quos ad certaminum rabiem necessitas egerat, non uoluntas. id enim aequitate pensata statuerat placabilis imperator et clemens. et haec quidem postea gesta sunt.

Iulianus uero agens etiamtum apud Naissum curis altioribus strin- 21
gebatur multa utrimque pertimescens. formidabat enim, ne clausorum militum apud Aquileiam repentino assultu obseratis angustiis Alpium Iuliarum prouincias et adminicula perderet, quae exinde sperabat in dies. itidemque opes orientis magnopere uerebatur audiens 22

3 sine conficiis V sed et confingi E sine conuiciis *S B A def. Sey.* non sine c. *G* sine fine c. *Her.* | conputabatur infalax V putabatur in falaciam E computabatur ut fallax *B A* reputabatur u. f. *G* confutabatur *Lind. in adn. def. Sey.* conpellabatur *Her.* || 6 audi*tis V | diutius ♂ V | angore — effusius *add.* V*m2 in marg.* | portis *ex* postis V*m2* postibus E | effusius ceperae V effusi suscepere *G* || 7 totius *ex* citius V | fororis ♂ V || 8 crimine laesae *B A* crimen l. b_2*G* || 10. 11 di ÷ rum iudicante praefecto ÷ ÷ ebus exploratiuos spectato negotio mamertino (*ex* mamenino) ÷ praeterio (÷ *add. m2 ?*) V diebus iud. praef. / exploratius sp. n. M. praeterito E indicante praefecte dirum (*lac. 6 litt.*) ebus explorati osspectato n. M. Preterea *S* diebus (*om. B*) iudicante Praefecto, dirum sceleribus expiandis demandatur negocium M. Praet. *B A* d. exploratius spectato negotio, M. tum iudicante praefecto praetorio *G* || 11 nigrinus *ex* nigrinis V | accerrimus V | uelluns tinctor V belli instinctor E *B A G* || 12 rumulus V*G* Romulus E *S B A* || 12. 13 conuincti sinere (*lac. 16 litt.*) ut V coniuncti s. (*lac. 14 litt.*) ut E uincti s. (*lac. 8 litt.*) ut *S* u., fuere dispicati, ut *B A* conuicti sine respectu *G* || 13 periculi in studia V (st *in ras.*) E proni in st. *B A* periculi st. *G* | saeuisse V seuisse E *G* senis *B A* | discurbarum (u *pr. ex* o *m3*) V discordiarum E *G* alii rotarum *B A* || 14 -res du (*lac. 12 litt.*) nes alterunt V -res (*lac. 22 litt.*) E -re duntaxat alii ut *B A* residui omnes abierunt *G* | ad] *om. S* in *B G* || 16 imperat V *B* imperator E *A G* || 17 ultioribus V ulterioribus E altioribus *S B A G* || 18 pertimenscens ♂ V permiscens *B A* || 19 perpentino V *corr. m3* | angustus V angustiis E *S B A G* || 21 magnopere (magno *add. sup. lin. m2*) V | euerebatur V uerebatur E*m2 B A G*

dispersum per Thracias militem contra uim subitam cito coactum / aduentare Succorum confinia comite Marciano ducente. sed tamen congrua instantium sollicitudinum moli ipse quoque agitans efficaciter Illyricum contrahebat exercitum puluere coalitum Martio prompt-
23 tumque in certaminibus bellicoso iungi rectori. nec priuatorum utilitates in tempore ita flagranti despiciens litesque audiens controuersas maxime municipalium ordinum, ad quorum fauorem propensior /
24 iniuste plures muneribus publicis annectabat. ibi Symmachum repertum et Maximum, senatores conspicuos, a nobilitate legatos ad Constantium missos exinde reuersos honorifice uidit et potiore post-habito in locum Tertulli Maximum urbi praefecit aeternae ad Rufini Vulcacii gratiam, cuius sororis eum filium norat. hoc administrante alimentaria res abundauit et querelae plebis excitari crebro solitae
25 cessauerunt. tunc ut et securitatem trepidis rebus afferret et obsequentium nutriret fiduciam, Mamertinum promotum praefectum praetorio per Illyricum designauit consulem et Neuittam, qui nuper ut primum augendae barbaricae uilitatis auctorem immoderate notauerat Constantinum.

18 His ac talibus eo inter spem metumque noua negotia commouente / Constantius apud Edessam exploratorum relationibus uariis anxius / in rationes diducebatur ancipites, nunc ad concursatorias pugnas militem struens, nunc, si copia patuisset, obsidione gemina Bezabden ag-

1 thacias **V** | subita **V***BA* subitam **E***G* || **2** aduentaret **V***B* aduentare et **E** aduentare *AG* | sociorum **E** Sueuconorum *B* | comitte ♂ **V** | martiano **VE***B* Marciano *AG* || **3** mole **V** moli *Val. in adn.* || **4** prompque ♂ **V** || **5** rector **V** rectori **E***AG* rectore *B* || **6** afla granti **V** flagranti **E** *Pet.* afflagranti *SBAG def. Langen Harmon* ita flagranti *Her.* | controuersias **V** controuersas *G* || **8** reperum ♂ **V** || **10** posthabita **V** posthabito **E***BAG* || **11** tertylli **V** Tertullii **E** Tertulli *SBAG* | ubi praefectum **V***BA* urbi praefecit **E***G* || **12** uulcaci **V** uulcatii **E** Vulcari *SBA* Vulcacii *G* | gratium **V***B* gratiam **E***AG* || **13** habundauit **V** | quae rellae **V** querelae **E***SBAG* | c[i]bro solita **V** crebro solitae **E***BAG* || **14** et **VE***B* ut *AG* ut et *Cl.* | adferet **V** || **15** fidutiam mamertinum promertinum praefectum **V***b_1b_2A* fiduciam M. pro meritis praef. **E** f., Mamertinum praef. *G* promotum *Her.* || **16** desingnauit **V** | nuper (p *ex* b) **V** || **17–19** utilitates auctorem ÷ et inter spem tú mecum (mecum *punctis subditis del.*) ÷ inmoderate notauerat constantinum. his actalibus ÷ que noua negotia commouente (et inter spem tú *recte colloc. m2 ?*) **V** utilitatis a. nouaque neg. commouentem inm. not. c. / his actalibus **E** utilitates auctorum imm. not. Constantium. his ac talibus que noua neg. c. *S* utilitatis auctorem imm. not. C. his ac t. quae n. neg. commouerant *BA* uilitatis a. i. n. Constantinum. his ac t. inter spem metumque noua neg. commouente *G* eo *Pet.* || **20** anxibus **V** anxius **E***BAG* || **21** deduceba*tur (d *pr. ex* t *m3; *fu.* n) **V** deducebatur **E***A* ducebatur *BG* diducebatur *Val.* | et nunc ad (et *del. m3 ?*) **V** | pungnas **V** || **22** potuisset **V** *corr. m3* potius esset et *SB* | [be]*[sab]**den **V** Bebsadem **E** Bezabden *SBAG*

gressurus consultans prudenter, ne mox partes petiturus arctoas / improtectum Mesopotamiae relinqueret latus. uerum consiliorum am- 2
biguum retinebant multiplices morae tardante trans Tigridem rege, dum moueri permitterent sacra; nam si permeato flumine nullum, qui resisteret, inuenisset, absque difficultate penetrarat Euphraten; alioqui ad ciuilia bella custodiens militem timebat eum periculis obiectare circummuranis firmitatem moenium munimenti defensorumque alacritatem expertus.

Ne quiesceret tamen neue condemnaretur inertiae, Arbitionem et 3
Agilonem equestris pedestrisque militiae magistros cum agminibus maximis properare coegit non, ut lacesserent Persas in proelia, sed praetenturis iuncturos citeriores Tigridis ripas et speculaturos, quonam rex erumperet uiolentus. addebatque monendo saepius et scribendo, ut, si multitudo transire coepisset hostilis, referrent citius pedem. dumque collimitia iussa custodiunt duces et occulta falla- 4
cissimae gentis obseruantur, agens ipse cum parte ualidiore exercitus / curabat urgentia uelut pugnaturus oppidaque tuebatur excursu. speculatores uero et transfugae subinde uenientes repugnantia prodebant / ideo futurorum incerti, quod apud Persas nemo consiliorum est conscius praeter optimates taciturnos et fidos, apud quos silentii quoque colitur numen. accersebatur autem a memoratis ducibus imperator 5
assidue orantibus ferri sibi suppetias. testabantur enim se non nisi coactis in unum uiribus cunctis posse impetum regis ardentissimi sustinere.

Quae dum aguntur ita sollicite, nuntii percrebuere certissimi, quo- 6

1 ne *add.* V*m2* || 2 lattis *ex* littis (*m2*) V satis E (uel lattis *m2 in marg.*) latus *SBAG* || 3 multiplicis more V multiplics m. E multiplices morae *BAG* | tardantem VE tardante *BA* tardante trans *G* | Tigride *BA* || 4 regem E*BA* | permenato ♂V | nullium V nullum E*SBAG* || 6 costodiens V || 7 obiectarecir cumiuranis V obiectare circummuranis E*BAG* | mocnium ♂V | defensurumque VE defensurum *S* defensorum *BA* defensorumque *G* || 9 contempnaretur *ex* contemptaretur (*m2*) V contemneretur E*SBAG* condemnaretur *Lind.* | ambitionem V*B* Arbitionem E*G* Arbetionem *A* || 10 pedestris *ante* equestris *add. Val. in adn. recte colloc. Momms.* | ministros V magistros *Val. in adn.* || 12 praetenturus *B* | iuncturos — speculaturos *om. B* | speculaturus V speculaturos E*AG* || 13 rexerum per euiolentus (u *ult. ex* o *m2*) V rex erumperet uiolentus E*BA* rex eorum e. u. *G* || 14 similitudo V si multitudo E*A* simul atque *B* simulatque multitudo *G* || 15 paedem ♂V || 16 gentes VE*B* gentis *AG* | obseruanter ♂V | ualidioris VE*A* ualidiori *BG* ualidiore *Sey.* | [exercitus]V || 17 gentia V ingentia E genua *SB* urgentia *AG* | propugnaturus *G reiec. Val. in adn.* | quae V -que *Val. in adn.* | [excursu specu]latores V || 18 repugnantia *ex* repugnacitia V || 20 praeter** (*fu.* que *cpd.*) V | optimates — quoque *add.* V*m2 in marg.*

rum clara fide compertum est Iulianum Italiam et Illyricum cursu celeri praetergressum claustra interim occupasse Succorum accita undique praestolantem auxilia, ut multitudine stipatus armorum /
7 peruaderet Thracias. quo cognito maerore offusus Constantius solacio uno sustentabatur, quod intestinos semper superauerit motus; re tamen magnam ei difficultatem ad capessendum consilium afferente id elegit potissimum, ut uehiculis publicis impositum paulatim praemitteret militem imminenti casus atrocitati uelocius occursurum. /
8 omniumque consensu hac probata sententia pergebant, ut praeceptum est, expediti. eique haec disponenti luce postera nuntiatur regem cum omni manu, quam duxerat, ad propria reuertisse auspiciis dirimentibus lenitoque metu reuocatis omnibus praeter eos, quos consuetudo praesidio Mesopotamiae destinarat, reuersus est Hierapolim.
9 Summa itaque coeptorum quorsum euaderet, ambigens, cum in unum exercitus conuenisset, omnes centurias et manipulos et cohortes in contionem uocauit concinentibus tubis oppletoque multitudinis campo, ut eam ad firmanda promptius adigeret imperanda, tribunali celso insistens stipatusque solito densius haec prosecutus est ad serenitatis speciem et fiduciae uultu formato:
10 „Sollicitus semper, ne quid re leui uel uerbo committam inculpatae parum congruens honestati, utque cautus nauigandi magister clauos pro fluctuum motibus erigens uel inclinans compellor nunc apud uos, amantissimi uiri, confiteri meos errores, quin potius, si dici liceat uerum, humanitatem, quam credidi negotiis communibus profuturam. proinde, ut sciri facilius possit, quae sit huius concilii conuocandi materia, accipite, quaeso, aequis auribus et secundis.

1 illiricum ♂V || 2 occupassetV occupasse E*SBAG* || 5 superauere *S* superauerat *BG* | rem *SBA* || 6 etV*BA om.* E*G* ei *Val.* || 6. 7 adferent ei delegitV afferente ei d. E afferrent ei d. *SBA* adferente d. *G* a. id elegit *restit. Val.* || 8 imminentis *Btl. Kell. reiec. Blomgren* | atrocitantiV atrocitati E*SBAG* | uelotius ♂V || 9 ac probataV approbata E*SBAG* hac probata *Her.* || 10 disponentV disponenti E*SBAG* || 11 humanu (h *add. m3*)V manu E*SBAG* | ad propria *add.* V*m2 sup. lin.* | dirimentinum ♂V || 13 est (*lac. 8 litt.*) capolim (*lac. 4 litt.*)VE (*lac. 4 litt. bis*) est Nicopolim *BA* est Hierapolim *G* confestim Nicopolim urbem *Pighi* || 14 ambiens V *corr. m3* || 15 exertitus ♂V | manipolos V *corr. m3* || 16 Non cinentibus ♂V | opple*toque (*fu.* c)V || 17 ut ea affirmanda *SB* ut ea affirmando *A* || 18 ·sistensV sistens E*SBAG def. Haupt* insistens *Btl. Nov. def. Harmon* | stipatoqueV *def. Pighi reiec. Hartke* stipatusque *Btl. Nov. Momms.* || 19 speciaem (a *del. m2*) fiduciae (c *ex* t *m2*)V et *add. Val. in adn. def. Blomgren* || 20 SollitusV solitus E solicitus *SBAG* || 21 quae (a *del. m2 ?*)V | clauum *ex* clauos (*m3*)V clauos E*SB AG* || 22 motu *BAG* motu uel *Btl.* | eriens ♂V | nunc *add.* V*m2 sup. lin.* || 24 umanitatem ♂V | profutura V *corr. m3* || 25 scire facilius VE facilius sciri *SBAG* | possitis V*m3*E *Eyss.* poscit *B*

Gallum patruelem meum tempore, quo confundendis rebus perti- 11
naciter Magnentius inhaerebat, quem obruere uestrae uirtutes, potestate Caesaris sublimatum ad orientis praesidium misi. qui cum a iustitia per multa uisu relatuque nefaria defecisset, arbitrio punitus est legum. atque utinam hoc contenta fuisset Inuidia, turbarum acer- 12
rima concitatrix, et angebat nos una, sed secura doloris praeteriti recordatio. at nunc aliud accidit, ausim dicere praeteritis maestius, / quod per fortitudinem uobis ingenitam adiumenta caelestia coercebunt. Iulianus, quem, dum circumfrementes Illyricum nationes ex- 13
teras oppugnatis, tuendis praefecimus Galliis, leuium confidentia proeliorum, quae cum Germanis gessit semermibus, ut uecors elatus / ascitis in societatem superbam auxiliaribus paucis feritate speque postrema ad perniciosam audaciam promptis in noxam publicam conspirauit aequitate calcata, parente nutriceque orbis Romani, quam tumentes spiritus tamquam fauillas se facturamque deinde † ut sceleste factorum ultricem et ipse expertus et docente antiquitate facile credo.

Quid igitur superest, nisi ut turbinibus excitis occurramus succres- 14
centis rabiem belli, antequam pubescat ualidius, celeritatis remediis oppressuri? nec enim dubium fauore numinis summi praesente, cuius perenni suffragio damnantur ingrati, ferrum impie praeparatum ad eorum interitum esse uertendum, qui non lacessiti, sed aucti beneficiis pluribus ad insontium pericula surrexerunt. ut enim mea mens 15

1 meum *om.* *BG* || 2 inerebat **V** *corr. m3* || 3 et caesares (et *del. m2*) **V** Caesaris **E***SBAG* | orentis **V** *corr. m3* | praesidum. ♂ **V** | si **V** misi **E***AG* nisi *B* | qui *om.* *BA* | a *add.* *G* || 4 iustia **V** *corr. m3* || 5 contemptaextitisset (exti *add. sup. lin. m3*) **V** contenta extitisset **E***A* c. esset *BG* fuisset *Eyss.* restitisset *Pet.* || 6 praetereti(♂)*recordatio (re *add. sup. lin. m2*) **V** || 7 ad **VE** at *SBAG* || 8 nobis *SBAG* | caelestia* (*fu.* r) coer cebunt; (*lac. 8 litt. in fin. pag.*) **V** || 11 *elatus (*fu.* s) **V** || 13 pernitiosam **V** || 14 calcate **V** calcata **E***m2SBAG* || 15 fauillasse facturamque. Dei inde **V** fauillas se f. Deinde **E** f. se facturam, d. *SBA* f. effecturam d. *G* Romani quam fauillas istas efflaturam perinde *Eyss.* f. reflaturam uindicaturamque *Nov.* (*antea* sparsuram facturamque se) f. sedaturam fracturamque *Her.* f. efflaturam triumphaturamque (triumph. *reiec. Miller*) *Thörnell* f. facturam futuramque *Damsté* f. flaturam fracturamque deo iubente *Pighi* f. semper aestimaturam, facturamque *Češka* || 15. 16 sceleste laetorum **VE***G* scelestorum **E***m2B* *Val. def.* *Hertz* *Harmon* sceleste laesorum *A* s. factorum laborum *Btl.* s. factorum *Eyss.* *Nov.* (*antea* impletorum) *Damsté* s. elatorum *Cl. in app.* s. laetorum (*uel* factorum) *Češka* || 17 subcriscentis *ex* subcrestis (*m2*) **V** subcrescentis *BAG* || 18 ***rabiem (*fu.* cen) **V** || 19 nominis ♂ **V** || 20 perennis ut fragio **V** *corr. m3* || 21 lacessitis **V** lacessiti **E***BAG* || 21. 22 beneficus pruribus **V** beneficiis pluribus **E***SBAG* || 22 – p. 242, 1 mensam auguratio stitia quae (*ex* que *m2*) **V** mens in (*ex* an) auguratio stitiaque **E** mens auguratur, caelestia *BA* mens augurat, iustitiaque *G* inaugurat *Eyss.* iam augurat *Günther* *Pet.* *Harmon*

augurat iustitiaque rectis consiliis affutura promittit, spondeo, quod, si uentum fuerit comminus, ita pauore torpescent, ut nec oculorum uestrorum uibratae lucis ardorem nec barritus sonum perferant primum."

16 Omnes post haec dicta in sententiam ... suam hastasque uibrantes irati post multa, quae beneuole responderant, petebant duci se protinus in rebellem. qua gratia in laetitiam imperator uersus ex metu / contione mox absoluta Arbitionem ante alios faustum ad intestina bella sedanda ex ante actis iam sciens iter suum praeire cum Lanceariis et Mattiariis et cateruis expeditorum praecepit et cum Laetis itidem Gomoarium uenturis in Succorum angustiis opponendum ea re aliis antelatum, quod ut contemptus in Galliis erat Iuliano infestus.

14 In hoc rerum aduersarum tumultu haerens eius fortuna iam et subsistens aduentare casum uitae difficilem modo non loquentibus signis / aperte monstrabat. namque et nocturnis imaginibus terrebatur et nondum penitus mersus in somnum umbram uiderat patris obtulisse pulchrum infantem eumque susceptum et locatum in gremio suo / excussam sibi proiecisse longius sphaeram, quam ipse dextra manu gestabat. id autem permutationem temporum indicabat, licet inter-

2 pretantes placentia responderunt. post haec confessus est iunctioribus proximis, quod tamquam desolatus secretum aliquid uidere desierit, / quod interdum affuisse sibi squalidius aestimabat, et putabatur Genius esse quidam tutelae salutis appositus eum reliquisse mundo citius

2 occulorum **V** || 3 uibrantie ♂**V** uibrantis *Pet.* | uarritus **VE** barritus *BAG* || 5 dicta in sententiam suam **V** d. traxerat in s. s. *G* tracti *Btl.* ibant *Haupt* flexerat *Nov. lac. indic. Cl. et* ducti *add. in app.* | hastas quem uibrantes (uibrantes *ex* brentes *m3*) **V** hastasque uibrantes **EG** hastas u. *BA* || 6 denebuoloe (b *del. m2*) **V** beneuole **EAG** de Meneloe *SB* | responderunt *Harmon c. c.* | se duci *tr.* **ESBAG** || 7 quam gratiam **VE** qua gratia *BAG* || 8 contionem ex **V** contionem **E** concione mox *BAG* | arbetionem *ex* arbitionem (*m2*) **V** Arbitionem **EG** Arbetionem *SBA* || 9 praeiret **V***B* praeire **EAG** | lantiariis **V** lancearis **ESBAG** || 10 *mattiariis **V** | expeditorum (di *add. sup. lin.*) **V** | praecipi **V** praecepit **EBAG** || 11 gemoarium (-ium *ex* -uim) uenturi sint succorum (o *ex* u *m2*) angustus **V** g. u. sint s. angustiis **E** g. u. sunt s. augustus *S* g. u. s. Segusianorum angustiis *B* g. u. s. Succorum a. *A* Gomoarium uenturis in S. angustias *G* || 13 hoc *add.* **V***m2 sup. lin.* || 15 unamque **V** namque **E***m2BAG* | temporibus imaginibus *SB* temporibus *G* || 16 poenitus mensus **V** p. mersus **EB** *AG* | umbra **V** umbram **EBAG** || 16. 17 obtulis sepulchrum **V** obtulisse se pulchrum **V***m3***E** obtulisse pulchrum *SBAG* || 17 infantem *ex* infautem **V** || 18 spheram (s *add. sup. lin. m2*) **V** || 18. 19 dextram angustabat **V** dextra gestabat **E** dextera manu g. *BAG* || 20 conuictoribus *BG* || 21 uideri **V** uidere **EBAG** || 22. 23 sibi — esse *add.* **V***m2 in marg.* || 23 esse *om. G def. Harmon* | eum genius esse mundo (genius esse *del.*, reliquisse *add. sup. lin. m2*) **V**

digressurum. ferunt enim theologi in lucem editis hominibus cunctis / 3
salua firmitate fatali huiusmodi quaedam uelut actus rectura numina
sociari admodum tamen paucissimis uisa, quos multiplices auxere
uirtutes. idque et oracula et auctores docuere praeclari, inter quos est 4
etiam Menander comicus, apud quem hi senarii duo leguntur:

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

itidem ... sempiternis Homeri carminibus intellegi datur non deos 5
caelestes cum uiris fortibus collocutos nec affuisse pugnantibus uel
iuuisse, sed familiares genios cum isdem uersatos, quorum adminicu-
lis freti praecipuis Pythagoras enituisse dicitur et Socrates Numaque
Pompilius et superior Scipio et, ut quidam existimant, Marius et
Octauianus, cui Augusti uocabulum delatum est primo, Hermesque
Termaximus et Tyaneus Apollonius atque Plotinus ausus quaedam
super hac re disserere mystica alteque monstrare, quibus primordiis
hi genii animis conexi mortalium eas tamquam gremiis suis susceptas
tuentur, quoad licitum est, docentque maiora, si senserint puras et a
colluuione peccandi immaculata corporis societate discretas.

Ingressus itaque Antiochiam festinando Constantius ad motum cer- 15
taminum ciuilium, ut solebat, auide surrecturus paratis omnibus /
exire properabat immodice renitentibus plurimis murmure tenus. nec
enim dissuadere palam audebat quisquam uel uetare. autumno iam 2
senescente profectus cum ad suburbanum uenisset disiunctum exinde

1 degressurum ♂ **V** | ferunt reliquisse enim (rel. *del. m2*) **V** || 2 retur anuomina ♂ **V** || 4 docuerem (m *del. m2*) **V** docuerunt *BAG* || 6. 7 ΔΠΔΝΤΔΩΜΩΝΑΝΔΡΙCΤΑΤΑ ΙΕΥΟΥΕΓ ΕΝΟΜΕΝ | ΩΛΥCΤΑΤΩΓΟC ΤΟΥΒΙΟΥ (*lac. 4 litt.*) **V** anaΝΤΔΤΩΜΝΛΔΡΙCΤΑΤΑ ΙΕΥΟΥ | ΕΤΕΝΟΛΕΝΩΛΙΥC ΤΑΤΩΓΟC ΤΟΝ ΒΙΟΥ (*lac. 14 litt.*) **E** *Graeca om. et lac. 1 1/2 lin. SB ΑΝΔΝΤΔΩΜΩΝ | ΑΝΔΡΙΣΤΑΤΑ ΙΕΥΟΥΕΤΕ ΝΟΜΕΝΥ ΩΜΥΣΤΩΤ ΓΟΣ ΤΟΥ ΒΙΟΥ A ἅπαντι δαίμων ἀνδρι τῷ γενομένῳ ἅπαντος ἐστὶ μυσταγωγὸς τοῦ βίου G συμπαρατατεῖ ex Plut. rettulit Val.* || 8 itide (*lac. 14 litt.*) sempiternis **V** (*lac. 15 litt.*) itidem sempiternis **E** Inde (*lac. 9 litt.*) s. *SBA* Itidem ex s. *G* clare itidem et liquide ex s. *Brakman* | tatur ♂ **V** | deos *ex* deus (*cpd.*) **V** || 9 conlocaucos ♂ **V** || 10 gentis ♂ **V** | admiraculis ♂ **V** || 11 freti *om. SBG* | pyth*agoras (*fu.* r; g *ex* c *m3*) **V** | di[ci]tur **V** || 12 super **V** *corr. m3* || 13 telatum **V** *corr. m3* | hemesque ♂ **V** || 14 plitinus ♂ **V** | absus ♂ (*?*) **V** ausus **E***m2BAG* || 15 ha*c (*fu.* e) **V** | mystyca (y *pr. ex* i *m2*) **V** || 16 hi[i] (i *ex* s) **V** | castam quam g[re]mii **V** c. q. gremiis **E** castas mentes quas g. *BA* quas tanquam g. *G* eas *Val.* || 17 tuentu **V** tuentur **E***BAG* | doc*entque* (**pr. fu.* a; e *pr. et* t *add. m2*) **V** | inmaculata eent quae maiora (inmaculata eent *del. m2*) **V** quae *om.* **E***SBAG* | *si (i *add. m2*) **V** || 18 inmacula ♂ **V** immaculatasque *B* immaculatas *A* || 19 antiachiam ♂ **V** || 21 plurimis (l *ex* r) **V**

tertio lapide, Hippocephalum nomine, lucente iam die cadauer hominis interfecti dextra iacens capite auulso conspexit contra occiduum latus extensum territusque omine finem parantibus fatis destinatius ipse tendebat uenitque Tarsum, ubi leuiore febri contactus / ratusque itinerario motu imminutae ualetudinis excuti posse discrimen petit per uias difficiles Mobsucrenas, Ciliciae ultimam hinc pergentibus stationem, sub Tauri montis radicibus positam, egredique secuto die conatus illabente morbi grauitate detentus est; paulatimque urente calore nimio uenas, ut ne tangi quidem corpus eius posset / in modum foculi feruens, cum usus deficeret medelarum, ultimum spirans deflebat exitium mentisque sensu tum etiam integro successorem suae potestatis statuisse dicitur Iulianum. deinde anhelitu iam pulsante letali conticuit diuque cum anima colluctatus iam discessura / abiit e uita tertium nonarum Nouembrium imperii tricesimo octauo uitaeque anno quadragesimo quarto et mensibus paucis.

Post quae supremis cum gemitu conclamatis excitisque lamentis et luctu deliberabant locum obtinentes in aula regia primum, quid agerent quidue moliri deberent, paucisque occulte super eligendo imperatore temptatis incitante, ut ferebatur, Eusebio, quem noxarum conscientia stimulabat, cum nouandis rebus imminens obsisteret Iulianus, mittuntur ad eum Theolaifus et Aligildus tunc comites mortem indicantes propinqui et oraturi, ut mora omni depulsa ad obtinendum obtemperare sibi paratum tenderet orientem. fama tamen rumorque loquebatur incertus Constantium uoluntatem ordinasse postremam,/ in qua Iulianum, ut praediximus, scripsit heredem et his, quos diligebat, fideicommissa detulit et legata. uxorem autem praegnantem reliquit, unde edita postuma eiusque nomine appellata, cum adoleuisset, matrimonii iure copulata est Gratiano.

2 textra ♂ V | auolso *ex* auulso (*m2*) V auulso E*SBAG* || 3 territisque *A* | omnem V ommine E omnis *B* omnibus *A* omine *G* | paranti*bus (*fu.* s) V | testinatius V || 4 tenebat V*B* tendebat E*AG* || 6 petiit *G* | difficilis V*B* difficiles E*A* difficileis b_2G | mobscrenas V Mossocrenam E Myandam *BG* Mopsucrenem *A* | hunc V hac Eb_2G hanc *BA* hinc *Hadr. Val.* (W*m2*) || 7 tauru V Tauri E*SBAG* || 8 ui labente *BG* || 9 possit *SBAG* || 12 scatuisse ♂ V | uilianum ♂ V || 12. 13 han illit uiam pulsanta V hanelitu iam pulsante E anhelitu iam pulsata *SB* a. iam pulsante *A* a. iam pulsatus b_2G || 14 IIIˡ E tertio *BAG* | nonar*um (*fu.* i) V | o[ct]obrium V Nouembrium *Büttner-Wobst Seeck* || 14. 15 imperii** (i *ult. ex* um) uitaeque V tricesimo octauo *add. Val. in adn.* || 15 quarto *add. Val. in adn.* || 17 delibrabant V | optimentis ♂ V optimates E || 19 eusebius V*B* Eusebio E*AG* || 24 incertus] inter *S* interim *BAG* | stantium V Constantium E*SBAG* || 25 quam V qua E*BAG* | et heredem et V et *pr. om.* E*B AG* | diligabat ♂ V || 27 reliquid V | adoluisset V adoleuisset E*BAG* || 28 matrimonio V E*BG* matrimonii *A*

Bonorum igitur uitiorumque eius differentia uere seruata praecipua 16
prima conueniet expediri. imperatoriae auctoritatis coturnum ubique
custodiens popularitatem elato animo contemnebat et magno erga
tribuendas celsiores dignitates impendio parcus nihil circa administra-
tionum augmenta praeter pauca nouari perpessus numquam erigens
cornua militarium. nec sub eo dux quisquam cum clarissimatu prouec- 2
tus est. erant enim, ut nos quoque meminimus, perfectissimi nec
occurrebat magistro equitum prouinciae rector nec contingi ab eo
ciuile negotium permittebat. sed cunctae castrenses et ordinariae
potestates ut honorum omnium apicem priscae reuerentiae more /
praefectos semper suspexere praetorianos. in conseruando milite ni- 3
mium cautus, examinator meritorum nonnumquam subscruposus /
palatinas dignitates uelut ex quodam tribuens perpendiculo et sub
eo nemo celsum aliquid acturus in regia repentinus adhibitus est uel
incognitus, sed, qui post decennium officiorum magisterium uel lar-
gitiones uel simile quidquam esset recturus, apertissime noscebatur. /
ualdeque raro contigerat, ut militarium aliquis ad ciuilia regenda
transiret contraque non nisi puluere bellico indurati praeficiebantur
armatis. doctrinarum diligens affectator, sed, cum a rhetorice per in- 4
genium desereretur obtunsum, ad uersificandum transgressus nihil
operae pretium fecit. in uita parca et sobria edendi potandique mode- 5
ratione ualetudinem ita retinuit firmam, ut raros colligeret morbos, /
sed eos non procul a uitae periculis. id enim euenire corporibus a
lasciuia dimotis et luxu diuturna experimenta et professiones meden-
di monstrarunt. somno contentus exiguo, cum id posceret tempus et 6

1 uiliorumque V iuliorumque V*m3 SB* uitiorumque E *AG* | differentiae VE *B* differentia *AG* || 2 prima *add.* V*m2 sup. lin.* primum *SBA* primo *Btl.* | expedire *BA* || 3 cusdodiens ♂ V || 4 parcas ♂ V || 6 milit*arium (*fu.* i) V militaria *BG* | clarissimatus V clarissimatu E *G* claritate *BA* || 7 meminimis V meminimus E *BAG* || 8 prouintiae V || 9 negotio (e *ex* o *m2*) V negotium E *BAG* | cuncta V cunctae *G* || 10 homorum ♂ V | uerenti amore (*inter* i *et* a *diuisit m2*) V reuerentiamorem (*?*) E*m2* uerentia more *S* reuerentiae m. *BAG* || 11 praeteanos V ueteranos E praetorianos *SBAG* praetorio *Val.* | minium V *corr. m3* || 12 examinatorem V examinator E *AG* exanimator *B* | suscruposus (su- *add. sup. lin. m2*) V scrupulosus E *AG* subscrupulosus *SB* subscruposus *Loisell. ex cod. Valent.* || 14 aucturus V acturus E *SBAG* | regia V regiam *Cl. in corrig.* || 16 quaquam ♂ V || 17 paro V *corr. m3* | militari[um] (um *m2*) V || 19 retoricae (e *alt. del. m2*) V rhetorica E *SBAG* || 20 obtunsam ♂ V obtusum E *SBAG* || 21 opere praetium (t *ex* c *m2*) V | sobriae edendo (e. *ex* dende *m3*) V sobria edendi E *BAG* | potandiquae (o *ex* u *m2*) V || 22 firmum V firmam E *BAG* || 23 non *add.* V*m2 sup. lin.* || 24 propassiones V professores E probationes *BAG* professiones *Btl.*

ratio, perque spatia ita longissima impendio castus, ut nec † mare ministro saltem suspicione tenus posset redargui, quod crimen, etiamsi non inuenit, malignitas fingit in summarum licentia potestatum. /
7 equitandi et iaculandi maximeque perite dirigendi sagittas artiumque armaturae pedestris perquam scientissimus. quod autem nec os tersisse umquam uel nares in publico nec spuisse nec transtulisse in partem alterutram uultum aliquando est uisus nec pomorum, quoad uixerat, gustauerit, ut dicta saepius praetermitto.
8 Dinumeratis carptim bonis, quae scire potuimus, nunc ad explananda eius uitia ueniamus. cum esset in negotiis aliis principibus mediis comparandus, si affectatae dominationis amplam quandam falsam repperisset aut leuem, hanc sine fine scrutando fasque eodem loco ducens et nefas Caligulae et Domitiani et Commodi immanitatem facile superabat, quorum aemulatus saeuitiam inter imperandi exordia /
9 cunctos sanguine et genere se contingentes stirpitus interemit. addebatur miserorum aerumnis, qui rei maiestatis imminutae uel laesae deferebantur, acerbitas eius et iracundia suspicionesque in huiusmodi cuncta distentae. et si quid tale increpuisset, in quaestiones acrius exsurgens quam ciuiliter spectatores apponebat his litibus truces /

1 ita V *restituimus* uitae *Hadr. Val. del. Nov.* | inpendia ocastus V impendio castus E*SBAG* || 1. 2 mare ministro V amare ministros *Lind. in adn.* a citeriore ministro *Btl.* rumore sinistro *Unger* amaro ministro *Haupt* amare nec a m. *Eyss.* rumore m. *Madv.* familiari m. *Günther* marem inisse *Pet.* in amore sinistro *Her.* amariore ministro *Walter prob. Miller* abutendi mare m. *Češka* || 2 suspione ♂V || 3 inuenti VE inuenit *BAG* | f*ingit (*fu.* r) V || 4 maximeque peritus *B* maxime peritus. *A* peritus *def. Harmon* | dirigendis V dirigendi E*SBAG* || 5 pedestrios V pedestris E*BAG* || 5. 6 autem stersisse eum quam nares (*ex* mares) V a. stertisse eum numquam E a. extersisse eum quam nares *S* a. e. cum nunquam n. *B* a. tersisse eum n. n. *A* a. nec extersisse unqam n. *G* a. nec tersisse u. n. *Lind.* a. nec os t. umquam uel n. *Her.* (*cf. 16, 10, 10*) *prob. Bae.* || 6 trantulisse V || 7 uisus est *tr. SBAG* | quod ad V quoad E*SBA* quicquam quoad b_2G quod ad- *Bickel reiec. Bae.* || 8. 9 praetermitto huiusmodi – aliorumque plurium (*p. 246, 17 – 247, 5*) (*lac. 13 litt.*) dinumeratis VE*SB* (*sine lac.*) praetermitto. dinumeratis (*ordine restituto*) *AG* || 9 nun V nunc E*AG* unum *SB* || 10 principibus *ex* principis V || 11 ansam *BAG* || 12 eodem *ex* eoderi V || 14 inte ♂V || 15 gere ♂V | turpius *ex* tirpius V turpitus V*m2* turpiter E*SBA* stirpitus *G* || 16 erumnis *add.* V*m2 sup. lin.* | uelle *ex* uelsae (*m2*) V uel laesae E*AG om. B* || 17 aceruitas V | iracundia suspitiones dein huiusmodi (*et cetera quae iam supra* (= V*1 S1 B1*) *scripta erant*) V*SB* i. s. dehinc huiusmodi E*1* (cuncta – ciuiliter *repet. et del.* E) i., s. dein h. *A* iracundae suspiciones in h. *G* suspicionesque *Her.* || 18 cuncta V*1*E*1S1B1AG* cum et V*S* cum *B* | distentae V*1G* adistente V distencte E*1* discente *S1B1A* adiscente *SB* | siquis *S1B1* | talem V*1S1B1* | quaestionem *S1B1*

mortemque longius in puniendis quibusdam, si natura permitteret, conabatur extendi in eiusmodi controuersiarum partibus etiam Gallieno ferocior. ille enim perduellionum crebris uerisque appetitus insidiis, Aureoli et Postumi et Ingenui et Valentis cognomento Thessalonici aliorumque plurium, mortem factura crimina aliquotiens lenius uindicabat. hic etiam ficta uel dubia adigebat uideri certissima ui nimia tormentorum. iustumque in eiusmodi titulis capitali odio oderat, cum maxime id ageret, ut iustus aestimaretur et clemens. et tamquam ex arida silua uolantes scintillae flatu leni uentorum ad usque discrimina uicorum agrestium incohibili cursu perueniunt, ita ille quoque ex minimis causis malorum congeries excitabat, Marci illius dissimilis principis uerecundi, qui, cum ad imperiale culmen in Syria Cassius surrexisset, epistularum fascem ab eo ad conscios missum perlatore capto sibi oblatum ilico signatum exuri praecepit agens adhuc in Illyrico, ne insidiatoribus cognitis inuitus quosdam habere posset offensos. utque recte sentientes quidam arbitrabantur, uirtutis erat potius indicium magnum imperio eundem Constantium sine cruore cessisse quam uindicasse tam inclementer. ut Tullius quoque docet crudelitatis increpans Caesarem in quadam ad Nepotem epistula: „neque enim quidquam aliud est felicitas“ inquit „nisi honestarum rerum prosperitas. uel ut alio modo definiam: felicitas est fortuna adiutrix consiliorum bonorum, quibus qui non utitur, felix

1 mortemque V*1* E*1* *S1B1AG* morteque V*SB* | si natura (i *ex* e *m2*) V*1* senatui E*1* senatura *S1* quam natura *B1A* || 2 extendi V*1*E*1S1B1BAG* extensi V*S* | eiusmodi controuersarium V*1*V huiusmodi controuersiarum E*1SBAG* eiusmodi c. *S1B1* | artibus *Pet.* || 3 ille V*1*E*1S1SB1BAG* elle V | insidiis V*1* E*1S1SB1BAG* adsidiis V || 4 aureeoli ♂V | ingenuitis ♂V | cognomentos V*1* | thesalonici V*1S1B1* tbesanici (b *ex* o) V Thessalonici E*1SBAG* || 5 quotiens VE*BA* aliquoties *G* || 6 facta V ficta *Btl. Hermann prob. Pet.* || 7 nea VE *om. BAG* nimia *Lind.* ignea *Pet.* | tumque V *def. Thörnell* iustumque *Val. ex cod. Fauchetii* iusque *Her.* | capitali operat V c. operta E c. opera *BA* capitaliter oderat *G* capitali odio oderat *Momms. reiec. Nov. Bae.* capitalis opera erat *Thörnell* || 8 cum (u *ex* o *m2*) V || 8. 9 ius (*ex* uis *m2 in textu*) V ius aestimaretur — arida *add.* V*m2 in marg.* iustus E*G* pius *BA* || 8. 9 etiam quam VE (admodum *add. sup. lin. m2*) *B* et tanquam *AG* || 9. 10 ausque V adusque E*SBAG* || 10 uitiorum V*B* uiturorum E uicinorum *A* uicorum *G* | egrestium V agrestium E*S BAG* || 11 ille (i *ex* e) V || 11. 12 marcullius VE Marci illius *BAG* || 13 syriae V Syria E*BAG* | assius rexisset V asuis (*del.*) assurrexisset E assurrexisset *BA* Cassius surrexisset *G* | epistolarum V | missim V missum E*SBAG* || 14 prelatore *S* praeilatore *B* praeliatore *A* | captas V capto E*G* raptas *SBA* || 15 inadhunc ♂V || 17 magni V mag E magnae *BAG* magnum *Cl.* | conotantium V Constantium E *Val.* comitantium *SBAG* || 18 censissis ♂V | dam ♂V || 19 caessarem V | aepistola V || 20 inquid ♂V || 21 alo ♂V | felicita V *corr. m3* || 22 ititur ♂V

esse nullo pacto potest. ergo in perditis impiisque consiliis, quibus Caesar usus est, nulla potuit esse felicitas. feliciorque meo iudicio Camillus exsulans quam temporibus isdem Manlius, etiamsi — id, quod cu-
14 pierat — regnare potuisset." id Ephesius quoque Heraclitus asserens monet ab inertibus et ignauis euentus uariante fortuna superatos aliquotiens uiros fuisse praestantes; illud uero eminere inter praecipuas laudes, cum potestas in gradu uelut sub iugum missa nocendi, / saeuiendi cupiditate et irascendi in arce uictoris animi tropaeum erexerit gloriosum.

15 Vt autem in externis bellis hic princeps fuit saucius et afflictus, / ita prospere succedentibus pugnis ciuilibus tumidus et intestinis ulceribus rei publicae sanie perfusus horrenda. quo prauo proposito magisquam recto uel usitato triumphales arcus ex clade prouinciarum sumptibus magnis erexit in Galliis et Pannoniis titulis gestorum af-
16 fixis se, quoad stare poterunt monumenta, lecturis. uxoribus et spadonum gracilentis uocibus et palatinis quibusdam nimium quantum addictus ad singula eius uerba plaudentibus et, quid ille aiat aut neget, ut assentiri possint, obseruantibus.

17 Augebat etiam amaritudinem temporum flagitatorum rapacitas inexpleta plus odiorum ei quam pecuniae conferentium. hocque multis intolerantius uidebatur, quod nec causam aliquando audiuit nec prouinciarum indemnitati prospexit, cum multiplicatis tributis et uectigalibus uexarentur. eratque super his adimere facilis, quae donabat.

18 Christianam religionem absolutam et simplicem anili superstitione confundens, in qua scrutanda perplexius quam componenda grauius excitauit discidia plurima, quae progressa fusius aluit concertatione

1 nollo capto ♂V nullo pacto esse *tr.* *SBAG* || 2 erat *SBAG* || 3 iisdem E*AG* hisdem *SB* | mallius V E*BA* Manlius b_2G || 4 Efesius V || 5 et *ante* ab *add.* *BAG* || 7 in gradu V *def.* *Blomgren* iracunda *Btl.* inuicto gradu *Momms.* *lac.* *indic.* *Nov.* || 7. 8 nocendi saeuiendi V *def.* *Blomgren* n. saeuiendique *SB* *AG* nocenti *Pet.* saeuiendi *del.* *Nov.* || 8 marce V *corr.* *m3* Marte *SB* in arte *G* | tropheum (h *add.* *sup.* *lin.* *m3* ?) V trophaeum E *SBAG* | erexit *SBAG* || 10 fuis ♂V || 11 succidentibus V succedentibus E*BAG* || 12 horenda V | pauo V *corr.* *m3* || 14. 15 adfixisse V*B* affixis E affixis se *AG* || 16 nium quantum V nonnumquam E ni unquam tum *SB* nimium quantum *AG* || 17 sigula ♂V | plandentibus ♂V | aut *ex* et ut (*m2*) V uel *SBAG* || 18 possint obseruantibus possit. V possent obseruantibus. E possint, *B* possit, o. *A* possint o. *G* || 19. 20 flagitatorum — odiorum *add.* V*m2* *in* *marg.* || 20 ionferentium ♂V || 21 tulerantius ♂V | uidebatar ♂V || 22 prouintiarum V | intemnitati ♂V | tributis et *add.* V*m2* *sup.* *lin.* || 23 uexarentur *ex* uexerantur (*m2*) V || 25 christianum ♂V | super**-sticione (*fu.* hi? in?) V || 26 quamquam V*BA* quam E*G* || 27 dissidia b_2G | pru rima ♂V | progressa *add.* V*m2* *sup.* *lin.* | concertatioque V E concertatione *BAG*

uerborum, ut cateruis antistitum iumentis publicis ultro citroque discurrentibus per synodos, quas appellant, dum ritum omnem ad suum trahere conatur arbitrium, rei uehicularіae succideret neruos.

Figura tali situque membrorum: subniger luce oculorum edita cer- 19
nensque acutum, molli capillo, rasis assidue genis lucentibus ad decorem, ad usque pubem ab ipsis colli confiniis longior, breuissimis cruribus et incuruis, unde saltu ualebat et cursu.

Pollinctum igitur corpus defuncti conditumque in loculis Iouianus 20
etiamtum protector domesticus cum regia prosequi pompa Constantinopolim usque iussus est prope necessitudines eius humandum. / eique uehiculo insidenti, quod portabat reliquias, ut principibus solet,/ 21
annonae militaris offerebantur indicia, ut ipsi nominant probam, et animalia publica monstrabantur et ex usu crebrescebant occursus. / quae et alia horum similia eidem Iouiano imperium quidem, sed et cassum et umbratile ut ministro rerum funebrium portendebant.

2 pars modos **V** per synodos *G* || **3** conantur **VE***G* conatur *SBA* || **4** oculorum **V** || **5** adsiduae*gensibus (*fu.* i; s *alt. del. m2*) **V** assidue genibus **E***S* a. genis *BAG* | docorem **V** *corr. m3* || **6** ad usque *ex* usque ad **V** usque ad *G* | pub[em] **V** || **7** incur*uis **V** || **8** polimitum *S* Polimito *B* || **8. 9** igitur – Constantinopolim *om. SB* || **9** retia **V** recta **E** regia *AG* || **10** uisus *S* usus *B* | umandum **V** *corr. m3* uehebatur *B* || **11** insidentis **V** insidenti **E***AG* insidens *B* | reliquis **V** reliquias **E***m2BAG* || **12** offerebuntur **V** offerebantur **E***SBAG* | proba *BAG* probae *Her.* || **13** monstrabuntur **V** monstrabantur **E***SAG* saginabantur *B* ministrabantur *Reines. Corn.* || **13. 14** occursusque **V***AG* occursus quae **E** *Val.* occursque *S* Hoc usui *B* || **14** ala **V** *corr. m3* | similia: horum *S* s. erat *B* s. *G* || **14. 15** sede et assum et **VE** s. et adsumet *S* sedebit et a. *B* sed et cassum et *A* sed cassum et *G* || **15** protendebant ♂ **V** pertendebant *S* pertinebat *B* | AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM; EXPLICIT LIBER. XXI. INCIPIT LIBER. XXII. FELICITER. **V** AMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM EXPLICIT. LIBER XXI. incipit XXII. feliciter **E**

LIBER XXII

1. Iulianus Augustus metu Constantii Augusti subsistit in Dacia et clam haruspices ac augures consulit.
2. Iulianus cognita morte Constantii transcurrit Thracias et Constantinopolim pacatam intrat totumque imperium Romanum citra pugnam recipit.
3. Constantiani quidam pars iure, pars iniuria damnantur.
4. Eunuchos omnes et tonsores ac coquos palatio expellit Iulianus Augustus et de palatinorum spadonum uitiis ac de corrupta disciplina militari.
5. Iulianus Augustus cultum deorum antea dissimulatum palam et libere profitetur et Christianorum episcopos inter se committit.
6. Qua arte complures litigatores Aegyptios, a quibus moleste interpellabatur, domum redire coegerit.
7. Iulianus Constantinopoli saepe ius dicit in curia et, dum ibi Thraciarum res ordinat, uariis exterarum gentium legationibus aditur.
8. Descriptio Thraciarum et sinus Pontici regionumque ac nationum Ponto adiacentium.
9. Iulianus Augustus aucta ornataque Constantinopoli Antiochiam petit ac in itinere Nicomediensibus ad reparandas urbis ruinas pecunias tribuit; Ancyrae iuris dictionibus uacat.
10. Antiochiae hiemans Iulianus iura reddit nec quemquam propter religionem grauat.
11. Georgius Alexandriae episcopus ab ethnicis Alexandrinis cum duobus aliis per uicos trahitur discerpiturque ac crematur impune.
12. Expeditionem Iulianus parat in Persas et ad praenoscendum belli euentum oracula consulit uictimasque innumerabiles caedit, totus haruspicinae et auguriis addictus.
13. Templi Apollinis Daphnaei incendium Iulianus Augustus immerito imputat Christianis et maiorem Antiochiae ecclesiam claudi iubet.
14. Iulianus Augustus in monte Casio Ioui sacra facit; cur Antiochensibus iratus Misopogonem scripserit.
15. Descriptio rerum Aegyptiacarum et de Nilo, de crocodilo, de ibi ac de pyramidibus.
16. De quinque Aegypti prouinciis deque claris earum urbibus.

1 Dum haec in diuersa parte terrarum fortunae struunt uolubiles casus, Iulianus inter multa, quae per Illyricum agitabat, exta rimabatur assidue auesque suspiciens praescire festinabat accidentium finem, sed responsis ambiguis et obscuris haerebat futurorum incer-

2 exta rimabatur] excruciabatur V*m3* E || 3 suscipiens V *BA* suspiciens E *G* || 4 responsa V *corr. m3* | set V et V*m3* E *BAG* | obscuris *ex* obscriris (*m2*) V

tus. eique tandem haruspicinae peritus Aprunculus Gallus orator / promotus rector postea Narbonensis nuntiauit euentus inspectu iecoris, ut aiebat ipse, praedoctus, quod operimento duplici uiderat tectum. cumque ille timeret, ne cupiditati suae congruentia fingerentur, eratque ideo maestus, omen multo praesentius ipse conspexit, / quod excessum Constantii clare monstrabat. eodem enim puncto, quo idem obierat in Cilicia, lapso milite, qui se insessurum equo dextra manu erexit, humique prostrato exclamauit ilico audientibus multis / cecidisse, qui eum ad culmen extulerat celsum. et quamquam haec 3 laetifica sciret, uelut fixa tamen firmitate consistens intra terminos Daciae se continebat sic quoque plurima pertimescens. nec enim cautum ducebat coniecturis credere forsitan in contrarium erupturis.

Inter quae tam suspensa aduenere subito missi ad eum legati Theo- 2 laifus atque Aligildus defunctum Constantium nuntiantes addentesque, quod eum uoce suprema successorem suae fecerit potestatis. qua 2 re cognita post exemptos periculorum aestus et bellicarum sollicitudinum turbas in immensum elatus iamque uaticiniis credens et celeritatem negotiis suis aliquotiens profuisse expertus edixit iter in Thracias motisque propere signis emensa decliuitate Succorum Philippopolim petit, Eumolpiada ueterem, alacri gradu sequentibus, quos duxerat, cunctis. aduertebant enim imperium, quod ereptum ibant 3 cum ultimorum metu discriminum, praeter spem ordinario iure concessum. utque solet fama nouitates augere, properabat exinde subli-

1 aruspicine V | aprunculis V Aprunculus E *BAG* || 2 narbo V *B* uarios V*m3 A* narbonum u. E*m2* Narbonensis *G* || 3 ipsi V *corr. m3* ipsi *SB* | uerat ♂ V || 4 que *add.* V*m3 sup. lin.* | cupiditatis suae congruendi afrigerentur V cupiditati s. c. afringerentur V*m3* E cupiditatis s. c. a. *BA* ne cupiditati s. congruentia fingerentur *G* || 5 atque V eratque *Haupt* || 6 pungto ♂ V | que ♂ V || 7 insensurum V ascensurum V*m3* inscensurum E *A* incensurum *B* insessurum *G* | eo quo V equoum V*m3* equum quo (quo *del. m2*) E eo quod *SB* equum *A* equo *G* | dextera E extra *S* exta *B* || 8 umique V || 9. 10 culmen ex uelut fixa (euexit *m3 in marg.*) V c. euexerat f. E cultum et uelut f. *SB* c. euexit. F. *A* culmen extulerat celsum. Et quamquam haec laetifica sciret uelut f. *G def. Harmon Sey.* || 11 sic] se V E *B* sic *AG* || 13 tholaifus (f *ex* s *m2*) V Telefus E Theolaiphus *SB AG* || 15 uoces ♂ V | succesorem ♂ V || 16 belliacarum V bellicarum E *SBAG* | uollicitudinum ♂ V || 17 ininmentes uelatus (i *pr. del. m2*) V in mente sua elatus V*m3* E imminentes uelatus *S* i., elatus *BA* in inmensum e. *G* | uaticinis ♂ V || 19 motique prope V motisque propere E *G* motoque *S* motisque *B* m. prope *A* | emons a- V emensa E *AG* emens a *B* || 20 petiit *G* | eum olpia[da] V olpiada E cum olim piada *S* c. olimpiada *BA* (Olym-) Eumolpiada *G* || 20. 21 ueterem — cunctis *add.* V*m2 in marg.* || 21 eruptum V E ereptum *BAG* || 23—p. 252, 1 sublimiorum quondam V sublimior ut quodam *G* uel ut *Nov.* uti *Cl.*

mior uti quodam Triptolemi curru, quem ob rapidos circumgressus / aeriis serpentibus et pinnigeris fabulosa uetustas imponit, perque terras et maria formidatus nullis obstantibus moris Heracleam in-
4 gressus est Perinthum. quo apud Constantinopolim mox comperto / effundebatur aetas omnis et sexus tamquam demissum aliquem uisura 5 de caelo. exceptus igitur tertium Iduum Decembrium uerecundis senatus officiis et popularium consonis plausibus stipatusque armatorum et togatorum agminibus uelut acie ducebatur instructa omnium oculis in eum non modo contuitu destinato, sed cum admiratione
5 magna defixis. somnio enim propius uidebatur adultum adhuc iuuenem 10 exiguo corpore, factis praestantem ingentibus post cruentos exitus regum et gentium ab urbe in urbem inopina uelocitate transgressum, / quaqua incederet accessione opum et uirium, famae instar cuncta facilius occupasse, principatum denique deferente nutu caelesti absque ulla publicae rei suscepisse iactura. 15

8 Breui deinde Secundo Salutio promoto praefecto praetorio summam quaestionum agitandarum ut fido commisit Mamertino et Arbitione et Agilone atque Neuitta adiunctis itidemque Iouino magistro equi-
2 tum per Illyricum recens prouecto. qui omnes transgressi Calchedona / praesentibus Iouianorum Herculianorumque principiis et tribunis / 20 causas uehementius aequo bonoque spectauerunt praeter paucas, ubi
3 ueritas reos nocentissimos offerebat. et Palladium primum ex magistro officiorum in Britannos exterminarunt suspicione tenus insimulatum / quaedam in Gallum composuisse apud Constantium, dum sub eodem
4 Caesare officiorum esset magister. dein Taurum ex praefecto praetorio 25 in exsilium egere Vercellum, cuius factum apud iudices iustorum iniustorumque distinctores uideri potuit uenia dignum. quid enim

2 aeris **V** aeriis *Val.* (**N***m2*) | et *om. G* | uetustus ♂ **V** || **3** muris **V** moris *Btl.* | ingresus **V** || **4** conpe[rt]o **V** || **5** sex*us (s *ex* t *m2*; **fu.* t) **V** | dimissum **VE** demissum *BAG* | uisuram ♂ **V** || **6** tertio **E***m2BAG* | idum **V** Iduum **E***SBAG* || **7** amatorum **V** armatorum **E***SBAG* armorum *Pet. in ind.* || **8** cogatorum ♂ **V** || **9** oculis (*ex* colis) meum **V** o. in eum **V***m3* (*?*) **E***SBAG* || **10** omnia **V** omina **E** omen *BA* omini *G* Somnio *Lind. in adn.* | proprius **V** propius **E***BAG* || **11** post cruentos sexitus (sexitus *del. m2*) **V** p. c. exitus **E***G* p. c. *S* p. cruentum *BA* || **13** incideret *ex* incederet (*m2*) **V** incederet **E***SBAG* | operum **V** opum *G* || **14** ferente ♂ **V** || **16** salutio **V** *restit. Pet. Momms.* Sallustio *G* | praeterio **V** praetorio **E***SBAG* || **17** fida **V** fido **E***BAG* | arbetione **V** Arbitione *G* || **18** nouitta ♂ **V** neuicta **E** Neuita *BG* Neuitta *A* || **19** praefecto *SBA* || **21. 22** in ueritas **V** in uerita (*lac. 3 litt.*) **E** ni uernitas *BA* in quibus ueritas *G* ubi *Cl.* || **22** magstro **V** || **23** brittanos **V** || **24** constantinum **V** Constantium **E***SB AG* || **26** uercellum (u *ultimo superscr.* a (*?*) *m2*) **V** || **27** distictores **V** distinctores **E***SBAG* | uiniae *ex* uinaea (*m2*) **V** uini **E***SBA* ueniae *G* uenia *Cl.* | plenum **V** dignum *Her.*

deliquit, si ortum turbinem ueritus ad tutelam principis sui confugit? et acta super eo gesta non sine magno legebantur horrore, cum id uoluminis publici contineret exordium: „consulatu Tauri et Florenti inducto sub praeconibus Tauro“. ad exitium itidem tale Pentadius trahebatur, cui id obiectum est, quod a Constantio missus notis excepit, quae propinquante pernicie super multis interrogatus responderat Gallus. sed cum se iuste defenderet, tandem abiit innoxius. iniquitate 6 simili Florentius tunc magister officiorum, Nigriniani filius, contrusus est in insulam Delmatiae Boas. alter enim Florentius, ex praefecto praetorio consul etiamtum, rerum mutatione subita territus cum coniuge periculis exemptus diu delituit nec redire ante mortem potuit Iuliani; capitis crimine tamen damnatus est absens. pari sorte 7 Euagrius comes rei priuatae et Saturninus ex cura palatii et Cyrinus ex notario portati sunt in exsilium. Vrsuli uero necem largitionum comitis ipsa mihi uidetur flesse Iustitia imperatorem arguens ut ingratum. cum enim Caesar in partes mitteretur occiduas omni tenacitate stringendus nullaque potestate militi quidquam donandi delata, ut pateret ad motus asperiores exercitus, hic idem Vrsulus datis litteris ad eum, qui Gallicanos tuebatur thesauros, quidquid posceret Caesar, / procul dubio cesserat dari. quo exstincto cum maledictis exsecratio- 8 nique multorum se Iulianus sentiret expositum, impurgabile crimen excusari posse existimans absque conscientia sua hominem affirmabat occisum praetendens, quod eum militaris ira deleuit memor, quae dixerat, ut ante rettulimus, cum Amidam uidisset excisam. ideoque 9 timidus uidebatur uel parum intellegens, quid conueniret, cum Arbitionem semper ambiguum et praetumidum his quaestionibus praefecisset, aliis specie tenus cum principiis legionum praesentibus, quem

3 consolatus **V** consulatus **E** *SBA* consulatu *G* || **5** constantino **V** *B* Constantio **E** *AG* | noctis excepi **V** *BA* notis exceptis **E** n. excepit *G* || **6** qua *BA* | pernicies **V** pernicie **E** *G* princeps *SBA* || **7** sē **V** | defendere **V** defenderet **E** *SBAG* | iniquitati **V** *B* iniquitate **E** *AG* || **8** Nigriani *SBA* | contiusus ♂ **V** contusus **E** contrursus *SB* || **9** delmatiam **V** **E** Dalmatiam *SBA* Dalmatiae *G* Delmatiae *Nov.* || **9. 10** praefectorio **V** praefecto praetorio **E** *SBAG* || **10.11** cum [c]oniuge (cum *add. sup. lin. m2*) **V** || **11** exepmptus (p *alt. add. m2*) **V** || **12** Iuliani *add. G def. C. F. W. M.* || **13** re **V** *corr. m3* || **14** transportati *G* | bero **V** *corr. m3* || **18** asperior **V** *BAG om.* **E** asperiores *Pet.* || **20** tubio ♂ **V** | iusserat **E** *m3A* concesserat *Nov. reiec. Bae.* | maledictus **V** *corr. m3* | execrationibusque *BAG* || **21** inpurgalile ♂ **V** || **22** excura **V** *B* excusari **V** *m3* **E** *AG* | existima[ns] (ns *m3*) **V** || **23** occisum (i *ex* u) **V** | praetendans **V** *corr. m3* | enim **V** *B* eum **V** *m3* **E** *AG* | m[e]morque (e *ex* o *m2*) **V** || **24** *ante (*fu.* t) **V** || **25** arbetionem **V** Arbitionem *G* || **26. 27** praefecisse talis **V** praefecisset t. **V** *m3* **E** *BA* p., aliis *G*

primum omnium saluti suae norat obiectum, ut decuit uictoriarum ciuilium participem fortem.

10 Et quamquam haec, quae rettulimus, eius displicuere fautoribus, /
11 sequentia tamen seueritatis recto uigore sunt gesta. Apodemium enim ex agente in rebus, quem in Siluani necem et Galli effrenatius arsisse docuimus, Paulumque notarium cognomento Catenam cum multorum gemitu nominandum uiuos exustos, qui sperari debuit, oppressit
12 euentus. Eusebium super his, cui erat Constantiani thalami cura commissa, alte spirantem addixere et dirum poenae letali, quem ab ima sorte ad usque iubendum imperatoria paene elatum ideoque intolerabilem humanorum spectatrix Adrastia aurem, quod dicitur, uellens monensque, ut castigatius uiueret, reluctantem praecipitem tamquam e rupe quadam egit excelsa.

4 Conuersus post haec princeps ad palatinos omnes omnino, qui sunt quique esse possunt ... non ut philosophus ueritatis indagandae pro-
2 fessor. laudari enim poterat, si saltem moderatos quosdam licet paucos retinuisset morumque probitate compertos. namque fatendum est pleramque eorum partem uitiorum omnium seminarium effusius aluisse ita, ut rem publicam infecerint cupiditatibus prauis plusque
3 exemplis quam peccandi licentia laederent multos. pasti enim ex his quidam templorum spoliis et lucra ex omni odorantes occasione ab egestate infima ad saltum sublati diuitiarum ingentium nec largiendi

1 salutis uenerat V saluti suae nouerat *G* | deduit V debuit E decuit *BAG* | uotiarum ♂V || 2 particem ♂ V | fore E uictorem *SBA* futurum *G* || 3 uelimus V *corr. m3* uellimus *BG* || 4 uictore VE*B* uigore *AG def. Löfst. Meurig-D.* | apudemium V*B* Apodemium E*AG* || 6 eum V*B* cum E*AG* || 7 gemitum V (m *alt. ex* no *m2*) *B* gemitu E*AG* | nominandum (no *add. sup. lin. m2*) V | uiuus V *corr. m3* | exustos *om. BG* || 8 constantiniani*V (n *alt. add. sup. lin. m2*) *BA* Constantiani E*G* || 9 et dirum addixere *tr. G* a. dirae *Momms.* iudices *post* addix. *add. Nov.* | paena V poenae *G* || 10 imperatori E*G* || 11 intollerabilem V || 12 castgatius V *corr. m3* | ueniret VE*B def. Löfst. Pighi* uiueret *AG* | reluc-[tantem] (tantem *m3*) V | prae*cipitem V || 14 homnes V homines V*m3*E*SBA* omnes *G* || 15 [es]se V | possunt non V *lac. indic. Cl.* remouit *add. Pithoeus* ... sunt mali quique esse possunt summouit, non ut *Pet.* | filiosophus V | indigandae V indagandae E*SBAG* | indagandae ueritatis *tr. SBG* || 16 laud[ari] V || 17 probate VE probitate *SBAG* || 18 uitiarum V *corr. m3* | seminarum ♂ V | effussius *ex* effussuis (*m2*) V effusius E*m2SA* fusius *BG* || 19 plublicam ♂ V | infecerent ♂ V inficerent *SBAG* | [cu]piditatibus (cu *m3*) V || 20 licentiam* la[ed]eren[t] (m *del. m2*) V licentia laederent E*BAG* | pacti *SBA* | enim**** ex V || 21 temporum ♂ V || 22 infirma V infima *G* | saltum V *def. Bae.* altum *Haupt* fastum *Corn. def. Gärtner* (*uel* fastigium) culmen altum *dubit. Her. def. Meurig-D.* | [d]iuitiarum V

nec rapiendi nec absumendi tenuere aliquem modum aliena inuadere semper assuefacti. unde fluxioris uitae initia pullularunt et periuria, 4 et nullus existimationis respectus demensque superbia fidem suam probrosis quaestibus polluebat. inter quae ingluuies et gurgites creuere 5 praerupti conuiuiorum et pro uictorialibus epulares triumphi ususque abundantes serici et textiles auctae sunt artes et culinarum sollicitior cura et ambitiosa ornatarum domorum exquisita sunt spatia, / quorum mensuram si in agris consul Quinctius possedisset, amiserat etiam post dictaturam gloriam paupertatis.

Quibus tam maculosis accessere flagitia disciplinae castrensis, cum 6 miles cantilenas meditaretur pro iubilo molliores et non saxum erat ut antehac armato cubile, sed pluma et flexiles lectuli et grauiora gladiis pocula — testa enim bibere iam pudebat — et quaerebantur aedes marmoreae, cum scriptum sit antiquitatibus Spartanum militem coercitum acriter, quod procinctus tempore ausus sit uideri sub tecto. adeo autem ferox erat in suos illis temporibus miles et rapax, / 7 ignauus uero in hostes et fractus, ut per ambitiones otiumque opibus partis auri et lapillorum uarietates discerneret scientissime, contra quam recens memoria tradidit. notum est enim sub Maximiano Caesa- 8 re uallo regis Persarum direpto gregarium quendam sacculum Parthicum, in quo erant margaritae, repertum proiectis imperitia gemmis abisse pellis nitore solo contentum.

1 absumenti V *corr. m3* | alena ♂ V | inuaderet V *corr. m3* || 2 adsuafacti V *corr. m3* | unde** (n *ex* ti *m2; **fu.* de) V | fl[u]xioris (xi *add. m2*) V | pulularunt ♂ V || 3 e[x]istimationis (x *et* i *ult. m3*) V | respect[u]s (u *m3*) V | s[uam] V || 4 quaesti V *corr. m3* | pulluebat ♂ V | glubies V gluuies V *m3* ingluuies E *Lind.* eluuies *BAG* | cruere V creuere E *G* eruere *SBA* || 6 abundantis V abundantes *Lind.* usuque abundantis serici *Corn.* | sollicior V solicitior E *BAG* || 7 ambiosa V *corr. m3* || 8 gris ♂ V || 10 quibusdam (dam *add. sup. lin. m2*) V quibus tam *G* | flagitiis (i *alt. add. sup. lin. m2*) V flagitia *G* | adisciplinae V ad disciplinae E disciplinae *BAG* || 11 cantil[e]nas medita**retur V | meliores V molliores *G* || 11.12 saxa merant uthac (c *add. m2*; uthac *del. m3*) V saxa inerant E saxam erat ut hac *S* saxum erat ut antehac *BAG* || 12 *armato V | flexilis V *B* flexiles E *AG* | grauiora (i *add. post* o *m1; del. et recte pos. m2*) V || 13 uiuere V bibere E *BAG* || 14 in antiquitatibus *A Corn.* || 15 aeriter ♂ V || 15.16 subiecto V E sub tecto *BAG* || 16 illius V *A* illis E *BG* | sit uideri — autem *post* illius *repet.* (*del. m2*) V || 17 prae ambitione *SB* per ambitionem *G* | otiumque] sociumque *SB* || 18 uarietatis V uarietas E uarietatem E *m2* uarietates *BAG* || 19 quem ♂ V | tra dedit *ex* tra didit (*m2*) V tradit E tradidit *S BAG* || 20 ualle V uallae E uallo *BAG* | post *ante* sacculum *add. G reiec. Löfst.* | saccutum V *corr. m3* sequutum *S* scutum *B* || 21 inperititia V ex imperitia E imperitia *SBAG* || 22 habuisse *Gron. Momms.* asportauisse *Her.* | pellis nitore *ex* pelli nitores (*m2*) V

9 Euenerat iisdem diebus, ut ad demendum imperatoris capillum / tonsor uenire praeceptus introiret quidam ambitiose uestitus. quo uiso Iulianus obstipuit et „ego" inquit „non rationalem iussi, sed tonsorem acciri". interrogatus tamen ille, quid haberet ex arte compendii, uicenas diurnas respondit annonas totidemque pabula iumentorum, quae uulgo dictitant capita, et annuum stipendium graue / absque fructuosis petitionibus multis. unde motus omnes huiusmodi / cum cocis similibusque aliis eadem paene accipere consuetos ut parum sibi necessarios data, quo uelint, eundi potestate proiecit.

5 Et quamquam a rudimentis pueritiae primis inclinatior erat erga numinum cultum paulatimque adolescens desiderio rei flagrabat, multa metuens tamen agitabat quaedam ad id pertinentia quan-
2 tum fieri poterat occultissime. ubi uero abolitis, quae uerebatur, adesse sibi liberum tempus faciendi, quae uellet, aduertit, pectoris patefecit arcana et planis absolutisque decretis aperiri templa arisque
3 hostias admoueri et reparari deorum statuit cultum. utque dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissa in palatium intromissos monebat ciuilius, ut discordiis consopitis quisque nullo uetante religioni suae seruiret intrepidus. /
4 quod agebat ideo obstinate, ut dissensiones augente licentia non timeret unanimantem postea plebem nullas infestas hominibus bestias / ut sibi feralibus plerisque Christianorum expertus. saepeque dictitabat: „audite me, quem Alamanni audierunt et Franci" imitari putans Marci principis ueteris dictum. sed parum aduertit hoc ab eo ni-

1 fuerat ♂ V | itidem VE*B* iisdem *AG* | de-mendum *ex* dem-endum (*m2*) V | capilli V capillos V*m3*E capillum *BAG* || 2 [ue]stitus V || 3 obstupuit *SBAG* | et *post* obstipuit *add. Her.* | inqui[t] (*fu.* d) V | non *add.* E*BAG* | sed V *del. m3* sed E*SBAG* || 4 tomures (*?*) V *corr. m3* | conpendia VE compendii *BAG* || 6 *[uu]lgo (*fu.* u) V | dietitante V dictitant E*BAG* | annuu* V *corr. m3* | stipendi[um aes] (um aes *m3*) V stipendium aes E stipendium *SBAG* || 7 hius modi V huius E huiusmodi *SBAG* || 8 coci V cocis E*BAG* | accipere penè *tr. SBAG* || 10 rudimentis *ex* nudimentis V || 11 qu[e]* (*fu.* ae) V | rei] eius *Corn.* ardentiore eius *C. F. W. M.* (*cf. 15, 7, 10. 18, 6, 20*) acriore *Her.* || 12 ad inpertientia quamtum V ad id pertinentia quantum E *G* ad deum uel ad rem p. q. *BA* || 13 adolitis V *corr. m3* adoleuit, nec *B* || 14 uellit V *corr. m3* uelit *SB* | aduerbi V *corr. m3* aduertens *B* || 15 plan[is] (is *m3*) V plane *BG* | absolutis *G* | aperiri VE*G def. Weis* operiri *SBA* aperire *Cl.* || 16 admouere deorum V admoueri et reparari d. *G def. Weis* et restituere *Her.* || 17 dissidentis V dissidentes E*AG* dissidentisque *SB* | *amtistites (*fu.* r) V || 18 dis**-cissa (*fu.* si; s *alt. add. m2*) V | ut ciuilibus *tr. SBAG* || 19 consortitis V *corr. m3* | regioni sue V *corr. m3* reginae suae *SB* || 20 adeo V*m3SBA* || 21.22 bestias sunt sibi feralibus plerique V*BA* b. s. is sibi f. p. E b. ut sunt sibi f. plerisque *G* b. ut sibi f. p. *Momms.* || 22 saepe quae VE*B* saepeque *AG* || 23 auditem quem ♂ V | Alemani *B* Alemanni b_1b_2G || 24 principes ♂ V

mium discrepare. ille enim cum Palaestinam transiret Aegyptum petens, Iudaeorum fetentium et tumultuantium saepe taedio percitus / dolenter dicitur exclamasse: „o Marcomanni, o Quadi, o Sarmatae, / tandem alios uobis inquietiores inueni.“

Per hoc idem tempus rumoribus exciti uariis Aegyptii uenere complures, genus hominum controuersum et assuetudine perplexius litigandi semper laetissimum maximeque auidum multiplicatum reposcere, si compulsori quidquam dederit, ut leuari debito possit, uel certe commodius per dilationem inferre, quae flagitantur, aut criminis uitandi formidine diuites pecuniarum repetundarum interrogare. hi omnes denseti in unum principem ipsum et praefectos praetorio gracularum more strepentes interpellabant incondite modo non ante septuagensimum annum extorquentes, quae dedisse se iure uel secus plurimis affirmabant. cumque nihil aliud agi permitterent, edicto proposito uniuersos iussit transire Calchedona pollicitus, quod ipse quoque protinus ueniet cuncta eorum negotia finiturus. quibus transgressis mandatum est nauigiorum magistris ultro citroque discurrentium, ne qui transfretare auderet Aegyptium, hocque obseruato cura perpensiore euanuit pertinax calumniandi propositum et omnes spe praesumpta frustrati redierunt ad lares. unde uelut aequitate ipsa dictante lex est promulgata, qua cauetur nullum interpellari suffragatorem super his, quae eum recte constiterit accepisse.

1 illi VE ille E*m2BAG* || 2 foetentium Iudaeorum *tr. SBAG* | fe[t]entium (*fu.* c *?*) V petentium V*m2* (*?*) E foetentium *SBAG* | saepa[e te]dio V || 3 marcomanni VE*B* (-mani) o M. *AG* | os armatae ♂V || 4 inetiores V ineptiores E inertiores *SB* deteriores *A* inquietiores *G def. Corn. Sey.* incertiores *Horkel Kießl.* meliores *Her.* (*cf. 22, 7, 8*) nequiores *Löfst.* || 5 aegypti V Aegyptii E*BAG* | uenire ♂V || 9 dilectionem interraeque V d. inter ea que E dilationem interea dum *BA* d. inferre, quae *G* || 10 uitanti V *corr. m3* | reputanda VE repetundarum *BAG* | hic V hi *G* || 11 densi (*lac. 10 litt.*) unum V (i *add. m2*) E*A* dein ipsum unum *B* densati in unum *G* denseti *Kießl.* densi coactique *Brakman* | ipsum *om. BAG* | eragu larum V e. lorum V*m3* craculorum E gracculorum *BA* graculorum b_2G gracularum *Her.* || 12 morestre (tre *del. m3?*) V more E*SBAG* || 13 septuagensinum V *corr. m3* | quededisses et (s *ult. del. m3*) V quededissent ex E quae dedisses, et *SB* quae dedisset, et *A* quae dedisse se *G* || 15 uniersos ♂V | chalcidona V Chalcedona Eb_2G Calcedona *SBA* | ipsi V ipse *G* || 16 uenirent *BA* ueniret *G* | cum et V tum et E*BA Btl. def. Pet. om. G* cuncta *Val.* | futurus V affuturus E futuros *S* facturos *BA* finiturus *G* || 17 disrentium ♂V || 18 Nequid V nequis E*BAG* nequi *Cl.* | tranfetare ♂V || 19 propensiore *SBAG* inpensiore *Her.* || 20 ad] in *SBG* || 21 quo V *corr. m3* | interpellatur V *corr. m3* | suffrag[at]orem (at *m3*) V || 22 qua[e e]um V

7 Allapso itaque kalendarum Ianuariarum die cum Mamertini et Neuittae nomina suscepissent paginae consulares, humilior princeps uisus est in officio pedibus gradiendo cum honoratis, quod laudabant
2 alii, quidam ut affectatum et uile carpebant. dein Mamertino ludos edente circenses manu mittendis ex more inductis per admissionum proximum ipse lege agi ocius dixerat ut solebat, statimque admonitus / iurisdictionem eo die ad alterum pertinere ut errato obnoxium decem libris auri semet ipse multauit.

3 Frequentabat inter haec curiam agendo diuersa, quae diuisiones multiplices ingerebant. et cum die quodam ei causas ibi spectanti / uenisse nuntiatus esset ex Asia philosophus Maximus, exsiluit indecore et, qui esset, oblitus effuso cursu a uestibulo longe progressus / exosculatum susceptumque reuerenter secum induxit per ostentationem intempestiuam, nimius captator inanis gloriae uisus praeclarique
4 illius dicti immemor Tulliani, quo tales notando ita relatum: „ipsi illi philosophi etiam in his libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum scribunt, ut in eo ipso, quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se ac se nominari uelint."

5 Haud multo deinceps duo agentes in rebus ex his, qui proiecti sunt, eum adiere fidentius promittentes latebras monstrare Florentii, si eis gradus militiae redderetur. quos incessens delatoresque appellans / addebat non esse imperatorium obliquis flecti indiciis ad retrahendum hominem mortis metu absconditum, qui forte non diu latitare citra spem ueniae permitteretur.

1 Ianuarium E*BAG* | mamertino V*BA* mamertinus E*m2* Mamertini *G* || 2 neuitae V Neuittae E*G* Neuitta E*m2 A* Neuita *B* | consularis VE consulares *SAG* consulari *B* || 3 es V est E*SBAG* || 5 muro VE mole *B* more *AG* | inductus V inductis E*BAG* || 6 ductus V *om. G* ocius *Nov.* de inductis edixerat *Thörnell prob. Miller* || 7 terrato V errato E*G* iterato *BA* | obnoxiam *BAG* || 7. 8 decem bris aurorem et ipse mutauit V Decembris ex (et *m2*) auro rem ipsemutauit E D. auroram et i. m. *SBAG* decem libris auri semet ipse multauit *Hadr. Val.* || 9 frequentabant V frequentabat *Val.* (T*m1*) | curium V̄ curiam E*BAG* | agere *SBA* | diuerso diuersaque VE d. diuersasque *SBA* diuersi d. b_2*G* diuersa quae *Val.* (N*m2*) | occasiones *G* || 11 Maximius (us (*?*) *add. sup. lin. m3*) V Maximus E*SBAG* | et siluit V exiluit E exiliuit *BAG* || 13 secum induxit *om.* E | prostentationem V per obsecutationem E per ostentationem *BAG* || 15 quod *A Madv.* q. est *Momms.* | relatum V *def. Blomgren* relatum est *G Madv.* | ips[i] (i *m3*) V || 16 [commendanda] (*m3*) V contemnenda E*SBAG* || 17 scribuntur in V scribunt in E sc., ut in *SBG* inscribunt. ut in *A* | quod *SBG* | praedictionem ♂ V || 18 dispiciunt V *corr. m3* || 19 ait V At non E At *BA* Haud *G* | inceps V post E deinceps *BAG* || 20 diere ♂ V | uedentius V uehementius E*BA* fidentius *G* | florentiis V Florentii E*SBAG* | eius V*B* eis E*AG* || 21 inceses ♂ V | dilatoresque V delatoresque E*BAG* || 24 uineae V ueneae V*m3* uitae E*SBA* ueniae *G*

Aderat his omnibus Praetextatus, praeclarae indolis grauitatisque priscae senator, ex negotio proprio forte repertus apud Constantinopolim, quem arbitrio suo Achaiae proconsulari praefecerat potestate. 6

Nec tamen cum corrigendis ciuilibus ita diligenter instaret, omisit castrensia rectores militibus diu exploratos apponens, urbes quin etiam per Thracias omnes cum munimentis reparans extimis curansque sollicite, ne arma uel indumenta aut stipendium uel alimenta deessent his, quos per supercilia Histri dispersos excursibusque barbarorum oppositos agere uigilanter audiebat et fortiter. quae cum 7 8

ita diuideret nihil segnius agi permittens, suadentibus proximis, ut aggrederetur propinquos Gothos saepe fallaces et perfidos, hostes quaerere se meliores aiebat; illis enim sufficere mercatores Galatas, per quos ubique sine condicionis discrimine uenundantur.

Haec eum curantem et talia commendabat externis nationibus fama ut fortitudine, sobrietate, militaris rei scientia uirtutumque omnium incrementis excelsum paulatimque progrediens ambitum oppleuerat mundi. proinde timore eius aduentus per finitimos lon- 9 10

geque distantes latius explicato legationes undique solito ocius concurrebant hinc Transtigritanis pacem obsecrantibus et Armeniis, / inde nationibus Indicis certatim cum donis optimates mittentibus ante tempus ab usque Diuis et Serendiuis, ab australi plaga ad famulandum rei Romanae semet offerentibus Mauris, ab aquilone et regionibus solis, per quas in mare Phasis accipitur, Bosporanis aliis-

1 praedextatus ♂V || 2 [periscae] (*fu.* prae-) V priscae E*SBAG* | aput V *corr. m3* || 3 quaem V quem E*G* quem in *S* quasi in *B* qui in *A* | achiae V Achaiae E*SBAG* | praeferat V praefecerat E*G* *om. SB* praefuerat *A* | potes[tat]e (tat *m3*) V || 6 commonimentis VE cum monimentis *BA* cum munimentis *G* | repparans V || 7 in[d]umenta (d *m3*) V | aut] ut V aut E uel *BAG* || 8 de[e]sent (e *m3*) V | per *add.* E*m2AG* | cursibusque ♂V || 9 augebat V*B* agebat E angebat *A* audiebat *G* auebat *Momms.* uolebat *Nov.* | fortiter VE ferocior *SBA* et fortiter *G* *def. Nov. Blomgren* fortiterque *Momms. Brakman* || 10 signius V *corr. m3* || 11 propinquo VE propinquos *BAG* e propinquo *Cl. in app.* | Gothos b_1b_2G | saep[e]* (e *m3*) V || 12 fuficeret V sufficere E*A* sufficeret *SB* fufficere b_2G | mer[c]atores (c *ex* g *m3*) V || 13 conditionis V || 14 c[u]rantem V | [talia] (*m3*) V || 15 rei militaris *tr. BAG* || 17 fitimos ♂V || 18 solito eius V s. magis V*m3*E solicite ad eum *BAG* solicitius *Val. in adn.* (N*m2* D*m2*) *Btl.* solito ocius *Hadr. Val.* || 19 tran[sti]gritanis (sti *m3*; r *alt. add. m2*) V || 21 tempus[que****] (*fu.* abusque; que *m3*) V tempusquae que (que *del. m2*) E tempus abusque *SG* t. adusque *BA* | diuiset serendiuis V *lac. 11 litt.* E diuisisset serendi ius *SBA* Indis et Serindis *G* | ut V ad *G* || 22 semet semet (semet *alt. del. m3*) V || 23 fasis V Phasis E*BAG* | bosporianis V bosforanis E*B* Bosforianis *S* Bosphoranis *AG* | aliique V *corr. m3*

que antehac ignotis legationes uehentibus supplices, ut annua complentes sollemnia intra terrarum genitalium terminos otiose uiuere sinerentur.

8 Appositum est, ut existimo, tempus ad has partes nos occasione magni principis deuolutos super Thraciarum extimis situque Pontici sinus uisa uel lecta quaedam perspicua fide monstrare.

2 Athos in Macedonia mons ille praecelsus nauibus quondam Medicis peruius et Caphereus Euboicus scopulus, ubi Nauplius, Palamedis pater, classem collisit Argiuam, licet longo spatio controuersi a Thessalo mari distingunt Aegaeum, quod paulatim fusius adolescens, / dextra, qua late protenditur, per Sporadas est insulosum atque Cycladas, ideo sic appellatas, quod omnes ambiunt Delon partu deorum insignem, laeua Imbrum et Tenedum circumluens et Lemnum et

3 Thasum, quando perflatur Lesbo illiditur uiolentius. unde gurgitibus refluis Apollinis Sminthei templum et Troada perstringit et Ilium heroicis casibus claram efficitque Melana sinum oppositum Zephyro, / cuius apud principium Abdera uisitur, Protagorae domicilium et Democriti, cruentaeque Diomedis Thracii sedes et conualles, per quas Hebrus sibi miscetur, et Maronea et Aenus, qua diris auspiciis coepta moxque relicta ad Ausoniam ueterem ductu numinum properauit Aeneas.

4 Hinc gracilescens paulatim et uelut naturali quodam commercio ruens in Pontum eiusque partem † ad se uncens in speciem Φ litterae

1 legationibus V*m3* | uehementibus *SBA* | supplicis V supplices E*m2G* suppliciis *SBA* || 5 deuolutus V deuolutos E*BAG* || 6 uisa *add.* V*m2 sup. lin.* | tecta VE*B* lecta *AG* || 7 adhos V Athos E*BAG* | prece[l]sus (l *m3*) V || 8 cafereus V Caphareus E*SBAG* | palamediis V Palamedis E*BAG* || 9 consilit V conlisit E *Val.* (W*m2*) concidit *BAG* || 9. 10 contro uersaria thessamalitis tinguntV controuersaria thessalicis contingunt E c. Thessamalitis cingitur *S* controuersam T. c. *BA* controuersi a Thessalo mari distingunt *G* || 11 [d]extra (d *m3*) V | insolosum V || 12 parte VE partu E*m2 Val.* patriam *BAG* || 13 leuami Imbrum ettaene dum (mi *del.*, Im *add. m2*) V leua Imbrum et tenedum (uel andrum *add. in marg. m2*) E L. Embrum et T. *SB* laeua Imbrum et T. *AG* | lennum V Lemnum E*SBAG* || 14 thrasum (r *add. sup. lin. m2*) V tarsum E Taxum *SBA* Thasum *G* | quanto V*BA* quando E*G* | perflatur per (per *pr. add. sup. lin.*, per *alt. del. m2*) V || 15 fluis VE suis *add.* E*m3 in marg.* fluminis *BA* refluis *G* | throada V Troada E*BAG* || 16 herocis ♂ V | clarum *SBG* | m[e]lana (e *m3*) V | zephyri VE Zephyro *BAG* || 17 [ab]dera (ab *m3*) V | [ui]situr (ui *m3*) V || 19 matronae aeatenus (e *alt. ex* c *m2*; a *tert. del. et* a *ult. inter* e *et* t *superscr. m3*) V matronae aeatenus E macrone etenus *S* M. tenus *B* Maronea, et Aenos *A* M. ac Aenus *G* || 20 at V *corr. m3* || 21 graciliscens *SBG* || 22 adseuncens V ad se iungens E*G* adfiguratam *B* assumens *A* adsciscens *Val. in adn. Btl.* ad se uniens *Gron. in adn.* Asiae iungens *Eyss.* adstringens *Löfst.* || 22–p. 261, 1 litterae caeliterrae V l. caeliterre (caeliterre *del. m2*) E literae caeli et terrae *BA* Graecae literae *G* litterae Graecae *Eyss.*

Graecae formatur exin Hellespontum a Rhodopa scindens, Cynossema, ubi sepulta creditur Hecuba, et Coelan praeterlabitur et Seston et Callipolin. contra per Achillis Aiacisque sepulchra Dardanum contingit et Abydon, unde iunctis pontibus Xerxes maria pedibus peragrauit, dein Lampsacum, Themistocli dono datam a rege Persarum, et Parion, quam condidit Iasionis filius Parius. unde semiorbe turgescens altrinsecus lataque aperiens terrarum diuortia circumfluis spatiis Propontidos respergit ex eoo latere Cyzicum et Dindyma, religiosa Matris Magnae delubra, et Apameam Ciumque, ubi Hylam ... et Astacum secuto tempore Nicomediam a rege cognominatam, qua in occasum procedit, Cherronesum pulsat et Aegospotamos, in quo loco lapides casuros ex caelo praedixit Anaxagoras, et Lysimachiam et ciuitatem, quam Hercules conditam Perinthi comitis sui memoriae dedicauit. et ut effecte pleneque Φ litterae figura seruetur, in medi- 6
tullio ipso rotunditatis Proconesus insula est oblonga et Besbicus.

Post cuius summitatem in angustias rursus extenuatum Europam 7
et Bithyniam intercurrens per Calchedona et Chrysopolim et stationes transit obscuras. nam supercilia eius sinistra Athyras portus despec- 8
tat et Selymbria et Constantinopolis, uetus Byzantium, Atticorum colonia, et promunturium Ceras praelucentem nauibus uehens constructam celsius turrim, quapropter Ceratas appellatur uentus inde suetus oriri praegelidus.

1 et in V exin *Val.* | hellispontu marodo pascindens V hellespontum arodopa scindens E Hellesponto a Rhodo ascendens *B* H. Marodopa scindens *A* H. à Rhodopa s. *G* || 1.2 Cynossem aubis V c. ubi V*m3*E Cynossema, ubi *BAG* || 2 [ec]cuba (ec *m3*) V Echuba E*S* Hecuba *BAG* | et[1] *add.* V*m2* || 3 acchillis (c *alt. add. sup. lin. m3*) V || 4 abidum *ex* aboedum (*m2*) V Abydon E*BAG* | xersis V Xerses E Xerxis *S* Xerxes *BAG* || 5 lapsa cum V Lampsacum E*BAG* || 6 [ia]sonis (ia *m3*) V Iasonis E*SAG* Iasionis *B* | paris VE*BG* Parius *A Lind.* | curcescens *ex* curgescens (*m2*) V curuescens V*m3*E turgescens *SBAG* || 7 circumfluit V*m3*E || 8 eo V eoo *Val.* || 9 Apamiam V | chiumque V*m3*E cinumque *SB* || 9.10 ubi hylam secuto VE ubi Hilam s. *SBA* ubi Hylam *om.*, et Astacum *add. G lac. post* Hylam *indic. Pithoeus Hadr. Val.* (N) Hyla *Gron. in adn.* et Olbiam *add. Gron. in adn. Pet.* || 11 ego spotamus V quos potamus V*m3*E Egos p. *B* Aegos potamos *A* A. potamus *G* || 13 et *del.* V*m3 om.* E | hircules V *corr. m3* | perithoi E Perinthum *BAG* || 14 effectae plenaeque E*BG* || 15 ipsorum unditatis V ipso rotunditatis E*m2G* ipsorum undicatis *SBA* | besbum cus V besbunchus E Belbinicus *BA* Besbicus *G* || 17 bithiniam V | chalcidona V Chalcedona Eb_2*G* Calcedona *SBA* | et *ante* Chrysopolim *om. BG* || 18 trans V *corr. m3* trans *SB* | athira sportus V Athyras portus E*AG* Carbiletis p. *B* || 19 selmuria V selinbria V*m3*E Selymbria *SBAG* | uetus *ex* uentus V || 20 coostructam *G* || 21 elatas VE (Chaeras *in marg.*) Pharos *BAG* Ceratos *Salm.* Ceratas *Hadr. Val.* | uetus V*BA* uentus E *Hadr. Val.* et uetus *G* || 22 suetus oripi V s. oriri E *Hadr. Val.* fontes Euripis *B* fons E. *A* f. Euripus b_2*G*

9 Hoc modo fractum et participatione maris utriusque finitum iamque mitescens in aequoream panditur faciem, quantum potest cadere
10 sub aspectum late diffusum et longe. omnis autem eius uelut insularis circuitus litorea nauigatio uiginti tribus dimensa milibus stadiorum, / ut Eratosthenes affirmat et Hecataeus et Ptolemaeus aliique huius- 5
modi cognitionum minutissimi scitatores, in speciem Scythici arcus /
11 neruo coagmentati geographiae totius assensione firmatur. et qua sol oceano exsurgit eoo, paludibus clauditur Maeotidos; qua declinat in uesperum, Romanis prouinciis terminatur; unde suspicit sidus arctoum, homines alit linguis et moribus dispares; latus eius austri- 10
12 num molli deuexitate subductum. per haec amplissima spatia oppida sunt dispersa Graecorum, quae cuncta aetatibus uariis praeter pauca Atheniensium coloni condidere Milesii inter Ionas alios in Asia per Nileum multo ante locati, Codri illius filium, qui se pro patria bello
13 fertur Dorico deuouisse. extremitates autem arcus utrimque tenues 15 duo exprimunt Bospori e regione sibi oppositi, Thracius et Cimmericus, hac causa Bospori uocitati, quod per eos quondam Inachi filia mutata, ut poetae locuntur, in bouem ad mare Ionium permeauit.
14 Dextram igitur inflexionem Bospori Thracii excipit Bithyniae latus,/ quam ueteres dixere Mygdoniam, in qua Thynia et Mariandena sunt 20

1 expraticipartione (r *ambo add. m2*) **V** exparticipatione **E** *A* ex participatione *SB* et p. *G* | finitus **V** finitum *G* || 3 aspectum (m *del. m2*) **V** aspectum **E** *SB AG* | omnes **V** omnis **E** *m2 BAG* || 4 nauigotio ♂ **V** || 5 ptholomeus **VE** *B* Ptolemaeus *AG* || 6 cognicionum **V** *corr. m3* | munitissimi **V** *A* minutissimi **E** *Val.* (**W** *m2*) scientissimi *BG* | in *add. G* in *uel* ad *add. Brakman* || 7 coagmentoti **V** coagmenti **E** coaugmentati *SBA* coagmentati *G* | geographyae **V** | firmatur **VE** *A* firmatus *S* formatus *B* formatur *G* | quia **VE** *B* quà *AG* || 8 meotidos (s *add. m2*) **V** | declinati **V** *corr. m3* declinanti *S* declinante *BA* || 9 uesper ultromanis (l *del.*, nis *ex* nus *m2*) **V** u. romanis **E** uespera, ultromanus *BA* in uesperum, Romanis *G* || 10 hominis **V** *corr. m3* | aliter ♂ **V** alie *S* alii *BA* || 11 deuexitatae (de *ex* te *m2*; con *sup.* de, *tum del. m3*) **V** deuexitate **E** *A* uexitate *BG* || 13 condide ♂ **V** | milesi **V** Milesii **E** *SBAG* || 14 locate **V** locatae **E** *BA* locati *G* || 15 utrumque **V** utrinque **E** *SBAG* extremitatis autem arcus utrumque tenus *Pighi* || 16 bospropriae *ex* bosproriae **V** bosfori **E** os proprie *S* ora propriae *B* Bosphori è *A* Bospori e *G* | Cymerius *B* Cimmerius *A* || 17 uocati *SBG* || 18.19 imbus quem admaxionem (adma *del.*, ad mare ionium permeauit dextrum igitur infle** *add. in marg. m2*) **V** i. q. axionem (ad mare — infle- *om.*) **E** inbusque ad mare Ionium permeauit dextrum igitur ad maxionem *S* in bouem ad m. I. p. d. i. ad Maeotim *BG* i. b. ad m. I. p. d. i. ad inflexionem *A* dextram *Val.* || 19 Bosphori **E** *SBAG* | excepit **VE** *BG* excipit *A* | Bithynia *G* | lacus *SB* litus *Btl. Gdt. prob. Pet.* || 20 dixeres **V** dixere **E** *BAG* | thyniam **V** Thynia **E** *BAG* | martam dena **V** marthandena **E** Mesembria *BA* Mariandena *G*

regiones, et Amyci saeuitia Bebryces exempti uirtute Pollucis remotaque statio, in qua uolitantes minaciter harpyias Phineus uates horrebat; per quae litora in sinus oblongos curuata Sangarius et Phyllis et Lycus et Rheba fluuii funduntur in maria, quibus controuersae cyaneae sunt Symplegades, gemini scopuli in uertices undique porrecti deruptos, assueti priscis saeculis obuiam sibi cum horrendo fragore collisis molibus ferri cedentesque retrorsus acri assultu ad ea reuerti, quae pulsarant. per has saxorum dehiscentium concursantiumque crebritates, si etiam ales interuolasset, nulla celeritate pinnarum eripi poterat, quin interiret oppressa. hi scopuli, cum eos Argo prima omnium nauis Colchos ad direptionem aurei properans uelleris / praeterisset innoxia, immobiles turbine circumfracto stetere concorporati, ut eos aliquando fuisse diremptos nulli nunc conspicantium credant, nisi super hoc congruerunt omnes priscorum carminum cantus.

Post Bithyniae partem prouinciae Pontus et Paphlagonia protenduntur, in quibus Heraclea et Sinope et Polemonion et Amisos amplae sunt ciuitates et Tios et Amastris, omnes ab auspicio diligentia fundatae Graecorum, et Cerasus, unde aduexit huiusmodi poma Lucullus, insulaeque duae, Trapezunta et Pityunta continentes oppida non obscura. ultra haec loca Acherusium specus est, quod accolae *Μυχο-*

1 amycis aebitia baebrycis **V** amicis seuitia bebricis **E** Amyci Bebrycia Bebrycis *BA* Amyci saeuitia Bebryces *G* || 2 quaestatia **V** que statia **E** que Thracia *BA* (quae) -que statio *G* | arpyas **VE***B* harpyias *AG* || 3. 4 curuatas (tas *ex* tes *m2*) angarius et fullis et bycus et reba **V** curua Sangarius et f. et bicus et rheba **E** curuatus angarius et sulis et b. et Reba *S* c. sangarius et S. Bizes et Rhaebas *B* c. S., et Psillis, B. et Rhebas *A* curuata S. et Sulis, B. et R. *G* Phyllis *Val.* Lycus *Lind.* || 5 extranea **V** extraneae **E***BAG* cyaneae *Val. in adn.* | geminis (s *del.*) **V** || 6 diruptis *ex* dirubtis (*m2*) **V** diruptis **E***SB* diruptos *AG* deruptos *Her.* | orrendo *ex* urendo (*m2*) **V** || 7 con[lisi]s **V** | cadentesque **V***BG* cedentesque **E***m2A* || 9 crebritatis *ex* crebri (*m2*) **V** crebritates **E***BAG* | ales *ex* iles (*m2*) **V** | pennarum **V***m3***E***A* || 12 inmobilis turbinae circumfractos cetere non corporati **V** immobilis turbine circumfracto stetere non corpora rati **E** immobiles t. c. s. torporati *BA* i. t. c. s. concorporati *G* || 13 ut eo **V** eos **E** ut eos *BAG* | fuisset ♂ **V** || 14 congruerint **E** congruerent *BAG* || 16 prouintiae ♂ **V** | paflagoniam (m *del.*) **V** Paphlagoniam *SB* || 17 heraclaeae *ex* heraclaae (*m2*) **V** Heracleae **E***B* Heraclea *A* Heraclea et *G* | amissos **V** amisos **E** Amysos *BAG* || 18 sunt et (et *del. m2*) **V** sunt et *SB* | auspitio digentiae **V** a. degentiae **E** auspicio diligentiae *B* a. diligentia *AG* auspiciis *Her.* || 20 insulae (*ex* singulae *m2*) quae arduae **V** insulaeque a. **E***SBAG* duae *Btl.* | trepezunt aethpidunta **V** trapezunta a. **E** Traperunta et chpidunta *S* T. et Theodosiam *B* Trapezunta et Theodosia *A* T. et Pityunta *G* | continentis **VE***BA* continentes b_1b_2G || 21 urtra **V** *corr. m3* | haec *ex* enim (*m2*) **V** | YY XOTIONTION **V** YYXOTIONTIONA **E** *lac. 13 litt. S* fumeum *B* *NYXOΠONTION A* *μυχοπόντιον G*

πόντιον appellant, et portus Acone fluuiique Acheron idemque Arcadius et Iris et Thybris et iuxta Parthenius, omnes in mare ictu rapido decurrentes. Thermodon his est proximus ab Armonio defluens monte et Themiscyreos interlabens lucos, ad quos Amazonas quondam migrare necessitas subegerat talis.

18 Attritis damnorum assiduitate finitimis Amazones ueteres, quae eos cruentis populabantur incursibus, altiora spirabant uiresque suas circumspectantes his, quae propinqua saepius appetebant, ualidiores / raptae praecipiti cupiditatis ardore perruptis nationibus plurimis manus Atheniensibus intulerunt acrique concertatione effuse disiectae / 19 omnes nudatis equitatus sui lateribus corruere. harum interitu cognito residuae ut imbelles domi relictae extrema perpessae uicinitatis et repensantis similia funestos impetus declinantes ad pacatiorem sedem transiere Thermodontis, quarum progenies longe deinde propagata per numerosam subolem manu firmissima ad loca reuerterat genitalia, secuto tempore populis diuersarum originum formidabilis.

20 Haud procul inde attollitur Carambis placide collis contra septemtrionem Helicen exsurgens, cuius e regione est Criumetopon, Taurices promunturium duobus milibus et quingentis stadiis disparatum. / hocque ex loco omnis ora maritima, cuius initium Halys est amnis, / uelut longitudine lineali directa nerui efficit speciem duabus arcus 21 summitatibus complicati. his regionibus Dahae confines sunt, acerrimi omnium bellatores, et Chalybes, per quos erutum et domitum est

1 apellant V | fluuii diuesae cherontidem quae V f. diuis (*ex* diues *m2*) Acherontidemque E f. Coralius Acheron qui *BA* f. diuersi, Acheron idemque *G* fluuiique *Cl.* || 2 Tembrius *BAG* || 3 Thermodoon Eb_2*G* || 4 thermis cyreos V thernus c. E Themiscyrreos *B* Themiscyreos *AG* | interluens *dubit. Cl. c. c. in app.* || 5.6 migrare — amazonas *add.* V*m2 in marg.* || 6 amazonas V*m2* Amazones *G* || 6.7 que eo V*BA* quae eo E quae eos *G* || 8 que VE*G* quae *BA* | saepias V copias E saepius *BAG* || 9 praecipidi ♂V | et *post* ardore *add. G* | perreptis ♂V | plumis ♂V || 10 effusae disieectae V e. disiectaeque E*BA* fusae ac disiectae *G* et *Btl.* || 11 aequitatis V equitatus E*SBAG* | interito V interitu E*SBAG* || 12 ut *om. SBG* | belles V *corr. m3* | perpessa V perpessae E*BAG* || 12.13 uicinitatis et V*BAG def. Blomgren Frassinetti* uicinitatis E et u. *tr.Cl.* || 13 peccatorum V pactorum E pacatorum *BA* pacatiorem *G* || 14 transieret hermodoctis V transiere termodontis E*A* transire Thermodontis *B* transiere Thermodoontis b_2 (transire) *G* | quaram ♂V | progmis ♂V || 15 firmissa V *corr. m3* || 16 pupula ♂V || 17 haut ♂V | placide VE *def. Meurig-D.* placidi *BAG* | septemtr[i]***onem V septrionem *G* s. *del. ut gloss. Wagn.* || 18 elicen *ex* ilicen (*m2*) V Helicen *Hadr. Val.* | crium*[eto]pon (criu *ex* crui) V | tauricae* (e *add. m2*; **fu.* s) V Tauricae E*SBAG* Taurices *Cl.* || 19 promuntoriumV | millebus V *corr. m3* | stadiis* V || 22 conpligati V complicati E*SBAG* || 23 *erutum (*fu.* s) V | domitium *ex* comitum (*m2*) V domitum E*SBAG*

primitus ferrum. post quos terras patentes Byzares obtinent et Sapires et Tibareni et Mossynoeci et Macrones et Philyres, populi nulla nobis assuetudine cogniti. a quibus breui spatio distant uirorum mo- 22
numenta nobilium, in quibus Sthenelus est humatus et Idmon et Tiphys, primus Herculis socius, Amazonico bello letaliter uulneratus, / alter augur Argonautarum, tertius eiusdem nauis cautissimus rector. / praetercursis partibus memoratis Aulion antron est et fluenta Calli- 23
chori ex facto cognominati, quod superatis post triennium Indicis nationibus ad eos tractus Liber reuersus circa huius ripas uirides et opacas orgia pristina reparauit et choros. trieterica huiusmodi sacra quidam existimant appellari. post haec confinia Camaritarum pagi 24
sunt celebres et Phasis fremebundis cursibus Colchos attingit, Aegyptiorum antiquam subolem, ubi inter ciuitates alias Phasis est nomine fluuii dictitata et Dioscurias nunc usque nota, cuius auctores Amphitus et Cercius Spartani traduntur, aurigae Castoris et Pollucis, quibus Heniochorum natio est instituta. paulum ab his secernuntur 25
Achaei, qui bello anteriore quodam apud Troiam consummato, non cum super Helena certaretur, ut auctores prodidere nonnulli, usque in Pontum reflantibus uentis errore delati cunctisque hostilibus stabilem domicilii sedem nusquam repperientes uerticibus montium insedere semper niualium et horrore caeli districti uictum sibi cum periculis rapto parare assuefacti sunt atque eo ultra omnem deinde fero-

1 patientes V patentes E*BAG* | bytares V bitares E*m2* Byzares *BAG* | Tapires *BAG* || 2 tipareni et massino eci etutacrones et filires V t. et massinoeci et utracones et f. E Tihareni et Mossinoeci et Macrones et Phylires *B* Tibareni, et M., et M. et Ph. *A* T., et Mossynoeci et M. et Philyres *G* | nullo V nulla E*BAG* || 3 adissuitudine V assuetudine E*BAG* | monimenta b_2G || 4 in *om. BAG* | sthelenus V Sthenelus *Val.* || 5 tifor V Typhis *BAG* | hirculis V *corr. m3* | sonius *ex* sinius (*m2*) V socius E*BAG* | uello V *corr. m3* || 6 cautis ♂ V || 7 alio nautro VE aliouorsum *BA* Alion antron *G* Aulion *Val.* | est et] est E sunt *BA* || 8 factato ♂ V || 9 natiobus ♂ V | libere uersus ♂ V liber uersus *SB* | spipas ♂ V | uiridis V (ri *add. sup. lin. m2*) E*B* uirides *AG* || 10 repparauit (a *pr. ex* e *m3*) V | tria terica VE trieterica *BAG* || 11 appellari (*lac. 28 litt. in fin. us.*) V *sine lac.* E*BAG lac. restit. Gdt.* | hae (♂) confima V haec confinia E*SBAG* || 12 fremibundis *ex* frumibundis (*m2*) V | cursis colehos V Cursiscoleos E cursibus Colchos *BAG* || 14 dictititata ♂ V | dioscoria VE Dioscurias *BAG* | nata V *corr. m3* || 15 Telchius *BAG* | a *ante* quibus *add. G* || 16 instimata ♂ V || 17 anteteriore (te *alt. del. m2?*) V || 18 elena V | non nullius V nonnulli usque E*m2* nonnulli *BAG* || 19 hostibus V hostilibus *G* || 20 domiciliis idem VE d. sedem *BAG* domicilii s. *Corn.* || 21 uiriumetum sibi V uictum s. E*G* annuum s. uictum *BA* | cum peculis V cum periculis E*G* peculiis *BA* || 22 rapto V*BAG def. Meurig-D.* rapta E raptu *Corn.* | ultro VE ultra *BAG*

ciam saeuierunt. super Cercetis, qui isdem adnexi sunt, nihil memoratu traditur dignum.

26 Quorum post terga Cimmerici agitant incolae Bospori, ubi Milesiae sunt ciuitates harumque uelut mater omnium Panticapaeum, quam perstringit Hypanis fluuius, genuinis intumescens aquis et externis. /

27 itineribus hinc extensis Amazones ad usque Caspium mare porrectae / circumcolunt Tanain, qui inter Caucasias oriens rupes per sinuosos labitur circumflexus Asiamque disterminans ab Europa in stagnis

28 Maeoticis delitescit. huic Ra uicinus est amnis, in cuius superciliis quaedam uegetabilis eiusdem nominis gignitur radix proficiens ad usus multiplices medellarum.

29 Vltra Tanain panduntur in latitudinem Sauromatae, per quos amnes fluunt perpetui, Maraccus et Rhombites et Theophanius et Totordanes. licet alia quoque distans immanibus interuallis Sauromatarum praetenditur natio litori iuncta, quod Coracem suscipiens fluuium / in aequor eiectat Euxinum.

30 Prope palus est Maeotis amplissimi circumgressus, ex cuius uberrimis uenis per Panticapes angustias undarum magnitudo prorumpit in Pontum, cuius in dextro latere insulae sunt Phanagorus et Her-

31 monassa studio constructae Graecorum. circa haec stagna ultima extimaque plures habitant gentes, sermonum institutorumque uarietate dispariles, Ixomatae et Maeotae et Iazyges Roxolanique et Halani et Melanchlaenae et cum Gelonis Agathyrsi, apud quos adamantis est copia lapidis, aliique ultra latentes, quod sunt omnium penitissimi. /

1 hisdem *SB* iisdem *AG* | adnexti ♂V || 2 tradiditur ♂V || 3 posterga V | cimerrici (r *alt. add. sup. lin. m2*)V Cimmerici *AG* Cimmerii *Btl.* | agitant* V | Bosphori *SBAG* || 4 pantica peum (t *ex* c *m2*) V || 5 per ge gythyfanis V pergegitifanis E per Gegithifanus *B* pertingit Panticapus *A* praetexit Hypanis *G* perstringit *Val. in adn.* praecingit *Löfst.* || 6 ad] et ♂V | caspi*um V | porrectas VE porrectae E*m2 BAG* || 7 caucasios V Caucasias E*BAG* | sinu[os]os V || 8 disterminant *ex* disternans (*m2*) V disterminat E disterminans *SBAG* || 9 meoti[cis]V | delidiscit V delitescit E*SBAG* | Rha *BAG* | super ♂V || 12 multitudinem ♂V || 12.13 dames fluut ♂V || 13 rombitis VE Embolus *B* Rhombitus *A* Rhombites *G* | theofanes V Theophanes E*G* Teriodes *B* Theophanius *A* || 14 liet V licet E*G* Lagous et *BA* | manibus ♂V || 15 coracen V*BA* coracem E*G* || 16 aequorae eiectat extremum (e *tert. add. m2*) V equore e. e. E aequor e. e. *SBAG* Euxinum *Btl.* || 17 amplissima V amplissimi *G* || 18 per patares V*BAG* perpetuas E Panticapes *Voss.* || 19 in *add.* E*BAG* | textro ♂V | panagorus VE Phanagorus *BAG* || 20 extimaeque *ex* existimae quae (*m2*) V extimaque E*BAG* || 21 quae ♂V || 22 disperiles V *def. Her.* dispariles V*m3*E*BAG* | ixomate V Ixomatae E Zamareni *B* Iaxamatae *AG* || 22.23 et Iazyges — Melanchlaenae *om. SB* || 22 iazytes V jazices E Iazyges *AG* | roxuolanique VE Roxolanique *AG* | Alani *G* || 23 Melanchlaeni *A* || 24 ladidis ♂V

sed Maeotidos lateri laeuo Cherronesus est propinqua, coloniarum 32
plena Graecarum; unde quieti sunt homines et sedati adhibentes
uomeri curam et prouentibus fructuariis uictitantes.

A quibus per uaria regna diducti itineribus modicis Tauri disso- 33
ciantur, inter quos immani diritate terribiles Arichi et Sinchi et Na-
paei incendente saeuitiam licentia diuturna indidere mari nomen in-
hospitale; et a contrario per cauillationem Pontus Euxinos appella-
tur, ut euethen Graeci dicimus stultum et noctem euphronen et
furias eumenidas. deos enim hostiis litantes humanis et immolantes 34
aduenas Dianae, quae apud eos dicitur Orsiloche, caesorum capita
fani parietibus praefigebant uelut fortium perpetua monumenta faci-
norum.

In hac Taurica insula Leuce sine habitatoribus ullis Achilli est de- 35
dicata. in quam si fuerint quidam forte delati, uisis antiquitatis
uestigiis temploque et donariis eidem heroi consecratis uesperi repe-
tunt naues; aiunt enim non sine discrimine uitae illic quemquam per-
noctare. ibi et aquae sunt et candidae aues nascuntur alcyonibus si-
miles, super quarum origine et Hellespontiacis proeliis tempore disse-
remus. sunt autem quaedam per Tauricam ciuitates, inter quas emi- 36
nent Eupatoria et Dandace et Theodosia et minores aliae nullis hu-
manis hostiis impiatae.

Hactenus arcus apex protendi existimatur. eius nunc residua leniter 37
sinuata subiectaque ursae caelesti ad usque laeuum Bospori Thracii

1 cherenessus V Cheronessus V*m3*E*SBG* Cheronesus *A* | coloniorum ♂V || 2 graecaram ♂V || 3 probuentibus ♂V || 4 deducti V diducti *G* || 5 arinchi VE*AG* Erinthi *SB* Arichi *Wagn. Kell.* || 6 incendente seuitiam *ex* intende-naeuitiam (*m2*) V intendentes seuitiam E intendente s. *SBAG* | inhospitali *BG* || 7 Euxinus *SBAG* || 8 graece b_2*G* | eufronen V || 9 deos V*BA def. Pet.* deis E*m2* diis *G* | hostis V *corr. m3* | litantes propitiantes (p. *superscr. m3 ?*) V litantes E*BAG* || 11 pariantibus V *corr. m3* | praefigebat ♂V | fatinorum (n *add. sup. lin. m2*) V fc̄orum E Fanorum *SB* facinorum *AG* || 13 has V hac E*S BAG* | insulae VE insula *BAG* || 14 iussis V uisis E*BAG* || 15 eroi V *corr. m3* || 17 et aqua V *corr. m3* et grauiae *Lind.* et aquilae *Val.* (N*m2*) gauiae *Corn.* | altionibus *ex* altyonibus (*m2*) V Alcyonibus E*SB* halcyonibus *AG* | simi-les *ex* missimiles V || 18 quaram ♂V | illespontiacis V Hellespontiacis E*SBAG* hellespontiaci E*m2 Gdt.* | prelii E*m2 Gdt.* | disseremus V *def. Harmon* disserebamus *Gdt. prob. Thompson* || 19 enim net (n *alt. del. m2*) V et E est *B* eminet *AG* eminent *Cl.* || 20 theodosio *ex* theodesio (*m2*) V Theodosia E*BAG* || 21 hostias inpiaté V hostiis impiatae E*SBAG* || 22 haertenus ♂V || 23 ursae secaelestis (se *del. m2*) V u. caelesti E*BAG* | ad *ex* et (*m2*) V || 23–p. 268, 1 recunbas (c *ex* u *m3*) poritraculatus V rectum bosfori tracii latus E Caspias portas, articu-latus *BA* laeuum Bosphori Thracii latus *G* Bospori *Hadr. Val.*

latus, ut ordo postulat, exsequemur id admonentes, quod, cum arcus omnium gentium flexis curuantur hastilibus, Scythici soli uel Parthici/ circumductis utrimque introrsus pandis et patulis cornibus effigiem lunae decrescentis ostendunt medietatem recta et rotunda regula diuidente.

38 Ergo in ipso huius compagis exordio, ubi Riphaei deficiunt montes,/ habitant Aremphaei, iusti homines placiditateque cogniti, quos amnes Chronus et Bisula praeterfluunt, iuxtaque Massagetae Halani et Sargetae aliique plures obscuri, quorum nec uocabula nobis sunt nota
39 nec mores. interiectu deinde non mediocri Carcinites panditur si-
nus eiusdemque nominis fluuius et religiosus per eas terras Triuiae
40 lucus. dein Borysthenes a montibus oriens Neruiorum primigeniis fontibus copiosus concursuque multorum amnium adolescens mari praeruptis undarum uerticibus intimatur, cuius in marginibus nemorosis Borysthenes est ciuitas et Cephalonesus et arae Alexandro Magno
41 Caesarique Augusto sacratae. longo exinde interuallo paene est insula,/ quam incolunt Sindi ignobiles post eriles in Asia casus coniugiis potiti dominorum et rebus, quibus subiectum gracile litus Achilleos uocant indigenae dromon exercitiis ducis quondam Thessali memorabilem. / eique proxima est ciuitas Tyros, colonia Phoenicum, quam praestringit fluuius Tyras.

42 In medio autem spatio arcus, quod prolixae rotunditatis esse praediximus quodque expedito uiatori diebus conficitur quindecim, Europaei sunt Halani et Costobocae gentesque Scytharum innumerae, / quae porriguntur ad usque terras sine cognito fine distentas. quarum pars exigua frugibus alitur, residuae omnes palantes per solitudines uastas nec stiuam aliquando nec sementem expertas, sed squalentes et pruinosas ferarum taetro ritu uescuntur eisque caritates et habi-

1 hordo ♂V || 2 curuentur *AG* || 3 utrorsus ♂V | pedis *ex* paudis (*m2*) V pandis E*G* pedibus *BA* || 4 decriscentis *ex* decrescentis (*m2*) V | rotundo V rotudo E rotunda *SBAG* || 6 rifei V Riphaei E*BAG* Rhipaei *Btl.* | omnes V montes *G* || 7 armefi VE Arimaspi *BAG* Arimphaei *Val. in adn.* | placiditatemquae (m *del. m2*) V | omnes V amnes *G* || 8 chronius VE*AG* Chonius *SB* Chronus *Val. in adn.* | bissula E Vistula *Val. in adn.* Visula *Hadr. Val. in adn.* | iuxtaquem ♂V | Alani b_2G | Sarmatae *BAG* || 9 [no]ta V || 10 carcinetes ♂V | pauditur ♂V || 12 Neurorum *BAG* || 13 fontibu ♂V || 14 in *add.* V*m2 om.* E || 15 boryst thenes V boristenes E Borysthenes *SBAG* | aetarae V aetatae E*B* et arae *AG* || 16 paene] Peuce *A* || 17 posterilesiasia V posteri lesiasi E post Herdes in Asia *B* p. heriles in A. *AG* | coniungii V coniugii E coniugiis *BAG* || 18 ahillios V Achillios E*A* Achileos *B* Achilleos b_2G || 19 indignae ♂V || 20 colonio V colonia E*BAG* || 24 Alani b_2G || 25 usquae ♂V | cognita V cognito E*SBAG* || 26 aliter V alitur E*BAG* | pallantes V || 27 struam ♂V || 28 ruinonas V ruinosas E pruinosas *BAG*

tacula uilesque supellectiles plaustris impositae sunt corticibus tectis / et, cum placuerit, sine obstaculo migrant eodem carpenta, quo libuerit, conuoluentes.

Cum autem ad alium portuosum ambitum fuerit uentum, qui arcus 43
figuram determinat ultimam, Peuce prominet insula, quam circumcolunt Trogodytae et Peuci minoresque aliae gentes, et Histros quondam potentissima ciuitas et Tomi et Apollonia et Anchialos et Odessos,/ aliae praeterea multae, quas litora continent Thraciarum. amnis uero 44
Danubius oriens prope Rauracos montesque confines limitibus Raeticis per latiorem orbem praetentus ac sexaginta nauigabiles paene omnes recipiens fluuios septem ostiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare. quorum primum est Peuce cum insula supra dicta, ut inter- 45
pretata sunt uocabula Graeco sermone, secundum Naracustoma, tertium Calonstoma, quartum Pseudostomon; nam Borionstoma ac deinde Stenostoma longe minora sunt ceteris, septimum caenosum et palustri specie nigrum.

Omnis autem circumfluo ambitu Pontus et nebulosus est et dulcior 46
aequorum ceteris et uadosus, quod et concrescat aer ex umorum spiramine saepe densetus et irruentium undarum magnitudine temperatur et consurgit in breuia dorsuosa limum glebasque aggerente multitudine circumuenientium fluentorum. et constat ab ultimis no- 47
stri finibus maris agminatim ad hunc secessum pariendi gratia petere pisces, ut aquarum suauitate salubrius fetus educant in receptaculis

1 suppellectiles **V** | tectus **V** tectis **E***SBAG* || 4 ad *add.* **V***m2 sup. lin. reiec. Bae.* || 6 Troglodytae *BAG* | Peucini *G* || 7 potissimi **V** potentissima **E***BAG* potissima *Btl.* | appollinia **V** Apollonia **E***BAG* | odyssos **V** Odissos **E***SBG* Odessos *A Lind.* || 8 litera **V** *corr. m3* || 9 montes **V** montesque *Her.* | confines *om. SB* || 10 protentus *SBAG* || 11 omnes *add. Gdt.* | hostiis **VE***B* ostiis *AG* | laetus *B* litus *G* || 12 primum (pri *add. sup. lin. m2*) **V** | peucae (c *add. sup. lin. m2*) **V** | insula supra dicta *sequest. Cl.* cum *deesse putau. Her.* || 13 naracustona **V** Naracustoma **E***m2BAG* || 14 quarum ♂ **V** | pspeudostomon **V** Pseudostomon **E***SBG* Pseudostoma *A* | boriostoma **E** Boreostoma *BA* Boreonstoma *G* || 15 longe minora **V** *prob. Rühl* languidiora *Gdt.* | genus et **V** *g.* est **E***SBA* ingens et *G* i. set *Rühl* segnius *Gdt.* caenosum *Nov.* caenosa *Cl. in app.* || 16 paulus tri **V** palustri **E***m2SBAG* | spetie **V** | pigrum *Rühl Tomaschek reiec. Meurig-D.* || 17 dultior ♂ **V** || 18 aequoribus *BAG* | et *ante* concrescat *om. SBAG* | concrescit *G* | arex *S* latex *BA* || 19 saepae ♂ **V** | tensetus **V** densetus **E** *Vogel* tensus *BA* densatus *G* | multitudine *SBAG* || 20 torsuosa **V** tortuosa **E***BA* dorsuosa *G* | globosque **V** glebasque *Btl. Reines. Wagn. in comm.* glareasque *Corn.* || 21 nostris **V** nostri **E***BAG* || 22 acminatim **V** *corr. m3* || 23 foetum *BG* | inreceptabile *ex* -bilis (*m2*) **V** in receptaculis **E***G* nec intercipiantur. *BA*

cauis, qualia sunt ibi densissima, securi uoracium beluarum; nihil enim in Ponto huiusmodi aliquando est uisum praeter innoxios del-
48 phinas et paruos. quidquid autem eiusdem Pontici sinus aquilone caeditur et pruinis, ita praestringitur gelu, ut nec amnium cursus subteruolui credantur nec per infidum et labile solum gressus hominis possit uel iumenti firmari, quod uitium numquam mare sincerum, / sed permixtum aquis amnicis temptat. prolati aliquantorsum longius quam sperabamus, pergamus ad reliqua.

49 Accesserat aliud ad gaudiorum praesentium cumulum, diu quidem speratum, sed dilationum ambage multiplici tractum. nuntiatum est enim per Agilonem et Iouium postea quaestorem Aquileiae defensores longioris obsidii taedio cognitoque Constanti excessu patefactis portis egressos auctores prodidisse turbarum isdemque uiuis exustis, / ut supra relatum est, omnes concessionem impetrasse delictorum et ueniam.

9 At prosperis Iulianus elatior ultra homines iam spirabat periclis expertus assiduis, quod ei orbem Romanum placide iam regenti uelut mundanam cornucopiam Fortuna gestans propitia cuncta gloriosa deferebat et prospera antegressis uictoriarum titulis haec quoque adiciens, quod, dum teneret imperium solus, nec motibus internis est concitus nec barbarorum quisquam ultra suos exsiluit fines; populi omnes auiditate semper insectari praeterita ut damnosa et noxia in laudes eius studiis miris accendebantur.

2 Omnibus igitur, quae res diuersae poscebant et tempora, perpensa deliberatione dispositis et militibus orationibus crebris stipendioque

1 cauis **V** c. quae **E***G* anicula *BA* cauis, qualia *Her. parataxim def. Blomgren* | densissima *om. BA* | trucissima *post* beluarum *add. BA* || 2 innoxio **V** innoxios **E***BAG* || 3 pauos ♂**V** paucos *SBG* || 4 ruinis **VE** pruinis *BAG* | it ♂ **V** | perstringitur *SBAG* | ammium **V** || 7 aliquanto *A* aliquorsum *G* aliquanto sumus *Her.* || 8 sperebamus *ex* sperabamus (*m2*)**V** sperabamus **E***AG* speramus *SB* | religua ♂**V** || 11 agilonem *ex* abilonem (alil- *?*) **V** | aquileiae *ex* aluileiae **V** || 12 longiores *ex* longioret (*m2*) **V** longioris **E***A* longe *B* longiore *G* | obsidie **V** obsidii **E***AG* obsideri *B* | constantii (i *ult. ex* s) excessu* (*fu.* s) **V** Constantis excessu **E***SB* Constantii e. *AG* Constanti *Harmon c. c.* || 13 egresso *ex* egressus (*m2*)**V** egressos **E***AG* egresso *SB* || 16 sperabat **VE***B* spirabat *AG* | periculis *SBAG* || 17 urbem **V***BG* orbem **V***m3***E***A* | Romanam *SBG* | placita ei iam **VE** p. iam *B* placite iam *A* placide iam *G* | regente **V** regenti *G* || 19 prosspera **V** || 20 quoddam ♂**V** || 21 exiliuit *SBAG* | et populi *G* sed p. *Val.* populique *Haupt asynd. def. Blomgren* || 22 insectandi *AG* || 23 accendebatur **V** incendebantur **E** accendebantur *SBAG* || 24 tempera **V** *corr. m3* || 25 crebriis **V** crebris **E***SBAG* | suspendioque **VE** stipendioque *B AG*

competenti ad expedienda incidentia promptius animatis cunctorum fauore sublimis Antiochiam ire contendens reliquit Constantinopolim incrementis maximis fultam; natus enim illic diligebat eam ut genitalem patriam et colebat. transgressus itaque fretum praetercursa 3
5 Calchedone et Libyssa, ubi sepultus est Hannibal Poenus, Nicomediam uenit, urbem antehac inclutam, ita magnis retro principum amplificatam impensis, ut aedium multitudine priuatarum et publicarum recte noscentibus regio quaedam urbis aestimaretur aeternae. cuius moenia cum uidisset in fauillas miserabiles consedisse, angorem 4
10 animi tacitis fletibus indicans pigriore gradu pergebat ad regiam hoc maxime aerumnis eius illacrimans, quod ordo squalens occurrit et populus nimium quantum antehac florentissimus; et agnoscebat quosdam ibidem ab Eusebio educatus episcopo, quem genere longius contingebat. hic quoque pari modo ad reparanda, quae terrae subuerterat 5
15 tremor, abunde praestitis plurimis per Nicaeam uenit ad Gallograeciae fines, unde dextrorsus itinere declinato Pessinunta conuertit / uisurus uetusta Matris Magnae delubra, a quo oppido bello Punico secundo carmine Cumano monente per Scipionem Nasicam simulacrum translatum est Romam. cuius super aduentu in Italiam pauca cum 6
20 aliis huic materiae congruentibus in actibus Commodi principis digessimus per excessum. quam autem ob rem hoc nomine oppidum sit appellatum, uariant rerum scriptores: quidam enim figmento deae 7 caelitus lapso *ἀπὸ τοῦ πεσεῖν*, quod cadere nos dicimus, urbem asseruere cognominatam. alii memorant Ilum, Trois filium Dardaniae

1 ea *ante* expedienda *add. BAG* | incitenti **V** intenti **E** incitent *SBA* incitanti *G* incidentia *Val. in adn.* | animas *S* animos *BA* || **3** fultum **V** *corr. m3* || **4** praeter culsam (m *add. m3*) **V** pretermissa **E** celsam *B* praeter celsam *A* praetercursa *G* || **5** calcedona **VE** Calcedonam *B* Chalcedona *AG* Chalcedone *Btl.* | lyssam *B* Libyssam *A* | Nicomedia **V** *corr. m3* inde N. *BG* || **6** magis petro **V** magnopere **E** magis retro *S* magnis r. *BAG* || **7** inpenses ♂ **V** | priuaritarum ♂ **V** || **9** fidisset **V** *corr. m3* | angorum **V** *corr. m3* || **10** pigriori *SBAG* || **11** eius *om. SBG* | et *add. Val.* | populi *BAG* || **12** antehoc *ex* atehoc (*m2*) **V** antehac **E** *BAG* || **13** ibiidem **V** ibidem **E** *SBAG* | ducatus **V** educatus **E** *G* ducatos *BA* || **14** hoc ♂ **V** | subuerteret **V** *BG* subuerterat **E** *A* || **15** praestiti **V** praestitit **E** praestito *BA* praestitis *G* | gallogreciae *ex* gallograccitias (*m2*) **V** || **16** res sinunta **V** *corr. m3* || **17** uenusta ♂ **V** | matres **V** *corr. m3* || **18** cum taeno **VE** Cumano **E** *m2BAG* | spitionem **V** *corr. m3* || **18.19** simulacrutans latum **V** *corr. m3* || **19** aduentum **V** *BA* aduentu **E** *G* || **20** hic **V** huic **E** *SBAG* | commodis ♂ **V** | digressimus **VE** digessimus *SBAG* || **21** Qam **V** | ob rem autem *tr. SBAG* || **23** Δ ΠΟ ΤΟΥΠΕCΙΙΝ **V** ΔΠΟ ΤΟΥ ΠΕCΙΝ **E** *πέσειν B ἀπὸ τοῦ πεσεῖν A* (*πέσειν*) *G* || **24** cogniminatam ♂ **V**

regem, bello cum ... sic appellasse; at Theopompus non Ilum id egisse, sed Midam affirmat, Phrygiae quondam potentissimum regem.

8 Venerato igitur numine hostiisque litato et uotis Ancyram rediit / eumque exinde progredientem ulterius multitudo inquietabat, pars uiolenter erepta reddi sibi poscentium, alii querentes consortiis se curialium addictos iniuste, nonnulli sine respectu periculi agentes ad usque rabiem, ut aduersarios suos laesae maiestatis criminibus illi-
9 garent. uerum ille iudicibus Cassiis tristior et Lycurgis causarum momenta aequo iure perpendens suum cuique tribuebat nusquam a uero abductus, acrius in calumniatores exsurgens, quos oderat multorum huiusmodi petulantem saepe dementiam ad usque discrimen exper-
10 tus, dum esset adhuc humilis et priuatus. exemplumque patientiae eius in tali negotio, licet sint alia plurima, id unum sufficiet poni. / inimicum quidam suum, cum quo discordabat asperrime, commisisse in maiestatem turbulentius deferebat imperatoreque dissimulante / eadem diebus continuis replicans interrogatus ad ultimum, qui esset, quem argueret, respondit municipem locupletem. quo audito princeps renidens „quibus indiciis" ait „ad hoc peruenisti?" et ille „pur-
11 pureum sibi" inquit „indumentum ex serico pallio parat", iussusque post haec ut uilis arduae rei uilem incusans abire tacitus et innoxius nihilo minus instabat. quo taedio Iulianus defetigatus ad largitionum comitem uisum propius „iube" inquit „periculoso garrulo pedum tegmina dari purpurea ad aduersarium perferenda, quem, ut datur

1 regem uellocum **V** r. locum *G* r. bello cum plurimi ibi cecidissent inde locum *Günther lac. indic. Cl.* r. bello cum Tantalo de finibus regnorum conflato, quod utrimque plurimi cecidissent, locum *Gärtner* | appellasset **V** appellasse **E***m2BAG* appellasse at *Cl.* a. set *Her.* | itegisse *ex* idigesse (*m2*) **V** tetigisse (ti *del. m2*) **E** tetigisse *BA* id egisse *G* || 2 frygiae **V** || 3 nomine ♂ **V** nomine **E***S* | hostisque ♂ **V** | anticyram **V***m3* **E***BA* | reddit **V***B* redit **E***b*$_2$*G* rediit *A Cl.* || 4 progrediente **V** progredientem **E***BAG* || 5 erupta **VE** erepta *BAG* | poscens *BG* poscentes *dubit. Her.* exposcens *Nov.* | quaerentes **VE***BG* querentes *SA* | se curiarium **V** se curiarum **E***AG* securitatum *B* se curialium *Gron. in adn.* || 6 addictus **V** *corr. m3* adictis *SB* | nonnullis **V***B* nonnulli **E***AG* || 8 illi **VE** ille *BAG* | iudicans *BA* iudicibus *del. Corn.* | cassiis *ex* cassus **V** casu **E***S* casus *BA* Cassiis *G* | tristiore *ex* tristior (*m2*) **V** tristiore **E***SB* tristiores *A* tristior *G* | liguris *S* litigia *BA* || 9 suae *B* sua *b*$_1$*b*$_2$*G* || 11 expertur **V** expertus **E***SBAG* || 13 fufficiet **V** sufficiet **E***A* sufficit *SBG* || 14 commissise **VE** dixisse *BAG* || 16 edem ♂ **V** || 17 Respondens ♂ **V** | munipem ♂ **V** || 19 inquit sibi *tr. SBAG* | inquid ♂ **V** | parati ususque **V** parauit u. est **E** parati usque *S* parat u. *B* p. iussusque *AG* || 20 innoxiis **V** innoxius **E***SBAG* || 21 defatigatus **E***SBAG* || 22 inquid ♂ **V** | perriculoso *ex* perricoloso (*m2*) **V** pediculoso *Reines. Btl. Haupt* perridiculoso *Her.* | garruto **V** garrulo **E** *Btl. Haupt* garrito *S* garritu *BA* garritori *G*

intellegi, clamydem huius coloris memorat sibi consarcinasse, ut sciri possit sine uiribus maximis quid pannuli proficient leues."

Sed ut haec laudanda et bonis moderatoribus aemulanda, ita illud 12
amarum et notabile fuit, quod aegre sub eo a curialibus quisquam
5 appetitus, licet priuilegiis et stipendiorum numero et originis penitus
alienae firmitudine communitus, ius obtinebat aequissimum, adeo
ut plerique territi emercarentur molestias pretiis clandestinis.

Itineribus itaque emensis cum ad Pylas uenisset, qui locus Cappa- 13
docas discernit et Cilicas, osculo susceptum rectorem prouinciae no-
10 mine Celsum iam inde a studiis cognitum Atticis ascitumque in con-
sessum uehiculi Tarsum secum induxit. at hinc uidere properans An- 14
tiochiam, orientis apicem pulchrum, usus itineribus solitis uenit ur-
bique propinquans in speciem alicuius numinis uotis excipitur publi-
cis miratus uoces multitudinis magnae salutare sidus illuxisse eois
15 partibus acclamantis. euenerat autem isdem diebus annuo cursu com- 15
pleto Adonea ritu uetere celebrari, amato Veneris, ut fabulae fin-
gunt, apri dente ferali deleto, quod in adulto flore sectarum est indi-
cium frugum. et uisum est triste, quod amplam urbem principumque
domicilium introeunte imperatore tunc primum ululabiles undique
20 planctus et lugubres sonus audiebantur. hic patientiae eius et lenitu- 16
dinis documentum leue quidem apparuit, sed mirandum. Thalassium
quendam ex proximo libellorum insidiatorem fratris oderat Galli, quo
adorare adesseque officio inter honoratos prohibito aduersarii, cum
quibus litigabat in foro, postridie turba congregata superflua adito
25 imperatore „Thalassius" clamitabant „inimicus pietatis tuae nostra
uiolenter eripuit." et ille hac occasione hominem opprimi posse con- 17

1 clamidem *ex* damydem (*m2*) V || 2 proficiant *BAG* || 4 a *om. BG* || 6 firmitudi*ne (e *ex* i *m2*) V firmitudine E fortitudine *SBAG* | commonitus ♂V | subobtinebat (b *alt. ex* p *m2*) V suboptinebat E obtinebat *SBAG* ius o. *Pet.* || 7 plequae ♂V | aemertarentur V emercarentur E*m2SBAG* | modestias V*A* molestias E*BG* || 7. 8 clandestinis (*lac. 7 litt.*) itineribus itaque V c. Magnis itaque itineribus E c. itineribus itaque *BAG def. Sey.* et magnis *add. Nov.* et immensis *Brakman* (*cf. 15, 2, 9*) || 8 pyla VE Pylas *BAG* || 9 prouintiae V | mine ♂V || 10 agnitum *SBG* | atticis (i *pr. ex* u) V | consensum V *corr. m3* consensum *SB* || 11 arsum V *corr. m3* | ad V at E*BAG* || 13 spetiem ♂V | nominis V *corr. m3* nominis *SB* | publicas *BG* || 15 addamans: V adclamantis E*m2AG* adamans *SB* | hisdem E*SB* iisdem *AG* || 16 Adonia *BAG* | ueteri *SBAG* || 18 quae V que E*A* *om. SBG* || 19 imperator et nunc V imperatore et nunc E*SBA* i. nunc *G* tunc *Cl.* || 20 sunus ♂V soni E sonitus *BAG* | patientia V*BA* patientiae E*G* || 22 fratris ederat *SA* fratri sederat *B* || 23 quae officio *ex* quo afficio (*m2*) V quae *om. SB* officium *BA* || 24 latigebat V litigabat E*SBAG* || 25 clamitabat V clamitabant *G* || 26 [h]occassione V occasione E*SBAG* | conitiens V

iciens ,,agnosco" respondit ,,quem dicitis offendisse me iusta de causa, sed silere uos interim consentaneum est, dum mihi inimico potiori faciat satis". mandauitque assidenti praefecto, ne audiretur eorum negotium, antequam ipse cum Thalassio rediret in gratiam, / quod breui euenit.

10 Ibi hiemans ex sententia nullis interim uoluptatibus parebat aut illecebris, quibus abundant Syriae omnes, uerum per speciem quietis iudicialibus causis intentus non minus quam arduis bellicisque, quibus distrahebatur multiformibus curis, exquisita docilitate deliberans, quibus modis suum cuique tribueret iustisque sententiis et im-
2 probi modicis coercerentur suppliciis et innocentes fortunis defenderentur intactis. et quamquam in disceptando aliquotiens erat intempestiuus, quid quisque iurgantium coleret, tempore alieno interrogans, tamen nulla eius definitio litis a uero dissonans repperitur / nec argui umquam potuit ob religionem uel quodcumque aliud ab
3 aequitatis recto tramite deuiasse. iudicium enim hoc est optandum et rectum, ubi per uaria negotiorum examina iustum † id est et iniustum; a quo ille ne aberraret, tamquam scopulos cauebat abruptos. hoc autem ideo assequi potuit, quod leuitatem agnoscens commotioris ingenii sui praefectis proximisque permittebat, ut fidenter impetus suos aliorsum tendentes, atque decebat, monitu opportuno frenarent;
4 monstrabatque subinde se dolere delictis et gaudere correctione. cumque eum defensores causarum ut conscium rationis perfectae plausibus maximis celebrarent, fertur id dixisse permotus: ,,gaudebam

1 offendissi V offendisse E*SBAG* || 2 causas et V causa et E*SBAG* || 3 faciat** (*fu.* is) V || 6 uoluptatibus VE*B def. Sey.* uoluptatum *AG* uoluptatis *Val.* | pariebatur V patiebatur E potiebatur *SBAG* parebat *Val.* rapiebatur *Hadr. Val.* capiebatur *Btl. Ernest.* parebat aut *Sey.* | inlecebris* V || 7 habundant* V | spetiem ♂ V || 8.9 arduis quam bellicis distrahebatur *G* -que quibus] uicibus *Nov.* -que rebus *Her.* || 9 exquisita* V | liberans VE librans *BAG* deliberans *Corn.* || 11 coercentur V *A* coercerentur E *G* coarcentur *B* | subpliciis (p *ex* b *m2*) V | et innocentes *add. G* et innoxii *Her.* || 11.12 defenderentur *erat intempestiuus (*fu.* a) V intactus — aliquotiens *add. in marg. post* erat V*m2* d. erat intactis E d. e. intactus *SBA* d. intactis *G* (erat *recte pos.*) || 13 locret ♂ V | alienum ♂ V || 14 diffinitio *SBG* || 15 arguunt quam VE*B* argui unquam *AG* || 16 deiuasse V deuiasse E*SBAG* || 17 id est V idem est *Horkel Haupt Kell.* uidere est *Corn.* distinguitur *Nov.* uides *Pet.* diuidit *Momms.* statutum est *Brakman* euidens est *Walter* || 18 n*e (*fu.* a) V || 19 commotioriis V commotioris E*G* commotionis *BA* || 20 ingeniis ut V ingenii ut E ingenii *BA* i. sui *G* || 20—22 quae permittebat quae subinde VE que p. quaeri, subinde *BA* ut fidenter — monstrabat *add. G* || 21 ad quae *G* atque *Kell. Corn. Pet.*

plane praeque me ferebam, si ab his laudarer, quos et uituperare posse aduerterem, si quid factum sit secus aut dictum.“ sufficiet autem pro multis, quae clementer egit in litibus cognoscendis, hoc unum ponere nec abhorrens a proposito nec absurdum. inducta in iudicium femina quaedam, cum palatinum aduersarium suum e numero proiectorum cinctum praeter spem conspexisset, hoc factum insolens tumultuando querebatur et imperator „prosequere“, ait, „mulier, si quid te laesam existimas; hic enim sic cinctus est, ut expeditius per lutum incedat. / parum nocere tuis partibus potest.“

Et aestimabatur per haec et similia, ut ipse dicebat assidue, uetus 6
illa Iustitia, quam offensam uitiis hominum Aratus extollit in caelum, imperante eo reuersa ad terras, ni quaedam suo ageret non legum arbitrio erransque aliquotiens obnubilaret gloriarum multiplices cursus. post multa enim etiam iura quaedam correxit in melius am- 7
bagibus circumcisis indicantia liquide, quid iuberent fieri uel uetarent. illud autem erat inclemens obruendum perenni silentio, quod arcebat docere magistros rhetoricos et grammaticos ritus Christiani cultores.

Isdem diebus notarius ille Gaudentius, quem opponendum per Afri- 11
cam missum supra diximus a Constantio, Iulianus quin etiam ex uicario, earundem partium nimius fautor, retracti sub uinculis morte periere poenali. tunc et Artemius ex duce Aegypti Alexandrinis urgenti- 2
bus atrocium criminum mole supplicio capitali multatus est. post quem Marcelli ex magistro equitum et peditum filius ut iniectans imperio manus publica deletus est morte. Romanus quin etiam et Vincentius Scutariorum scholae primae secundaeque tribuni agitasse conuicti quaedam suis uiribus altiora acti sunt in exsilium.

Cumque tempus interstetisset exiguum, Alexandrini Artemii com- 3
perto interitu, quem uerebantur, ne cum potestate reuersus, id enim minatus est, multos laederet ut offensus, iram in Georgium uerterunt

1 pra emeque me ferebam V pre meque f. E prae me quem efferebam *SB* p. meque e. *A* -que me e. *G* praeque me ferebam *Nov.* | laudarem V laudarer E*S* *BAG* || 2 secus factum sit *tr. SBAG* || 3 huc ♂V | eum V*B* unum *AG* || 5 protectorum *BAG* || 7 quaerebatur V*BA* querebatur b_2G | telam V te iam *BA* te laesam *G* || 8 existimans (n *del. m2*) V | exditius ♂V expeditus *SBA* | latum V*A* lutum *BG* || 10 hac ♂V | ip ♂V || 11 offensa V offensam E*BAG* || 12 re uer sam V reuersa *BAG* || 13 erratisque *SBAG* || 14 cor[rexit in melius] V || 15 qui V quid E*SBAG* || 16 erat *om. BG* | indemens V inclemens *BAG* | perreni V *corr. m3* || 17 retoricos V || 19 Hisdem *SB* Iisdem *AG* | Gaudentius ille notarius *tr. SBAG* | affricam V || 20 suppra V | uicari ♂V || 21 earumdem V | perieri V periere E*SBAG* || 27 conuincti ♂V

episcopum uipereis, ut ita dixerim, morsibus ab eo saepius appetiti. /
4 is in fullonio natus, ut ferebatur, apud Epiphaniam, Ciliciae oppidum,/
auctusque in damna complurium contra utilitatem suam reique communis episcopus Alexandriae est ordinatus, in ciuitate, quae suopte motu et ubi causae non suppetunt seditionibus crebris agitatur et
5 turbulentis, ut oraculorum quoque loquitur fides. his efferatis hominum mentibus Georgius quoque ipse graue accesserat incentiuum apud patulas aures Constantii multos exinde incusans ut eius recalcitrantes imperiis professionisque suae oblitus, quae nihil nisi iustum suadet et
6 lene, ad delatorum ausa feralia desciscebat. et inter cetera dicebatur id quoque maligne docuisse Constantium, quod in urbe praedicta aedificia cuncta solo cohaerentia a conditore Alexandro magnitudine impensarum publicarum exstructa emolumentis aerarii proficere de-
7 bent ex iure. ad haec mala id quoque addiderat, unde paulo post actus est in exitium praeceps. reuersus e comitatu principis cum transiret per speciosum Genii templum multitudine stipatus ex more, / flexis ad aedem ipsam luminibus „quam diu" inquit „sepulchrum hoc stabit?" quo audito uelut fulmine multi perculsi metuentesque, ne illud quoque temptaret euertere, quidquid poterant, in eius perni-
8 ciem clandestinis insidiis concitabant. ecce autem repente perlato laetabili nuntio indicante exstinctum Artemium plebs omnis elata gaudio insperato uocibus horrendis infrendens Georgium petit raptumque diuersis mulcandi generibus proterens et conculcans diuaricatis ... pedibus.
9 Cumque eo Dracontius monetae praepositus et Diodorus quidam / ueluti comes iniectis per crura funibus simul exanimati sunt; ille,

1 morsib[us] V || **1. 2** adpetitus in fullio V*B* appetiti. qui in f. *A* a. Infulio *G* adpetiti is *Günther Pet.* In fullonio *Lind.* || **2** aepifaniam cilitiae V || **3** conplurimum V*B* complurium *AG* || **4** alexandrae V Alexandriae *SBAG* || **6** turbolentis (bo *add. sup. lin. m3*) V turbulentis E*SBAG* || **7** accesserant V accesserat E*BAG* || **8** aures *add.* V*m2 sup. lin.* | incausans V causans *SBA* incusans *G* | recalcitantes (t *pr. add. sup. lin. m2*) V recalcitrantes E*SAG* recalcitrans *B* || **10** et *add.* V*m2 sup. lin.* || **12** m[agn]itudine V || **13** extructae molumentis (u *pr. ex* a, u *alt. ex* li) V extructa emolumentis *BA* e., emolimentis *G* | proficere *add.* V*m2 sup. lin.* || **15** [ei]us V eius *SB* eiectus *A* trusus *G* actus *Kießl.* | ex *SBAG* || **16** spetiosum V | stipatur V stipatus E*BAG* || **17** inquid ♂V || **18** QVO AVDitO (it *add. sup. lin. m2*) V || **18. 19** perculsim metuentesquie (i *ult. del. m2*) V perculsi metuentesque *SB* p. m. ne *AG* || **19** euerteret V euertere E*BAG* | poterat V poterant E*BAG* | cius V cuius V*m3S* eius E*BAG* || **20** insidiis *add. G* | ECCEAVTVM ♂V || **21** pleps V || **23** mulctandi *SBAG* || **23. 24** diuaricatis pedibus V enecat *post* ped. *add. Horkel* conficit *uel* relinquit *ante* ped. *Günther* (conf. *def. Harmon*) interfecit *post* ped. *Nov. lac. indic. Cl. c. c.* distrahit *ante* ped. *add. Češka*

quod aram in moneta, quam regebat, recens locatam euertit, alter, quod, dum aedificandae praeesset ecclesiae, cirros puerorum licentius detondebat, id quoque ad deorum cultum existimans pertinere. quo non contenta multitudo immanis dilaniata cadauera peremptorum camelis imposita uexit ad litus isdemque subdito igne crematis cineres proiecit in mare id metuens, ut clamabat, ne collectis supremis aedes illis exstruerentur ut reliquis, qui deuiare a religione compulsi pertulere cruciabiles poenas ad usque gloriosam mortem intemerata fide progressi et nunc martyres appellantur. poterantque miserandi homines ad crudele supplicium ducti Christianorum adiumento defendi, ni Georgi odio omnes indiscrete flagrabant. hoc comperto imperator ad uindicandum facinus nefandum erectus iamque expetiturus poenas a noxiis ultimas mitigatus est lenientibus proximis missoque edicto acri oratione scelus detestabatur admissum minatus extrema, si deinde temptatum fuerit aliquid, quod iustitia uetet et leges. 11

Inter haec expeditionem parans in Persas, quam dudum animi robore conceperat celso, ad ultionem praeteritorum uehementer elatus est sciens et audiens gentem asperrimam per sexaginta ferme annos inussisse orienti caedum et direptionum monumenta saeuissima ad internecionem exercitibus nostris saepe deletis. urebatur autem bel- 2
landi gemino desiderio, primo, quod impatiens otii lituos somniabat et proelia, dein, quod in aetatis flore primaeuo obiectus efferatarum gentium armis recalentibus etiamtum regum precibus et regalium, / qui uinci magis posse quam supplices manus tendere credebantur, / ornamentis illustrium gloriarum inserere Parthici cognomentum ardebat. 12

Quae maximis molibus festinari cernentes obtrectatores desides et 3
maligni unius corporis permutationem tot ciere turbas intempestiuas /

1 eram ♂ V aream *BA* || 4 caduerunt ♂ V || 5 latus V litus E *Val. in adn.* (N) lacus *SBAG* | hisdemque *SB* iisdemque *AG* | subito *SBAG* || 6 ut *add. G* | clamabat *om. A* || 6.7 suppraemis saedes V supremis, sedes E*SBA* s., aedes *G* || 7 que V qui E*m2BAG* || 8 cruabiles ♂ V || 10 miserendi ♂ V || 11 geo gio dio (odio *coniunxit m2 ?*) V Georgii odio E*SBAG* | flagrassent *BAG* || 13 expe*titurus (*fu.* r) V | linientibus *ex* lenientibus (*m2*) V || 14 minatur V*B* minatus E*AG* || 15 iustitiam V*B* iustitia E*AG* || 17 expeditione V expeditionem E*SBAG* | parsas V Persas E*SBAG* | animis V *corr. m3* || 19 sexanginta V || 20 inusisse V inuxisse E inussisse *BAG* || 21 internitionem V || 22 litu[o]s V || 23 ex V et E*SBAG* | effetarum V efferarum E*SBAG* efferatarum *Eyss.* || 24 armis recalentibus armis V*B* recalentibus armis V*m3*E*A* armis, recentibus *G* a. recalentibus *Val.* || 26 or[na]mentis inllustrium (l *pr. add. m3*) V | gloriaram ♂ V | parthicio ♂ V || 29 mali*gni (*fu.* n) V | permutatione E*AG* permutationum *B* | tot cieri V (i *alt. add. m3*) E*AG* totiens *SB* tot ciere *Cl.*

indignum et perniciosum esse strepebant studium omne in differendo procinctu ponentes. et dictitabant his praesentibus, quos audita referre ad imperatorem posse rebantur, eum, ni sedatius ageret in immodica rerum secundarum prosperitate, uelut luxuriantes ubertate
4 nimia fruges bonis suis protinus occasurum. et haec diu multumque agitantes frustra uirum circumlatrabant immobilem occultis iniuriis,/
5 ut Pygmaei uel Thiodamas agrestis homo Lindius Herculem. ille tamen ut maioris praeter ceteros spiritus nihilo lentius magnitudinem expeditionis secum commentans in praeparandis congruis operam nauabat enixam.

6 Hostiarum tamen sanguine plurimo aras crebritate nimia perfundebat tauros aliquotiens immolando centenos et innumeros uarii pecoris greges auesque candidas terra quaesitas et mari adeo, ut in dies paene singulos milites carnis distentiore sagina uictitantes incultius / potusque auiditate corrupti umeris impositi transeuntium per plateas ex publicis aedibus, ubi uindicandis potius quam cedendis conuiuiis indulgebant, ad sua diuersoria portarentur, Petulantes ante omnes et Celtae, quorum ea tempestate confidentia creuerat ultra
7 modum. augebantur autem caerimoniarum ritus immodice cum impensarum amplitudine antehac inusitata et graui et quisque, cum impraepedite liceret, scientiam uaticinandi professus, iuxta imperitus et docilis, sine fine uel praestitutis ordinibus oraculorum permittebantur scitari responsa et extispicia nonnumquam futura pandentia / oscinumque et auguriorum et ominum fides, si repperiri usquam posset,/
8 affectata uarietate quaerebatur. haecque dum ita procedunt more pacis multorum curiosior Iulianus nouam consilii uiam ingressus est / uenas fatidicas Castalii recludere cogitans fontis, quem obstruxisse Caesar dicitur Hadrianus mole saxorum ingenti ueritus, ne, ut ipse

1 diffendo ♂ (*lac. 2 litt.*) V || 3 sitatius ♂ V | inmodica V in inmodica *Corn.* in modica *Momms.* || 4 sedarum ♂ V | luxoriantes V || 5 nemia *ex* nimia (*m2*) V *corr. m3* | occassurum V || 7 pigmei V | homo lidius V (lid. *ex* adius) E Homolidius *SBA* homo Lydius *G* Lindius *Lind.* | herculei VE cum Hercule *BA* Herculem *G* || 8 coeteros V || 11 nemia *ex* nimia (*m2*) V *corr. m3* | pes fundebat ♂ V || 13 ouesque *BAG* | terraquae situs V terraque s. E terrae s. *B* terra quaesitas *AG* || 14 sigulos ♂ V | carnes VE*B* carnis *AG* | sagita ♂ V || 15 lateas V *corr. m3* || 16 caedendis V edendis E cedendis *SBAG* concedendis *Btl. Wagn. def. Pet. Nov. reiec. Bae.* || 17 sua – ante *add.* V*m2 in marg.* | diuersa oria V*m2* diuersoria E*SBAG* || 18 et *add.* V*m2 sup. lin.* || 21 in praepeditae (p *alt. ex* c *m2*) V | **licerae (*fu.* de) V elicere E licere *SB* liceret *AG* | faticinandi ♂ V || 22 permittebatur *AG* || 24 omnium V*B* omninum E ominum *AG* || 26 multo *Haupt* cultorum *Her.* | nouam *add.* V*m2* || 27 castralii V Castalii E*AG* Castelli *SB* || 28 molis V mole E*BAG*

praecinentibus aquis capessendam rem publicam comperit, etiam alii similia docerentur: ... affatus circumhumata corpora statuit exinde transferri eo ritu, quo Athenienses insulam purgauerant Delon.

Eodem tempore diem undecimum kalendarum Nouembrium am- 13
plissimum Daphnaei Apollinis fanum, quod Epiphanes Antiochus rex ille condidit iracundus et saeuus, et simulacrum in eo Olympiaci Iouis imitamenti aequiperans magnitudinem subita ui flammarum exustum est. quo tam atroci casu repente consumpto ad id usque imperatorem 2
ira prouexit, ut quaestiones agitari iuberet solito acriores et maiorem ecclesiam Antiochiae claudi. suspicabatur enim id Christianos egisse / stimulatos inuidia, quod idem templum inuiti uidebant ambitioso circumdari peristylio. ferebatur autem licet rumore leuissimo hac ex 3
causa conflagrasse delubrum, quod Asclepiades philosophus, cuius in actibus Magnenti meminimus, cum uisendi gratia Iuliani peregre ad id suburbanum uenisset, deae caelestis argenteum breue figmentum, / quocumque ibat secum solitus ferre, ante pedes statuit simulacri sublimis accensisque cereis ex usu concessit, unde medietate noctis emensa, cum nec adesse quisquam potuit nec iuuare, uolitantes scintillae adhaesere materiis uetustissimis ignesque aridis nutrimentis erecti / omne quidquid contingi potuit, licet discretum celsitudine, concremarunt. eo anno sidere etiamtum instante brumali aquarum incessit 4
inopia metuenda, ut et riui cassescerent quidam et fontes antehac aquarum copiosis pulsibus abundantes, sed in integrum postea resti-

1 praecinnentibus V | capassendam V *corr. m3* || 2 aliis V*B* alii E*AG* | docerentur adfatus V d. ac statim *G* d. ad fastus *Pet. lac. indic. Momms. saltem* deumque *explens* || 4 die V diem *Kießl.* || 5 dafnei appollinis V || 6 dedit ♂ V || 6.7 [io]uis semitamentiae qui perans V Iouis semet amenti equiperans E I. imitamenti aequiparans *BAG* Phidiaci eiusque *post* imit. *add. Momms.* imitamentum eiusque aeq. *Damsté*; *coniect. Momms. Damsté reiec. Downey Gärtner* || 8 id adusque *SBG* || 9 iubere V iuberet E*SBAG* || 10 anthiochiae (h *alt. add. sup. lin. m2 ?*) V || 12 circumdari dari (dari *alt. del. m2*) V | haec V hac E*SB AG* || 13 delublum ♂ V || 14 Magnentii E*SA* Maxentii *BG* | memnimus V | eum V cum E*AG* tum *SB* | peregre *om. SBAG* || 15 uenisse V uenisset E*B AG* || 16 efferre VE*A* afferre *SBG* ferre *Cl. c. c. prob. Bae.* | sublimes V sublime *Corn.* sublimis *Pet.* || 17 quae V *corr. m3* | exusuccessit V exussisset E excussisset *SBA* ex usu cessit *G* ex uisu c. *Momms.* abscessit *Nov.* recessit *Her. Harmon* concessit *Löfst.* || 18 uiua re ♂ V || 19 adesere V adhaesere E*SBAG* | ignisque VE*B* ignesque *AG def. Blomgren* || 19.20 erecti omne VE*G def. Blomgren Frassinetti* euecti, omne *BA* erecta (*ex* erecti) *ante* discretum *tr. Her. def. Hagend.* || 20 contigni V contingi E*BAG* | licet discretum V ardua *post* licet *add. G* edita *Corn.* | concremarent ♂ V || 21 Eo* (*fu.* e) V eodem *Her.* | etiam dum V*B* etiamtum E*AG* | aquorum V aquarum E*SBAG* || 22 iri uicasse soerent V aruisse ferrent E riui cessarent *BAG* cassescerent *Haupt*

tuti sunt. et quartum ... Decembres uergente in uesperam die reliqua Nicomedia collapsa est terraemotu itidemque Nicaeae portio non mediocris.

14 Quae tametsi maestitiam sollicito incuterent principi, residua tamen non contemnebat urgentia, dum pugnandi tempus ei ueniret optatum. inter praecipua tamen et seria illud agere superfluum uidebatur, quod nulla probabili ratione suscepta popularitatis amore / uilitati studebat uenalium rerum, quae nonnumquam secus, quam con-
2 uenit, ordinata inopiam gignere solet et famem. et Antiochensi ordine id tunc fieri, cum ille iuberet, non posse aperte monstrante nusquam a proposito declinabat, Galli similis fratris licet incruentus. / quocirca in eos deinceps saeuiens ut obtrectatores et contumaces / uolumen composuit inuectiuum, quod Antiochense uel Misopogonem appellauit, probra ciuitatis infensa mente dinumerans addensque ueritati complura. post quae multa in se facete dicta comperiens coac-
3 tus dissimulare pro tempore ira sufflabatur interna. ridebatur enim ut Cercops homo breuis umeros extentans angustos et barbam prae se ferens hircinam grandiaque incedens tamquam Oti frater et Ephialtis, quorum proceritatem Homerus in immensum tollit, itidemque uictimarius pro sacricola dicebatur ad crebritatem hostiarum alludentibus multis et culpabatur hinc opportune, cum ostentationis gratia uehens licenter pro sacerdotibus sacra stipatusque mulierculis laetabatur. et quamquam his paribusque de causis indignaretur, tacens tamen motumque in animi retinens potestate sollemnia celebrabat.

1 quartum decembres **V** q. decembrium **E** quarto d. *B* q. (*lac. 4 litt.*) d. *A* q. nonas Decembres *G* | inse uesperam **V***B* in u. **E***AG def. C. F. W. M.* se in u. *Eyss.* | liqua ♂**V** || 2 [nicome]diae **V** Nicomediae **E***BA* Nicomedia *G* | terramotu ♂**V** | nicea **V** *corr. m3* || 6 ageret **V** agere **E***BAG* || 7 nullo **V** *corr. m3* | susceptae *G* suscepto *Casaubonus* | pupularitatis **V** *corr. m3* || 8 uilitatis studebant **V** uilitati studebat **E***BAG* || 9 et²] en **V** Sed **E** in *SB om. A* et *G* | anthiocensi **V** antiocensi **E***S* Antiociensi *B* Antiochensi *A* Antiochiensi b_2G || 11 hic *ante* incruent. *add. Nov. Harmon c. c.* || 13 miso pagonem **VE** misso P. *SB* Misopogonem *AG* || 14 meta **V** metu **E** menta *SB* mente *AG* infensa meta *del. ut dittogr. ex* in se facete *lin. 15 Her.* | innumerans **V** annumerans **E***S BA* dinumerans *G* || 16 internari. Delatur **V** i./Elatus **E** interius. Delator *BA* interna. Ridebatur *G* || 17 humeros **V** | angustis *ex* augustis (*m2*) **V** angustos **E***BAG* || 18 hirciniam **VE** hircinam *BAG* | incidens **V** incedens **E***BAG* | oti f[r̃* et i]fialtis **V** Otrifer et phialtes **E** Othus et Ephialtes *B* Oti frater et Ephialtis *AG* || 19 homurus **V** *corr. m3* | tollit **V** *def. Blomgren c. c.* extollit *Cl. in app. Nov. Harmon c. c.* | idemque b_2G || 20 marius uicti ♂**V** | sacricula **V** | aludentibus ♂**V** || 21 inc **VE** hic *SBA* hinc *G* || 22 mulierculi **V** *corr. m3*

Denique praestituto feriarum die Cassium montem ascendit nemo- 4
rosum et tereti ambitu in sublime porrectum, unde secundis galliciniis
uidetur primo solis exortus. cumque Ioui faceret rem diuinam, re-
pente conspexit quendam humi prostratum supplici uoce uitam pre-
cantem et ueniam. interrogantique ei, qui esset, responsum est
praesidalem esse Theodotum Hierapolitanum, qui profectum a ciui-
tate sua Constantium inter honoratos deducens adulando deformiter /
tamquam futurum sine dubietate uictorem orabat lacrimas fingens
et gemitum, ut Iuliani ad eos mitteret caput perduellis ingrati specie
illa, qua Magnenti circumlatum meminerat membrum. quibus auditis 5
„accepi" inquit „olim hoc dictum" imperator „relatione multo-
rum; sed abi securus ad lares exutus omni metu clementia principis, /
qui, ut prudens definiuit, inimicorum minuere numerum augereque
amicorum sponte sua contendit ac libens."

Exin festorum perfecto ritu digresso offeruntur rectoris Aegypti 6
scripta Apim bouem operosa quaesitum industria tamen post tempus
inueniri potuisse firmantis, quod, ut earum regionum existimant in-
colae, faustum et ubertatem frugum diuersaque indicat bona.

Super qua re pauca conueniet expediri. inter animalia antiquis 7
obseruationibus consecrata Mneuis et Apis sunt notiora. Mneuis Soli
sacratur, super quo nihil dicitur memorabile, sequens Lunae. est
enim Apis bos diuersis genitalium notarum figuris expressus maxi-
meque omnium corniculantis lunae specie latere dextro insignis; qui,
cum post uiuendi spatium praestitutum sacro fonte immersus e uita

1 Dinique **V** *corr. m3* | ferarium *G* | cassium **VE** *def. Pet.* Casium *BAG* || 2 ambitu (bitu *add. sup. lin. m2*) **V** || 3 uidentur **V** *corr. m3* | primi *G* || 5 interrogatique **V** interrogantique **E** *SBAG* || 6 praesidale **V** praesidalem **E** *G* praesidialem *BA* | hierapolitarum ♂ **V** | qui *ante* profectum *add. G* | praefectum *SBA* || 7 constatium ♂ **V** || 8 lacrima **V** lacrimas **E** lachrymas *SBAG* || 9 ut] et **V** *def. Bae. om.* **E** et ut *BA* ut *G* | metteret ♂ **V** || 10 quam agnenti **V** qua Magnentii **E** *G* quam mandenti *BA* || 11 inquid ♂ **V** | olim inquit *tr. SBG* | imperator *om. G* | relationem **V** relatione **E** *SBAG* || 12 at **V** ad **E** *SBAG* | exitus **V** *corr. m3* | omnitiete ♂ **V** || 13 inuere **V** *corr. m3* || 15 Ex inuectorum **V** exin uectorum **E** e. uotorum *A* e. sacrorum *G* exinde sacrorum (*uel* locorum) *Her.* ueterum *Pet.* festorum *Löfst.* | rectores **V** rectoris *G* | Aegyptii *G* || 16 s[c]ripta (*fu.* p) pim **V** serapim **E** scripsit Apim *SBA* scripta: A. *G* | tamen **V** *BAG def. C. F. W. M.* tm̄ **E** tandem *Btl. Madv.* || 17 firmantes **V** firmantis *G* | exaestimant (t *add. m2*) **V** || 18 faustum est et *Kell. Haupt reiec. Blomgren* f. annum et *Her.* | indicant **VE** *B* indicat *AG Her. def. Blomgren* indicans *Haupt* || 20 obseruatiobus **V** obseruationibus **E** *SBAG* | neumis **V** neumi **E** Nemis *B* Mneuis *AG* | neumis (m *add. sup. lin. m2*) **V** neumi **E** Meuius *B* Mneuis *AG* || 22 fuguris **V** figuris **E** *SBAG* || 23 lateri **V** latere *G* | textro ♂ **V** || 24 sacri **VE** sacro *BAG*

abierit, nec enim ultra eum trahere licet aetatem, quam secreta librorum praescribit auctoritas mysticorum, necatur choragio pari bos femina, quae ei inuenta cum notis certis offertur. quo perempto alter cum publico quaeritur luctu et, si omnibus signis consummatus repperiri potuerit, ducitur Memphim, urbem praesentia frequenti numinis
8 Aesculapii claram. cumque initiante antistitum numero centum / inductus in thalamum esse coeperit sacer, coniecturis apertis signa rerum futurarum dicitur demonstrare et adeuntes quosdam indiciis auerti uidetur obliquis, ut offerentem cibum aliquando Germanicum Caesarem, sicut lectum est, auersatus portenderat paulo post euentura.

Strictim itaque, quoniam tempus uidetur hoc flagitare, res Aegyptiacae tangantur, quarum notitiam in actibus Hadriani et Seueri prin-
2 cipum digessimus late uisa pleraque narrantes. Aegyptum gentem omnium uetustissimam, nisi quod super antiquitate certat cum Scythis, a meridiali latere Syrtes maiores et Phycus promunturium et Borion et Garamantes nationesque uariae claudunt; qua orientem e regione prospicit, Elephantinen et Meroen urbes Aethiopum et Catadupos rubrumque pelagus et Scenitas praetenditur Arabas, quos Saracenos nunc appellamus; septemtrioni supposita terrarum situ cohaeret immenso, unde exordium Asia Syriarumque prouinciae sumunt; a uespera Issiaco disiungitur mari, quod quidam nominauere Parthenium.

1 laeeta[e]tem **V** aetatem **E** *SBA* licet a. *G* | quaem (e *del. m2*) **V** || 2 horago arei **VE** Io Inachi *BG* nec nisi semel ei in anno *A* eadem hora et *Val. in adn.* choragio pari et *Haupt* propago; par enim ei *Madv.* || 3 quae ei *add. Salm. Val. in adn. reiec. Madv.* | obffertur **V** || 4 consummatis *SBG* | repperi **V** repperiri **E** reperiri *SBAG* || 5 dicitur **V** ducitur **E** *Lind. in adn.* defertur *BAG* || 5.6 praesentiam praesentia frequentia hominisescula pis (praesentia *del.*, freq. *add. sup. lin. m2*) **V** *uerbum incert.* hominis (*lac. 6 litt.*) apis **E** praesentiam frequentia h. esculapis *S* praestantem frequentiaque h. Asclepii *B* p., f. numinis Aesculapii *A* p. praesentiaque n. A. *G* frequentem praesentiaque *Val. in adn.* praesentia frequenti *Her.* || 6 centem **V** centum **E** *SBAG* || 7 sima *ex* siina (*m2*) **V** *corr. m3* omina *Her.* ima *Cl. in app.* || 8 et *ex* a (*m2*) **V** || 12 quō **V** qũ **E** cum *SBA* quoniam *G* | uidetu ♂ **V** | r*es (*fu.* a) **V** | aegyptiaae*** **V** *corr. m3* || 13 noti**tiam **V** || 14 dig[r]essimus **V** digessimus **E** *SBAG* | Aegyptiam *G* || 15 antequitate ♂ **V** || 16 scytis **V** *corr. m3* | fucus **VE** Phycus *BAG* || 17 Borium *BG* | garumantes **V** *corr. m3* | -que] quae **V** *corr. m3* || 18 elaefantinen **VE** lephantinen *A* Elephantinam *BG* | aethiopus **V** aethiopas **V** *m3* **E** *SBA* Aethiopum *G* || 20 sarracenos **V** | apellamus **V** | Séptentrionis opposita **V** septentrioni o. *G* supposita *Gdt.* || 21 quae **V** *corr. m3* | prouintiae **V** || 22 isiaco **V** Issiaco *G*

Pauca itaque super beneuolo omnium flumine Nilo, quem Aegyp- 3
tum Homerus appellat, praestringi conueniet mox ostendendis aliis,
quae sunt in his regionibus admiranda. origines fontium Nili, ut mihi 4
quidem uideri solet, sicut adhuc factum est, posterae quoque ignora-
bunt aetates. uerum quoniam fabulantes poetae uariantesque geo-
graphi in diuersa latentem notitiam scindunt, opiniones eorum ueri-
tati confines, ut arbitror, expediam paucis. affirmant aliqui physico- 5
rum in subiecti sseptemtrioni spatiis, cum hiemes frigidae cuncta con-
stringunt, magnitudines niuium congelare easque postea ui flagrantis
sideris resolutas fluxis umoribus nubes efficere grauidas, quae in
meridianam plagam etesiis flantibus pulsae expressaeque tepore ni-
mio incrementa ubertim suggerere Nilo creduntur. ex Aethiopicis im- 6
bribus, qui abundanter in tractibus illis per aestus torridos cadere me-
morantur, exundationes eius erigi anni temporibus asserunt alii prae-
stitutis. quod utrumque dissonare uidetur a ueritate. imbres enim
apud Aethiopas aut numquam aut per interualla temporum longa
cadere memorantur. opinio est celebrior alia, quod spirantibus pro- 7
dromis perque dies quadraginta et quinque etesiarum continuis flati-
bus repellentibus eius meatum uelocitate cohibita superfusis fluctibus
intumescit et reluctante spiritu controuerso adolescens in maius /
hinc ui reuerberante uentorum, inde urgente cursu uenarum peren-
nium progrediens in sublime integit omnia et humo suppressa per
supina camporum speciem exhibet maris. rex autem Iuba, Punicorum 8
confisus textu librorum, a monte quodam oriri eum exponit, qui situs
in Mauretania despectat oceanum, hisque indiciis hoc proditum ait, /
quod pisces et herbae et beluae similes per eas paludes gignuntur. /

1 beniuolo ♂V omnium flumine nilo *add.* V*m2 in marg. def. Miller Löfst.* beneuolo – flumine *om. G* beniuolo solo omnium flumine *Madv.* b. amnium numine *Pet.* | quaem ♂V || 2 homines ♂V || 3 origini VE originem *BA* origines *G* | fortium (r *ex* n)V fontium E*SBAG* || 4 postera V posterae E*SBAG* | ignorabant ♂V ignorabant E*S* || 5 quō V qm̄ E cum *SBA* quoniam *G* | oariantesque (o *ex* u) ♂V || 6 scindit VE*B* scindant *A* scindunt b_2G | oppinionis V || 7 paucas V *def. Blomgren* paucis E*SBAG* || 8 séptentrionis V septentrioni E*m2BAG* || 9 niui ♂V | congeluere V congelauere E congelascere *BAG* congelare *Cl.* || 10 effecere VE efficere *SBAG* || 11 merianam ♂V | tempore VE tepore *BAG* || 12 suggere ♂V || 13 qua ludantes V quae sudantes E paludantes *BA* qui abundantes *G* abundanter *Btl.* || 14 exundantiones ♂V || 16 nonnumquam VE non unquam *BAG* numquam *Hadr.Val.*(N) || 18 etsiarum V *corr. m3* || 20 intumescunt V intumescit *G* || 22 sublimem tegit VE sublime t. *BAG* contegit *uel* integit *Her. Cl. c. c.* | et humos oppressa V et humus o. E*A* ad humos o. *S* a dumis o. *B* et humo suppressa *G* || 24 moriri V oriri E*BAG* | exponit[ur] (ur *m3*) V exponit E*SBAG* || 26–p. 284, 1 gignuntur – preterme- *add.* V*m2 in marg.*

9 Aethiopiae autem partes praetermeans Nilus nominum diuersitate decussa, quae ei orbem peragranti nationes indidere complures, / †etans inundatione ditissima, ad cataractas, id est praeruptos scopulos, uenit, e quibus praecipitans ruit potiusquam fluit; unde Atos olim accolas usu aurium fragore assiduo deminuto necessitas uertere so-
10 lum ad quietiora coegit. exinde lenius means per ostia septem, quorum singula perpetuorum amnium usum et faciem praebent, nullis per Aegyptum aquis externis adiutus eiectatur. et praeter amnes plurimos ex alueo deriuatos auctore cadentesque in suppares eius septem nauigabiles sunt et undosi, quibus subiecta uocabula ueteres indiderunt: Heracleoticus, Sebennyticus, Bolbiticus, Pathmiticus, Men-
11 desius, Taniticus et Pelusiacus. oriens autem inde, ut dictum est, propellitur e paludibus ad usque cataractas insulasque efficit plures, / quarum aliquae ita porrectis spatiis dicuntur extentae, ut singulas
12 aegre tertio die relinquat. inter quas duae sunt clarae, Meroe et Delta, a triquetrae litterae forma hoc uocabulo signatius appellata. cum autem sol per Cancri sidus coeperit uehi, augescens ad usque transitum eius in Libram diebusque centum sublatius fluens minuitur postea et mitigatis ponderibus aquarum nauibus antea peruius equitabi-
13 les campos ostendit. abunde itaque luxurians ita est noxius, ut infructuosus, si uenerit parcior; gurgitum enim nimietate umectans

2 decussaque et **V** decussa quae et **E** decursa, quae et *BA* d., q. eum *G* decussa *def. Corn.* ei *Hadr. Val.* || 3 et ans **V** et (*lac. 6 litt.*) **E** et *SBA om. G* aestuans *Hadr. Val.* exultans *Nov. prob. Bae.* laetans *Walter* | exundatione *G* | atcata racias **V** ad cataractas **E***SBAG* | id – scopulos *del. ut gloss. Reines. reiec. Langen Bae. Blomgren* || 4 undae. atosolim **V** unde actos olim **E** u. captos o. *BA* u. o. *G* u. Atos o. *Hadr. Val.* || 5 diminuto *SBAG* || 6 atque diciora **V** a. editiora **E** a. ditiora *SBA* ad editiora *G in edit.* ad quietiora *G in epist. Froben.* | hostia **VE***B* ostia *SAG* || 7 annium **V** amnium **E***SBAG* | uisum *Corn.* || 8 electatur Est **V** eiectatur / Est **E** dilectatur. Est *B* dilatatur. Est *A* d. Et *G* eiectatur *Hadr. Val.* | amnis **VE** amnes *BAG* || 9 derium ocauctore **V** deriuis (*?*) hoc auctore **E***m2* hoc a. *BA* deriuatos autore *G* | cadentes et *BA* | suppares in *tr. BA* || 9.10 optem nauigauiles **VE** (-biles) optemna iuga uiles *S* obtenta i. uillae *BA* septem nauigabiles *G* || 10 undosi canales *BA* | uetres ♂ **V** | indideron **V** indiderunt **E***SBAG* || 11 heradeoticus **V** Heracleoticus **E***BAG* | bucente **V** Buccente **E** Bolbiticus *BAG* | Phatnicus *B* Phatniticus b_2G || 12 unde dictum *G* || 13 e] à *SBG* || 14 porrectus aquis **V** porrectis a. **E***BAG* spatiis *Btl.* agris *Pet.* || 15 quis **V** quas **E***BAG* | mero*e (*fu.* r) **V** | *delta (*fu.* i) **V** || 16 atri quae etre **V** atriquetre **E***S* a triquetrae *BAG* || 17 haugescens ♂ **V** | ausque **V** adusque **E** (diebusque *m2 in marg.*) *SBAG* || 18 in libram diebusque transitum eius *post* eius *add.* **V***m2 in marg.* diebusque transitum eius *om.* **E***A* transitum eius *post* diebusque *repet. SBG* | incentum (u *ex* e *m2*) **V** interim **E** in centum *SBG* centum *A* | sublatius fluens] subluens *BG* | posita **V***B* postea **E***AG* || 21 uerit paucior ♂ **V**

diutius terras culturas moratur agrorum, paruitate autem minatur steriles segetes. eumque nemo aliquando extolli cubitis altius sedecim possessor optauit et, si inciderit moderatius, aliquotiens iactae sementes in loco praepinguis caespitis cum augmento fere septuagesimo renascuntur; solusque fluminum auras nullas exspirat.

Exuberat Aegyptus etiam pecudibus multis, inter quas terrestres 14
sunt et aquatiles aliaeque humi et in humoribus uiuunt, unde amphibia nominantur. et in aridis quidem capreoli uescuntur et bubali et spinturnicia omni deformitate ridicula aliaque monstra, quae numerare non refert.

Inter aquatiles autem bestias crocodilus ubique per eos tractus 15
abundat, exitiale quadrupes malum, assuetum elementis ambobus, / lingua carens, maxillam superiorem commouens solam, ordine dentium pectinato, perniciosis morsibus, quidquid contigerit, pertinaciter petens, per oua edens fetus anserinis similia. utque armatus est un- 16
guibus, si haberet etiam pollices, ad euertendas quoque naues sufficeret uiribus magnis. ad cubitorum enim longitudinem octodecim interdum extentus noctibus quiescens per undas diebus humi uaporatur confidentia cutis, quam ita ualidam gerit, ut eius terga cata-
fracta uix tormentorum ictibus perforentur. et saeuientes semper 17
eaedem ferae quasi pacto foedere quodam castrensi per septem caeri-

2 cumque **VE** eumque *BAG* | sexdecim *BAG* || 3 possessorum ♂ **V** | moueratius **V** moueri altius **E** moderatius *BAG* | aliquontiens **V** || 4 loquorepinguis **V** liquore pinguis **E***G* loco quo te piguius *S* l. q. te pinguius *BA* l. praepinguis *Her.* liquorem *Nov.* | fruere **V** fluere **E** fuere *SB* fere *AG* frugis *Her.* | septuagessimo **V** || 5 fluominum **V** fluminum **E***SBAG* | inspirat **V** exspirat *Her.* || 6 que terter restres (ter *pr. del. m2*) **V** quae terrestres **E***m2BA* quas t. *G* || 7 aeliaque **V** aliaeque **E***G* aliaque *SBA* aliae quae *Val. Hertz* | uidebunt **V** uiuunt **E***m2BAG* | amfiboe **V** amphiboe **E***S* amphibia *BAG* || 8 bucali **V** bubali *Pithoeus Lind. Salm.* (**W***m2* **N***m2*) || 9 pisturnicia **VE***A* bisturnitia *SBG* spinturnicia *Pithoeus Salm.* | numerare **V** *def. Heilm.* dinumerare *Nov.* nunc d. *Her.* enumerare *C. F. W. M.* || 11 intera qualiti ♂ **V** || 12 habunda **V** *corr. m3* abunde *SB* | exitialo **V** exitiales (s *del. m2*) **E** exitiale *SBAG* | maium ♂ **V** || 13 solam *ex* salam (*m2*) **V** solam **E***SBAG* solum *Gdt.* (**N***m2*) || 14 pectinaco **V** | pernitiosis **V** | moribus **VE** morsibus *BAG* | tetigerit *SBAG* || 15 per *om.* **E***B AG* | ouedens **V** oua unde eius **E** oua edens *BAG* | uetus ♂ **V** | ansere nis **V** anserinis **E***SBA* anserini *G* || 16 habere **V** haberet **E***SBAG* | naueo **V** *corr. m3* | sufficerat *ex* fufficeret (*m2*) **V** sufficeret **E***SBAG* || 17 decem *ex* ecbecem (*m2*) **V** decem **E***SBG* XVIII *A def. Gdt.* sedecim *dubit. Cl. in app.* || 18 ueperatur *ex* uituperatur (*m2*) **V** reptatur **E** uescitur *BAG* uersatur *Val. in adn.* uaporatur *Erf. Haupt Nov.* apricatur *Kell. antea* uaporatur *postea* aestu apricatur *Drechsler* || 19 gerat **VE** gerit *BAG* | tergo **V***BAG* terga **E** *Hadr. Val.* || 20 saeuenientis **V** seuientis **E***S* saeuientes *BAG* || 21 eadem fere **V** *om.* **E** eaedem ferae *BAG* | cirimoniosos **V**

moniosos dies mitescunt ab omni saeuitia desciscentes, quibus sacer-
18 dotes Memphi natales celebrant Nili. praeter eos autem, qui fortuita
pereunt morte, alii dirumpuntur suffossis alui mollibus serratis fera-
rum dorsualibus cristis, quas delphinis similes nutrit fluuius ante dic-
19 tus, alii exitio intereunt tali. trochilus auicula breuis, dum escarum
minutias captat, circa cubantem feram uolitans blande genasque eius
irritatius titillando peruenit ad usque ipsam uiciniam gutturis. quod
factum contuens enhydrus, ichneumonis genus, oris aditum pene-
trat alite praeuia patefactum et populato uentre uitalibus dilancinatis
20 erumpit. audax tamen crocodilus monstrum fugacibus, ubi audacem
senserit, timidissimum; et in terra acutius cernens, per quattuor
menses hibernos nullo uesci dicitur cibo.
21 Hippopotami quoque generantur in illis partibus, ultra animalia
cuncta ratione carentia sagacissimi, ad speciem equorum bifidos un-
gues habentes caudasque breues, quorum sollertiae duo interim osten-
22 dere documenta sufficiet. inter arundines celsas ut squalentes nimia
densitate haec belua cubilibus positis otium peruigili studio circum-
spectat laxataque copia ad segetes depascendas egreditur. cumque
iam coeperit redire distenta auersis uestigiis distinguit tramites mul-
tos, ne unius plani itineris lineas insidiatores secuti repertum sine
23 difficultate confodiant. item cum auiditate nimia extuberato uentre
pigrescit, super calamos recens exsectos femora conuoluit et crura, ut
pedibus uulneratis cruor egestus sagina distentum faciat leuem; et
partes saucias caeno oblinit, quam diu in cicatrices conueniant plagae. /

1 saeuifia **V** *corr. m3* || 3 disrumpuntur *SBAG* | alueis **V** *def. Blomgren* aluis **E***m2BAG* alui *Salm. Lind.* | sertis **V** certis **V***m3***E***SBAG* serratis *Gdt.* || 4 crustis *ex* crussis (*m2*) **V** crustis **E***SBAG* cristis *Salm.* | uel finis **V** delfinis **V***m3***E** delphinis *BAG* || 5 exitienter eunttali (*lac. 6 litt. in fin. us.*) **V** e. eunt. Alii (*lac. 6 litt.*) **E** exitio intereunt tali *BAG* | Trociulus **VE** Trochilos *BAG* || 6 capta ♂ **V** | bantem ♂ **V** | feram *om. G* || 7 titillandi **V***B* titillando **E***AG* || 8 hydrus hicheumonis **VE** (-ceum-) h. ichneumonis *BA G* enhydrus *Salm. Val. in adn.* || 9 centre **V** *corr. m3* || 11 dimidissimum **V** | acuiuis **V** acliuius **E** acrius *BA* acutius *G* || 12 hidornos **V** diurnos **E** hybernos *BAG* || 13 hippropotami **V** *corr. m3* || 14 spetiem **V** *corr. m3* || 14.15 bifidos **VE** bifidas *BG* b. ungulas (*lac. 6 litt.*) *A* b. habentes u. *Lind.* bifidi *Hadr. Val. in adn. Btl.* bifidos unguis habentes *Cl.* b. pedes h. *Meurig-D.* || 15 caudisque *Hadr. Val. in adn.* caudaque *Btl.* | interim *om. BG* | ostende **V** *corr. m3* ostendi *Her.* || 16 fufficiet **V** sufficiet **E***SBAG* | ut *ex* au (*m2*) **V** aut **E** et *BAG* | nemia *ex* nimia (*m2*) **V** *corr. m3* || 17 uelba **V** *corr. m3* | culibus ♂ **V** || 18 laxatque **V***B* laxataque **E***G* laxaque *A* || 20 uni[us] **V** || 21 nemia *ex* nimia (*m2*) **V** || 22 calamo crescens **V** c. haerescens **E** c. recens *BA* calamos r. *G* | femore **V** femora *G* | rura **V** crura **E***BAG* || 23 INadestemtum **V** indestentum **E** madescentum *SBA* sagina distentum *G* || 24 pares **V** uarices **E** carnes *SBAG* partes *Gdt.* (**W***m2*)

has monstruosas antehac raritates in beluis in aedilitate Scauri uidit 24
Romanus populus primitus, patris illius Scauri, quem defendens Tullius imperat Sardis, ut de familia nobili ipsi quoque cum orbis terrarum auctoritate sentirent, et per aetates exinde plures saepe huc ducti nunc inueniri nusquam possunt, ut coniectantes regionum incolae dicunt insectantis multitudinis taedio ad Blemmyas migrasse compulsi.

Inter Aegyptias alites, quarum uarietas nullo comprehendi numero 25
potest, ibis sacra est et amabilis et innocua ideo, quod nidulis suis ad cibum suggerens oua serpentum efficit, ut rarescant mortiferae pestes absumptae. occurrunt eaedem uolucres pinnatis agminibus anguium, / 26
qui ex Arabicis emergunt paludibus uenena maligna gignentes, eosque, antequam finibus suis excedunt, proeliis superatos aeriis uorant; / quas aues per rostra edere fetus accepimus. serpentes quoque Aegyp- 27
tus alit innumeras ultra omnem perniciem saeuientes: basiliscos et amphisbaenas et scytalas et acontias et dipsadas et uiperas aliasque complures, quas omnes magnitudine et decore aspis facile supereminens numquam sponte sua fluenta egreditur Nili ...

Multa in illis tractibus pretium est operae ac maxima cernere, e 28
quibus pauca conueniet explicari. templa ubique molibus magnis exstructa ... pyramides ad miracula septem prouectae, quarum diuturnas surgendi difficultates ... scriptor Herodotus docet, ultra omnem

1 mostruosas **V** | raritate **VE** raritates *BAG* | edebilitate (eb *del. m3*) **V** || 3 quo locum **V***BA* que l. **E** quoque cum *G* || 5 inuenite **V** inueniri **E***G* inuenire *SBA* || 6 insectas **V***BA* insectatas **E** insectantis *G* infestae *Her.* | ble[m]mas (l *add. m2*)**V** blemmas **E** Blemmyas *BAG* || 8 in ♂ **V** | conpraehensi ♂ **V** | numero *add.* **V***m2 sup. lin.* || 10 suggererens qua **V** escas **E***m2* suggerens quo *S* s. oua *BAG* | petes **V** pestes **E***AG lac. 5 litt. S om. B* || 11 eadem **V** aeedem **E** eaedem *SBAG* || 12 mergunt ♂ **V** | malignantes **V** maligna manantes *Her.* m. gignentes *Cl.* mala g. *Meurig-D.* || 13 excedant *G* | procliis **V** procul **E** praeliis *SBAG* | aeris **V** aere **E** aerii *B* aeriis *AG* || 15.16 etiam fizbemnas **VE** e. Amphisbenas *B* et a. *AG* || 16 aconcias **V** || 17 superemmens ♂ **V** || 18 fluentar**greditur (*fu.* is*?*)**V** fluenta ingreditur **E** f. egreditur *SBAG* || 18.19 nili (*lac.18 litt.*) multa in illis **V***A sine lac.* **E***G* nili. In illis *B* || 19 trantibus **V** tractibus **E** *SBAG* || 19.20 praetium est opere maxima aeger naequibus **V** maxima que referre opere praetium est (*lac. 7 litt.*) e quibus **E** in quibus *B* precium est operae maxima aeger de quibus *A* pretium est o. maximum legere, è quibus *G* ac maxima *Her.* maximum cernere *Haupt* || 20 mobilibus ♂ **V** || 21 pyramides *post* exstructa *add. AG, ante* quarum **E** *lac. indic. Her. Cl.* || 22 difficultat **V** difficultate **E** difficultas *SBA* difficultates *G lac. indic. Cl., qui* antiquitatum *uel sim. excidisse putau.* | ruptor **V** *corr. m3* auctor *Her.* || 22—p. 288, 1 omnem nominum altitudinem quae humanis confici **VE** (uel montium *add. m2 in marg.*) *B* omnem montium altitudinem, quae manibus confici *A* o. omnino a., q. humanis confici *G Val.* humana manu *Lind. in adn.* hominum m. *Stangl* humanis *def. Löfst.*

altitudinem, quae hominum manu confici potest, erectae sunt turres,
29 ab imo latissimae, in summitates acutissimas desinentes. quae figura apud geometras ideo sic appellatur, quod ad ignis speciem, tu pyros, ut nos dicimus, extenuatur in conum. quarum magnitudo, quoniam in celsitudinem nimiam scandens gracilescit paulatim, umbras quoque mechanica ratione consumit.

30 Sunt et syringes subterranei quidam et flexuosi secessus, quos, ut fertur, periti rituum uetustorum aduentare diluuium praescii metuentesque, ne caerimoniarum oblitteraretur memoria, penitus operosis digestos fodinis per loca diuersa struxerunt et excisis parietibus / uolucrum ferarumque genera multa sculpserunt et animalium species innumeras multas, quas hierographicas litteras appellarunt ...

31 Dein Syene, in qua solstitii tempore, quo sol aestiuum cursum extendit, recta omnia ambientes radii excedere ipsis corporibus umbras non sinunt. inde si stipitem quisquam fixerit rectum uel hominem aut arborem uiderit stantem, circa lineamentorum ipsas extremitates / contemplabitur umbras absumi sicut apud Meroen, Aethiopiae partem aequinoctiali circulo proximam, dicitur euenire, ubi per nonaginta dies umbrae nostris in contrarium cadunt, unde Antiscios eius
32 incolas uocant. quae quoniam miracula multa sunt opusculi nostri propositum excedentia, ad ingenia celsa reiciamus pauca super prouinciis narraturi.

16 Tres prouincias Aegyptus fertur habuisse temporibus priscis, Aegyptum ipsam et Thebaida et Libyam, quibus duas adiecit posteritas, ab Aegypto Augustamnicam et Pentapolim a Libya sicciore dissociatam.

2 Igitur Thebais multas inter urbes clariores aliis Hermopolim habet /

1 terres **V** *corr. m3* || **2** abmo **V** *corr. m3* || **3** aput ♂ **V** | in Pyros *SB* τοῦ πυρός *A* (πι-) *G* || **5** gracilio cit **V** granliascit **E** gracilescit *SB* (-isc-) *AG* || **7** sirynges **V** || **12** multas **V** *def. Kell. Löfst.* illas *Eyss.* | hierograficas **VE** (-ph-) hieroglyphicas *BAG* | appellarunt **V** (*lac. 19 litt. in fin. us.*) **E** (*lac. 15 litt.*) *G* (*sine lac.*) Latini ignorabiles *post* appellarunt *add. BA* || **13** Deinene **V** Desiene **V***m3* **E** Syene *BA* Dein S. *G* | solstitio **VE** solstitii *SBAG* s. *del. ut gloss. Wagn.* | austiuum **V** aestiuum **E***G* a. austrinum *SB* a. Austrinis *A* | excendit *G* || **14** excidere *G* | ipsius *SBAG* | corporis us **V** corporibus **E***G* corporis *SBA* || **15** si *add.* **E***G* || **17** adsumi **V** absumi **E***BAG* | apu **V** *corr. m3* | meroena **V** Meroem **E***SBAG* || **19** nostrae **VE** nostrae in *BAG* nostris in *Lind.* (**W***m2*) || **23** aegygtus ♂ **V** || **24** thebaidam **V** Thebaidem *Btl.* Thebaida *Cl.* | libiam **V** || **25** agustamnicam **V** Augustanicam **E***SBA* Augustamnicam *G* | dissoratam **V** dissociatam **E** *Val.* (**N**) dissitam *BA* disparatam *G* discretam *Momms. Nov. Harmon* || **26** clariores] *hinc in cod.* **V** *in noua pagina librarius ille inscius iterum scribere coepit*

et Copton et Antinou, quam Hadrianus in honorem Antinoi ephebi condidit sui: apud hecatonpylos enim Thebas magnorum ...

In Augustamnica Pelusium est oppidum nobile, quod Peleus Achil- 3
lis pater dicitur condidisse lustrari deorum monitu iussus in lacu, qui
eiusdem ciuitatis alluit moenia, cum post interfectum fratrem nomine
Phocum horrendis furiarum imaginibus raptaretur, et Cassium, ubi
Pompei sepulchrum est Magni, et Ostracine et Rhinocorura.

In Pentapoli Libya Cyrene est posita, urbs antiqua, sed deserta, / 4
quam Spartanus condidit Battus, et Ptolomais et Arsinoe, eademque
Teuchira, et Darnis et Berenice, quas Hesperidas appellant. in sic- 5
ciore uero Libye Paraetonion et Chaerecla et Neapolis inter municipia
pauca et breuia.

Aegyptus ipsa, quae iam inde uti Romano imperio iuncta est, regio 6
iure regitur a praefectis, exceptis minoribus multis Athribi et Oxyryn-
cho et Thmui et Memphi maximis urbibus nitet.

Alexandria enim uertex omnium est ciuitatum, quam multa nobili- 7
tant et magnifica conditoris altissimi et architecti sollertia Dinocratis,/
qui, cum ampla moenia fundaret et pulchra, penuria calcis ad mo-
mentum parum repertae omnes ambitus liniales farina respersit, quod
ciuitatem post haec alimentorum uberi copia circumfluere fortuito

1 antinou **V** *def. Haupt* antinoum **V***m3***E** Antinon *S* Antinoon *BAG* | honore mantino ieebit **V** honorem antinoi efeci **V***m3* h. a. **E** (dilecti *post* condidit *add. m2 in marg.*) *BG* h. a. ephebi *A* || **2** apud *del. Lind. Haupt* caput *Unger Kell.* | ecaton pylos **V** *corr. m3* | magnorum **V** nemo non nouit *Lind.* iam ignorant *Unger* nemo ignorat *Haupt lac. post* magnorum *indic. Eyss.* a magno numero portarum ita cognominatum *Kell.* || **3** agustam nica **V** Augustanica **E***SBA* Augustamnica *G* | oppidum est *tr. SBAG* || **4** moniti **V** monitu **E***BAG* || **5** fratrum **V** *corr. m3* || **6** focum **V** | fleriarum ♂ **V** || **7** Pompeii *BAG* | rinocorura **V** *corr. m3* || **8** Inter ♂ **V** | pentapolim **VE** pentopolim *S* Pentopoli *B* Pentapoli *AG* | curae **VE** Cyrene *BAG* | posita est *tr. SBAG* || **9** ptholomais **VE** Ptolomais *SB* Ptolemais *AG* | orsinoe **V** *corr. m3* | eademque **V** *def. Blomgren* eadem quae *G* || **10** etheychira **V** Euchira **E** et Archila *B* Teuchira *AG* | esperidas **V** *corr. m3* || **11** uiro **V** ũo **E** uero *SBAG* | lybiae **E***SB* Libya *AG* | paret onion **V** parte o. **E** Paretonion *BG* Paraetonion *A* | chereda **VE** Cherecla *BAG* | neappolis (p *pr. del. m2 ?*) **V** || **13** ut *G* | inperito **V** *corr. m3* || **13.14** regio regitur **V** regitur *G* regio iure regitur *Val. in adn.* (iure *def. Lumbroso uel* loco) regie *Gron.* || **14.15** ozurin moet timui et memfim **V** o. moctim et Memphis **E** O., Moetimin et Memphin *S* (Nemphin) *B* Ozuri, Moetimi, et Memphi *A* Oxyryncho, et Thmui et M. *G* || **17** magnifica **V** *def. Pet.* magnificentia *G* | altissimum **V** altissimi **E***SBG* Alexandri *A* | orihitectis **V** *corr. m3* | dinocrates **V** dimocratis **E** Dinocratis *BAG* || **18** cum ammonumentum **VE** cum id monimentum *BA* -pla – calcis id *add. G* ad *Lind.* momentum *G* || **19** repente **V** repertae *G* || **20** haec *om. SBG*

8 monstrauit. inibi aurae salubriter spirant et aer est tranquillus et clemens atque, ut periculum docuit per uarias collectum aetates, nullo
9 paene die incolentes hanc ciuitatem solem serenum non uident. hoc litus cum fallacibus et insidiosis accessibus affligeret antehac nauigantes discriminibus plurimis, excogitauit in portu Cleopatra turrim excelsam, quae Pharos a loco ipso cognominatur, praelucendi nauibus nocturna suggerens ministeria, cum quondam ex Parthenio pelago uenientes uel Libyco per pandas oras et patulas montium nullas speculas uel collium signa cernentes arenarum illisae glutinosae mollitiae
10 frangerentur. haec eadem regina heptastadium sicut uix credenda celeritate, ita magnitudine mira construxit ob causam notam et necessariam. insula Pharos, ubi Protea cum phocarum gregibus diuersatum Homerus fabulatur inflatius, a ciuitatis litore mille passibus
11 disparata Rhodiorum erat obnoxia uectigali. quod cum inde quidam nimium quantum petituri uenissent, femina callida semper in fraudes sollemnium specie feriarum isdem publicanis secum ad suburbana perductis opus iusserat irrequietis laboribus consummari et septem diebus totidem stadia molibus iactis in mari solo propinquante terrae sunt uindicata; equoque cum uehiculo ingressa ... erat, Rhodios insularum non continentis portorium flagitantes.

12 His accedunt altis sufflata fastigiis templa, inter quae eminet Serapeum, quod licet minuatur exilitate uerborum, atriis tamen columnatis amplissimis et spirantibus signorum figmentis et reliqua operum multitudine ita est exornatum, ut post Capitolium, quo se uenerabilis Roma in aeternum attollit, nihil orbis terrarum ambitio-

1 monstrauit indicio. ibi *G* | aure **V** *corr. m3* | spirantes **V** spirant *Nov.* s. et *Cl.* | saepe **VE** aer *BAG* aer ipse *Madv.* aer saepe *Nov.* aer est *Cl.* || 2 Nollo ♂ **V** || 4 cum] ne *AG* | ut *ante* antehac *add. G* || 5 excelsas **V** *corr. m3* || 6 faros **V** || 7 paretonio **V***m3***E***SBA* || 8 uel] aut *BAG* | lybico **V** | orat **V** oram **E** oras *BAG* | fatum las **VE** fretum Las- *BA* uacuas *G* patulas *Grut. ex cod. Fauchet.* | peculas (*lac. 8 litt. in fin. pag.*) **V** specula (*lac. 8 litt.*) **E** speculas *SBAG* || 9 harenarum **V** | inselae **V** insulae **E** infusa *BA* inlisae *G* || 10 reginae pta stadium (*post* a *pr. distinxit m3*) **V** || 11 caelae ritate (r *ex* p *m3*) **V** || 12 faros **V** | prae ea **V** praea **E** Protea *BAG* | focarum **V** || 14 rodiorum **V** *corr. m3* | uectigali] *hic in cod.* **V** *nouus scriba et cultior opus ingreditur* | indie **V** inde **E***BAG* || 16 spere **V** uespere **E** specie *BAG* | iisdem *SBAG* || 18 mare **V** mari *Her.* | propinquanti **V** propinquante *Her.* propinquantia *Pet.* || 19 uindicatae quocumque (in *ex* m) **V** u. Quo cum *G* uindicata *Val.* (**W***m2*) *Pet.* aequo, cumque *Pet.* equoque cum *Her. antea Brakman* equorumque *Her. postea* | erat **V** errare ait *G lac. indic. Cl.* riserat *Her.* arguerat *Brakman* | rodios **V** || 20 continentes **V** continentis **E***m2BAG* || 21 accidunt **V** *corr. m3* | eminat **V** *corr. m3* | serapaeum (a *alt. ex* e *m3*) **V** || 22 columnaris **V** columnarum **E** columnis *B* et c. *A* columnariis *G* columnatis *Corn.* (**W***m2*)

sius cernat. in quo duo bibliothecae fuerunt inaestimabiles et loqui- 13
tur monumentorum ueterum concinens fides septingenta uoluminum milia Ptolemaeis regibus uigiliis intentis composita bello Alexandrino, dum diripitur ciuitas, sub dictatore Caesare conflagrasse.

Canopus inde duodecimo disiungitur lapide, quem, ut priscae me- 14
moriae tradunt, Menelai gubernator sepultus ibi cognominauit. amoenus impendio locus et diuersoriis laetis exstructus, auris et salutari temperamento perflabilis ita, ut extra mundum nostrum morari se quisquam arbitretur in illis tractibus agens, cum saepe aprico spiritu immurmurantes audierit uentos.

Sed Alexandria ipsa non sensim ut aliae urbes, sed inter initia prima 15
aucta per spatiosos ambitus internisque seditionibus diu aspere fatigata, ad ultimum multis post annis Aureliano imperium agente ciuilibus iurgiis ad certamina interneciua prolapsis dirutisque moenibus / amisit regionum maximam partem, quae Bruchion appellabatur, diuturnum praestantium hominum domicilium. unde Aristarchus gram- 16
maticae rei dumis excellens et Herodianus artium minutissimus sciscitator et Saccas Ammonius Plotini magister aliique plurimi scriptores multorum in litteris nobilium studiorum, inter quos Chalcenterus eminuit Didymus multiplicis scientiae copia memorabilis, qui in illis sex libris, ubi nonnumquam imperfecte Tullium reprehendit, sillographos imitatus, scriptores maledicos, iudicio doctarum aurium incusatur ut immania frementem leonem trepidulis uocibus canis catulus longius circumlatrans. et quamquam ueteres cum his, quorum memi- 17
ni, floruere complures, tamen ne nunc quidem in eadem urbe doctrinae

1 quod uero V E*m2B* quo u. *A* quo (*lac. 2 litt.*) *G* quo delubro *Gron.* quo duae *Btl. Momms.* (N*m2*) q. duo *Her.* || 2 monimentorum *AG* || 3 ptholomeis VE Ptholomaeus *B* Ptolemaeus *A* Ptolemaeis *G* || 5 Canisius V Canusius E Canopus *BAG* || 6 me V me (*lac. 4 litt.*) E Menelai *BAG* | hactenus V amoenus *Btl. C. F. W. M. Haupt* aedibus *Birt* || 7 fanis *post* locus *add. G def. Birt reiec. Pet. Meurig-D.* || 9 saepe (*lac. 2 litt.*) V saepe E*SBAG* semper *Günther antea prob. Meyer Spir.* suaue *Wilamowitz Günther postea uel* paene || 9, 10 spiritum murmurantes V *corr. m3* || 14 diruptisque *SBAG* || 16 homininum V hominum E*SBAG* | aristhar chus V || 17 domis V donis E*BA* doctrinis *G* dotibus *Pet.* dumis *Her.* doctis *Maas* | sciscitutor V *corr. m3* suscitator *SBA* || 18 amonius V | plotimi V Plotini V*m3*E*SBAG* | plurimis V *corr. m3* || 19 chalcentarus (a *alt. ex* u) ♂ V || 20 emicuit *SBG* | multiplici *Btl. reiec. Meurig-D.* | copti V coepti E*SBAG* captu *Grut.* scriptis *Val. in adn.* copia *Btl. M. Schmidt Haupt* || 21 sillograuos V sillographos E*SBAG* || 22 scriptores male edi eos V s. maledicos E*BAG def. Blomgren* s. m. *del. Corn.* | iudicia V*BG* iudicio E*A* | doctorum VE*B* doctarum *AG* | incusantur *B* incusat *G* || 23 pitredulis VE putidulis *BAG* trepidulis *Her.* | canus VE uanus *BAG* canis *Eyss. Gdt.* (N) || 25 flo-[r]uere V

uariae silent; nam et disciplinarum magistri quodammodo spirant / et nudatur ibi geometrico radio, quidquid reconditum latet, nondumque apud eos penitus exaruit musica nec harmonia conticuit et recalet apud quosdam adhuc licet raros consideratio mundani motus et siderum doctique sunt alii numeros; pauci super his scientiam cal-
18 lent, quae fatorum uias ostendit. medicinae autem, cuius in hac uita nostra nec parca nec sobria desiderantur adminicula crebra, ita studia augentur in dies, ut, licet opus ipsum redoleat, pro omni tamen experimento sufficiat medico ad commendandam artis auctoritatem, /
19 Alexandriae si se dixerit eruditum. et haec quidem hactenus. sed si intellegendi diuini editionem multiplicem et praesensionum originem / mente uegeta quisquam uoluerit, replicata per mundum omnem in-
20 ueniet mathemata huiusmodi ab Aegypto circumlata, ubi primum homines longe ante alios ad uaria religionum incunabula, ut dicitur, peruenerunt et initia prima sacrorum caute tuentur condita scriptis ar-
21 canis. hac institutus prudentia Pythagoras colens secretius deos, quidquid dixit aut uoluit, auctoritatem esse instituit ratam et femur suum aureum apud Olympiam saepe monstrabat et cum aquila collo-
22 quens subinde uisebatur. hinc Anaxagoras lapides e caelo lapsuros et putealem limum contrectans tremores futuros praedixerat terrae. et Solon sententiis adiutus Aegypti sacerdotum latis iusto moderamine legibus Romano quoque iuri maximum addidit firmamentum. ex his fontibus per sublimia gradiens sermonum amplitudine Iouis aemulus Platon uisa Aegypto militauit sapientia gloriosa.

23 Homines autem Aegyptii plerique suffusculi sunt et atrati magisque maestiores, gracilenti et aridi, ad singulos motus excandescentes, controuersi et reposcones acerrimi. erubescit apud eos, si qui non

3 armonia **V** || 4 adhunc **V** *corr. m3* | atros **VE***G* atrox *SBA* raros *Val. in adn.* || 5 doctisque **V** doctique **E***BAG* | aut numeros **VE** haud n. *B* h. numero *AG* numeros haud *Val. in adn.* alii numeros; *Madv.* | hi **V** hanc **E** his *SBAG* || 7 istastudia (u *ex* a *m3*) **V** studia **E** ista st. *SA* ita st. *G* || 10 alexandriae se **V***B* quod se a. **E** A. si *A* si A. se *G* A. si se *Brakman Cl.* | si² *add. G* || 11 aditionem *AG* eruditionem *Her.* | praesensioonum ♂ **V** | origine **V** originem **E***BAG* || 12 ante negatam quibusque mortalium *BA* | replicata **V** *restit. Her.* replicare *G* || 12. 13 inueni (*lac. 11 litt.*) a **V** inuenire (*lac. 14 litt.*) **E** inueni (*lac. 13 litt.*) ab *S* inuentione matheseos ab *BA* inueniet mathemata *G* theologumena *Brakman* cuncta *uel* uniuersa *Her.* || 13 hic *add. G* ubi *Her.* || 14 ate **V** *corr. m3* | ut] et **V** *corr. m3* || 15 scribus **V** tribus **E** scribis *SBAG* scriptis *cod. Fauchet.* || 21 letis **V** lectis **E** latis *BAG* || 24 non uisa **V** Plato u. *Val.* Platon *Hadr. Val.* non inuisa *uel* non indiligenter uisa *uel* nonne uisa *Lumbroso* non incuriose *Pighi* | glorioso **VE** gloriosa *BAG* || 25 sufficili **V** suffragiles **E** subfusci *BA* subfusculi *G* || 26 gracilemniti (c *ex* t *m2*) **V** gracilenti **E***BAG* | a **V** ad **E***SB AG* || 27 eru*bescit (*fu.* n) **V** | si quis **E***BAG*

infitiando tributa plurimas in corpore uibices ostendat. et nulla tormentorum uis inueniri adhuc potuit, quae obdurato illius tractus latroni inuito elicere potuit, ut nomen proprium dicat.

Id autem notum est, ut annales ueteres monstrant, quod Aegyptus 24
omnis sub amicis erat antea regibus, sed superatis apud Actium bello nauali Antonio et Cleopatra prouinciae nomen accepit ab Octauiano Augusto possessa. aridiorem Libyam supremo Apionos regis consecuti sumus arbitrio, Cyrenas cum residuis ciuitatibus Libyae Pentapoleos / Ptolemaei liberalitate suscepimus. euectus longius ad ordinem remeabo coeptorum.

1 infici*endo (*fu.* a) **V** inficiando **E** *B A G* | corpor*e (*fu.* a) **V** | uiuaces **V E** uibices *B A G* || 2 uisi **V** uis **E** *B A G* | obturato ♂ **V** obduratum *B A G* | ullius *B A G* | pactus **V** partus **E** pectus *B A G* tractus *Hadr. Val.* partis *Löfst.* | latrocini* (*fu.* i) **V** latrocinii **E** *S B* latrociniis *G* latroni *Hadr. Val.* || 3 inuito *ex* inuitue (*m2*) **V** inuito **E** inuitum *B A G* | eligere (e *pr. add. m2*) **V** elicere **E** *B A G* || 4 amnales **V** || 5 auitis *Pet. in ind. reiec. Owens* antiquis *Meurig-D.* | actium *ex* actuim **V** || 6 cleopatra (opat *add. m3 in lac. 7 litt.*) **V** | prouintiae ♂ **V** || 7 possesa **V** | aridiora *S B A* aridam *G* | Libyae *B A* | suppraemo **V** | Apionis **E** (App-) *G* obitu *B A* | consenti **V** consecuti **E** *B A G* || 8 artrio ♂ **V** | cynenas **V** *corr. m3* | cun *ex* con (*m3*) **V** cum **E** *S B A G* | lybiae **V** || 9 ptolomei **V E** *B* Ptolemaei *A G* | litteralitate **V** liberalitate **E** *B A G* || 9.10 reme abcoepto; **V** remeabo **E** (coeptum *ante* ordinem *tr.*) r. coeptorum *B A G* || AMMI ANI MARCELLINI (NI *add. sup. lin.*) RERVM GESTARVM., EXPLICIT LIBER. XXII. **V** EIVSDEM AMIANI EXPLICIT LIBER. XXII. INCIPIT. XXIII. **E**

LIBER XXIII

1. Iulianus Augustus templum apud Hierosolyma pridem dirutum frustra instaurare conatur.
2. Arsacem idem Armeniae regem ad bellum Persicum parari iubet et cum exercitu ac Scytharum auxiliis transit Euphratem.
3. Iuliano Augusto per Mesopotamiam iter facienti Saracenarum gentium reguli coronam auream et auxilia ultro offerunt. classis Romana mille et centum nauium adueniens consternit Euphratem.
4. Descriptiones muralium machinarum, ballistae, scorpionis uel onagri, arietis, helepoleos ac malleoli.
5. Iulianus Augustus apud Circesium Aboram flumen cum omnibus copiis ponte nauali transgreditur et milites alloquitur.
6. Describuntur maiores prouinciae XVIII regni Persarum una cum suis quaeque urbibus moresque nationum.

1 Haec eo anno, ut praetereamus negotiorum minutias, agebantur. / Iulianus uero iam ter consul ascito in collegium trabeae Sallustio praefecto per Gallias quater ipse amplissimum inierat magistratum. et uidebatur nouum adiunctum esse Augusto priuatum, quod post Dio-
2 cletianum et Aristobulum nullus meminerat gestum. et licet accidentium uarietatem sollicita mente praecipiens multiplicatos expeditionis apparatus flagranti studio perurgeret, diligentiam tamen ubique diuidens imperiique sui memoriam magnitudine operum gestiens propagare ambitiosum quondam apud Hierosolyma templum, quod post multa et interneciua certamina obsidente Vespasiano posteaque Tito / aegre est oppugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis / negotiumque maturandum Alypio dederat Antiochensi, qui olim
3 Britannias curauerat pro praefectis. cum itaque rei idem fortiter instaret Alypius iuuaretque prouinciae rector, metuendi globi flam-

1 ut *add. BAG* | negotiorum *om. SBG* | per prouincias *post* agebantur *add. BG* || 2 tertio *Her. c. c.* | consulad scito (d *ex* t *m3*) V consule ascito *G* | collegio *SBG* || 3 quarto *Her.* | magistratũ * (*fu.* s; ~*add. m2*) V || 5 aristobolum VE*BA* Aristobulum b_2G || 6 multiplicatos (-os *del. m2*) V || 7 diligentiae *G* | diffidens V diuidens *Hadr. Val.* diffundens *Btl. prob. Pet.* || 9 hierosolima V Hierosolymam E*SBAG* || 10 post itaque V*B* posteaque E*AG* || 11 oppugnatum V *def. Hagend.* expugnatum *G* || 12 -quae V *corr. m3* || 12.13 anthiocensi — curauerat *add.* V*m2 in marg.* || 13 brittanias V*m2* Britannias E*SBAG* || 14 iuuaretquae V *corr. m3*

marum prope fundamenta crebris assultibus erumpentes fecere locum exustis aliquotiens operantibus inaccessum hocque modo elemento destinatius repellente cessauit inceptum.

Isdem diebus legatos ad se missos ab urbe aeterna, clare natos me- 4
ritisque probabilis uitae compertos, imperator honoribus diuersis affecit. et Apronianum Romae decreuit esse praefectum, Octauianum proconsulem Africae, Venusto uicariam commisit Hispaniae, Rufinum Aradium comitem orientis in locum auunculi sui Iuliani recens defuncti prouexit. quibus ut conuenerat ordinatis terrebatur omine 5
quodam, ut docuit exitus, praesentissimo. Felice enim largitionum comite profluuio sanguinis repente exstincto eumque comite Iuliano secuto uulgus publicos contuens titulos Felicem Iulianum Augustumque pronuntiabat. praecesserat aliud saeuum; namque kalendis ipsis 6
Ianuariis ascendente eo gradile Genii templum e sacerdotum consortio quidam ceteris diuturnior nullo pulsante repente concidit animamque insperato casu efflauit, quod astantes, incertum per imperitiam an adulandi cupiditate, memorabant consulum seniori portendi, nimirum Sallustio, sed, ut apparuit, non aetati, sed potestati maiori interitum propinquare monstrabat. super his alia quoque minora 7
signa subinde, quod acciderat, ostendebant. inter ipsa enim exordia procinctus Parthici disponendi nuntiatum est Constantinopolim terrae pulsu uibratam; quod horum periti minus laetum esse pronuntiabant / aliena peruadere molienti rectori ideoque intempestiuo conatu desistere suadebant ita demum haec et similia contemni oportere firmantes, / cum irruentibus armis externis lex una sit et perpetua salutem omni ratione defendere nihil remittente ui moris. isdem diebus nuntiatum

1 adsumptibus **V** assultibus **E** *B A G* || 2 nexcessum hoc quo **V** *B* inaccessum. hocque **E** *A G* | clemento **V** elemento **E** *S B A G* || 3 repellante **V** *corr. m3* | incertum **V** *B* incoeptum opus **E** inceptum *A G* || 4 hisdem **E** *S B* Iisdem *A G* | legatis adiem (m *del. m2*) **V** legatos ad eum **E** *m2* legati Sardinie *S* legatos Sardiniae *B A* l. ad se *G* | dare **V** clare **E** *S B A G* || 5 comperitos **V** compertos **E** *S B A G* || 7 uicari **V** uicario **E** *S B A* uicariam *G* || 8 Arabicum *B* Arabium *G* || 9 ordinatus **V** ordinatis **E** *A G* ordinatius *B* | homine **V** *corr. m3* || 10 felic*e (*fu.* a) **V** || 11 profluuio — comite *om. S B* | extinctum quae **V** extincto, quem **E** e., eumque *A G* | comite[2] *om. G* || 13 processerat **V** *B A* praecesserat **E** *m2* (praecc-) *G* | scaeuum *Brakman* || 14 eo *om. G* | e *ante* ceteris *(l. 15)* **V E** *B G recte pos. A* || 15 concedit **V E** concidit **E** *m2 B A G* consedit *dubit. Cl. c. c. in app.* || 16 inspirato **V E** *B* insperato *S A G* || 18 sallustios et **V** salustio et **E** *m2* Salustius et *S B* Sallustio. et *A* S.: sed *G* | id *post* maiori *add. Cl. in app.* || 19 monstrabant **V E** *B G* monstrabatur *A* monstrabat *Btl. prob. Pet. Harmon* || 23 intempestu uo ♂ **V** || 26 remittente **V E** renitente *S B A G* remittentem *Madv.* | uímoris **V** uim oris **V** *m3* **E** *S* ui moris *B A G def. Thörnell sensu: saluo more prob. Miller* ui mortis *Lind. in adn.* uigoris *Madv.* | Hisdem **E** *S B* Iisdem *A G*

est ei per litteras Romae super hoc bello libros Sibyllae consultos, ut iusserat, imperatorem eo anno discedere a limitibus suis aperto prohibuisse responso.

2 Inter haec tamen legationes gentium plurimarum auxilia pollicentium liberaliter susceptae remittebantur speciosa fiducia principe respondente nequaquam decere aduenticiis adiumentis rem uindicari Romanam, cuius opibus foueri conueniret amicos et socios, si auxilium 2 eos adegerit necessitas implorare. solum Arsacem monuerat, Armeniae regem, ut collectis copiis ualidis iubenda opperiretur, quo tenderet, quid deberet urguere, propere cogniturus. proinde cum primam consultae rationes copiam praebuissent, rumore praecurso hostiles occupare properans terras nondum adulto uere missa per militares 3 numeros expeditionali tessera cunctos transire iussit Euphraten. quo comperto omnes euolant ex hibernis transmissique, ut textus docebat scriptorum, dispersi per stationes uarias aduentum principis exspectabant. ipse autem Antiochiam egressurus Heliopoliten quendam Alexandrum Syriacae iurisdictioni praefecit, turbulentum et saeuum;/ dicebatque non illum meruisse, sed Antiochensibus auaris et contu- 4 meliosis huiusmodi iudicem conuenire. cumque eum profecturum deduceret multitudo promiscua itum felicem reditumque gloriosum exoptans oransque, ut deinde placabilis esset et lenior, nondum ira, quam ex compellationibus et probris conceperat, emollita loquebatur aspe- 5 rius se eos asserens postea non uisurum. disposuisse enim aiebat / hiemandi gratia per compendiariam uiam consummato procinctu Tarsum Ciliciae reuersurum scripsisseque ad Memorium praesidem, ut in eadem urbe cuncta usui congrua pararentur. et hoc haud diu postea contigit. corpus namque eius illuc relatum exsequiarum humili pompa in suburbano sepultum est, ut ipse mandarat.

6 Iamque apricante caelo tertium nonas Martias profectus Hiera-

1 sibillae **V** || 2 eo] hoc *SBG* || 4 aegentium **V** gentium **E** *AG* et gentium *B* || 6 aduenticus **V** aduenticiis **E** *SBAG* || 7 fouere *BAG* | socios *ex* fotios (*m2*) **V** || 9 tendere et *Pet. reiec. Blomgren* || 12 ueremussa **V** uere missa **E** *SBAG* || 13 eufraten (n *ex* m) **V** || 14 transmissaque **V** transmissique **E** *A* transmissa, quae *B* transmissoque *G def. Klotz* || 15 s[cri]ptorum **V** || 18 antiocensibus (n *alt. add. sup. lin. m2*) **V** Antiochiensibus b_1b_2G || 20 promis quantum **V** protinusque tum **E** pronus quantum *SBA* promiscua, itum *G* | exortans **VE** exhortans *SA* exhorans *B* exoptans *G* || 21 ut] ui **V** ut **E** *G om. SBA* | deinde **V** *G* inde **E** *S BA* | iram **V** ira **E** *BAG* || 23 se es se **V** esse *del. Nov.* se es *delendum censemus* || 25 [m]emorium **V** || 26 sui **V** sibi *G* usui *Btl. Kell. Kießl. prob. Pet.* | haut ♂ **V** || 28 suburbana **VE** suburbano *BAG* | ut ipse mandarat *add.* **V** *m2 in marg.* || 29 tertio *BG* | maias **V** Martias *G def. Kell. Klotz Bae.*

polim solitis itineribus uenit. ubi cum introiret ciuitatis capacissimae portas, sinistra porticus subito lapsa subter tendentes quinquaginta milites exceptis plurimis uulneratis tignorum tegularumque pondere magno collisit. unde contractis copiis omnibus Mesopotamiam propere 7 signa commouit, ut fama de se nulla praeuersa — id enim curatius obseruarat — improuisus Assyrios occuparet. denique cum exercitu et Scytharum auxiliis Euphrate nauali ponte transmisso uenit ad Batnas, municipium Osdroenae, ibique illaetabile portentum offendit. / cum enim calonum frequens multitudo ad suscipiendum consuete pa- 8 bulum prope aceruum palearum stetisset impendio celsum — hoc enim modo per regiones illas tales species construuntur — rapientibus multis quassata congeries inclinata est parique exitio quinquaginta obruit homines mole maxima ruinarum.

Maestus exinde digressus uenit cursu propero Carrhas, antiquum 3 oppidum, Crassorum et Romani exercitus aerumnis insigne. unde duae ducentes Persidem uiae regiae distinguntur, laeua per Adiabenam et Tigridem, dextra per Assyrios et Euphraten. ibi moratus 2 aliquot dies, dum necessaria parat et Lunae, quae religiose per eos colitur tractus, ritu locorum fert sacra, dicitur ante aras nullo arbitrorum admisso occulte paludamentum purpureum propinquo suo tradidisse Procopio mandasseque arripere fidentius principatum, si se interisse didicerit apud Parthos. hic Iuliani quiescentis animus agi- 3 tatus insomniis euenturum triste aliquid praesagibat. quocirca et ipse et uisorum interpretes praesentia contemplantes diem secutum, qui erat quartum decimum kalendas Apriles, obseruari debere pronuntiabant. uerum ut compertum est postea, hac eadem nocte Palatini Apollinis templum praefecturam regente Aproniano in urbe conflagrauit aeterna, ubi, ni multiplex iuuisset auxilium, etiam Cumana carmina consumpserat magnitudo flammarum.

1 iteneribus ♂V | introierit V*BA def. Ehrismann* introiret E*G* || 2 partas *ex* portas (*m2*)V portas E*BAG* || 4 con contractis V contractis E*SBAG* | mesopotamiam iam V m. tam *Lind.* iam *del. ut dittogr. Nov.; ante* contractis *colloc. Her.* || 5 accuratius *BAG* || 6 assyros V Assyrios E*SBAG* || 7 eufraten V Euphrate E*G* Euphratem *SBA* || 9 colonum VE calonum E*m2G* colonorum *BA* | consu*ete (*fu.* a) V || 13 moles VE mole *SBAG* | ruminarum VE ruinarum *SB AG* || 14 caras ♂V | antiquum cum (cum *del. m2*) V || 16 hadiabenam V || 17 dextera *SBAG* || 18 aliquod ♂V || 19 situ V*BAG* ritu E *Lind.* || 22 didicent V *corr. m3* || 23 insomnis V insomniis *Lind.* | praesagebat V praesagibat E *Her. Harmon c. c.* (*uel* praesagabat) praesagiebat *BAG* || 24 secuturum *SBG* || 25 aprilis VE*A* Apriles *SBG* || 26 con compertum (con *pr. del.*) V | [est] (*fu.* po) V | haec V hac E *Lind. om. BAG* post haec *Her. reiec. Hagend.* || 28 ne V*BG* cum ne E ni *A* || 29 consumserat V

4 Post quae ita digesta agmina et commeatus omnis generis disponenti imperatori procursatorum aduentu anhelantium etiamtum indicatur / equestres hostium turmas uicino limite quodam perrupto auertisse subito praedas. cuius atrocitate mali perculsus ilico, ut ante cogitauerat, triginta milia lectorum militum eidem commisit Procopio / iuncto ad parilem potestatem Sebastiano comite ex duce Aegypti / isdemque praecepit, ut intra Tigridem interim agerent uigilanter omnia seruaturi, ne quid inopinum ex incauto latere oreretur, qualia multa saepe didicerat euenisse, mandabatque eis, ut, si fieri potius posset, regi sociarentur Arsaci cumque eo per Corduenam et Moxoenam Chiliocomo uberi Mediae tractu partibusque aliis praestricto cursu uastatis apud Assyrios adhuc agenti sibi concurrerent necessitatum articulis affuturi.

6 His ita ordinatis ipse exitu simulato per Tigrim, quod iter etiam re cibaria de industria iusserat instrui, flexit dextrorsus et quieta nocte emensa mane iumentum, quo ueheretur, ex usu poposcit oblatusque ei equus Babylonius nomine ictu torminis consternatus, dum dolorum impatiens uoluitur, auro lapillisque ornamenta distincta conspersit. quo ostento laetior exclamauit plaudentibus proximis Baby-
7 lona humi procidisse ornamentis omnibus spoliatam. et paulisper detentus, ut omen per hostias litando firmaret, Dauanam uenit castra praesidiaria, unde ortus Belias fluuius funditur in Euphraten. / hic corporibus cibo curatis et quiete postridie uentum est ad Callinicum, munimentum robustum et commercandi opimitate gratissimum, ubi diem sextum kalendas, quo Romae Matri deorum pompae celebrantur annales et carpentum, quo uehitur simulacrum, Almonis

1 que **VE***BG* quae *A* || 1.2 disponendi perparo cursatorum (perperam *m3*) **V** praeparato cursatorum **E** disponendi, propero c. *BA* d., procursatorum *G* disponenti *Lind.* principi d. procursatorum *Nov.* d. imperatori p. *Pet.* || 4 cogita erat **V** *corr. m3* cognita erat *SB* c. erant *A* || 5 cummisit **V** *corr. m3* || 6 aegipti **V** || 7 hisdemque *SB* iisdemque *AG* || 8 oriretur *SBAG* || 9 dixerat *BAG* || 10 possit *SBG* | regis octarentur **V** *corr. m3* r. optarentur *S* regi o. *B* | a[r]saci **V** || 12 agente **VE***BA* agenti **E***m2G* | concurrent **V** *corr. m3* concurrunt **E** concurret *SB* concurrerent *A* accurrerent *G* || 14 tigrum **V** Tigrim **E***SBAG* Tigridem *Gdt.* || 14.15 regi uaria **V** rebus uariis *G* re cibaria *Val.* || 17 tormini **VE** torminis *BAG probauimus ut graecism.* torminum *Btl.* || 18 conspexit **V***m3* || 19 extento **V** ostento **E***BAG* | laetiores clamauit **V** laetior exclamauit **V***m3***E** l. clamauit *BAG* || 20 praecidisse **V** *corr. m3* prendisse *SB* || 22 in *add.* **V***m3* || 23 curmisit quiete **V** curatis et quiete **E** *Val.* (**W***m2***N**) accurate refectis *BAG* | post tridie **V** | callinisum **V***BAG* Callinissum **E** Callinicum *Val. in adn.* || 24 rubustum **V** | et *om. SBG* | opiimitate **V** oportunitate **V***m3***E** *Corn. Wirz* opimitate *SBAG def. Meurig-D.* || 25 Apriles *post* kalendas *add. Kießl.* (*Lind. iam adnotau.*) *reiecimus* || 26 salmonis **VE** Almonis *BAG*

undis ablui perhibetur, sacrorum sollemnitate prisco more completa / somno per otium capto exsultans pernoctauit et laetus. luce uero se- 8
cuta profectus exinde per supercilia riparum fluuialium aquis adolescentibus undique conuenis cum armigera gradiens manu in statione quadam sub pellibus mansit; ubi Saracenarum reguli gentium genibus supplices nixi oblata ex auro corona tamquam mundi nationumque suarum dominum adorarunt suscepti gratanter ut ad furta bellorum appositi. dumque hos alloquitur, Xerxis illius potentissimi regis 9
instar classis aduenit tribuno Constantiano cum comite Lucilliano ductante, quae latissimum flumen Euphraten artabant. in qua mille erant onerariae naues ex diuersa trabe confectae commeatus abunde ferentes et tela et obsidionales machinas, quinquaginta aliae bellatrices totidemque ad compaginandos necessariae pontes.

Re ipsa admoneor breuiter, quantum mediocre potest ingenium, / 4
haec instrumentorum genera ignorantibus circumscripte monstrare; / et ballistae figura docebitur prima. ferrum inter axiculos duo firmum 2
compaginatur et uastum in modum regulae maioris extentum, cuius ex uolumine tereti, quod in medio pars polita componit, quadratus eminet stilus extentius recto canalis angusti meatu cauatus et hac multiplici chorda neruorum tortilium illigatus. eique cochleae duo ligneae coniunguntur aptissime, quarum prope unam assistit artifex contemplabilis et subtiliter apponit in temonis cauamine sagittam ligneam spiculo maiore conglutinatam hocque facto hinc inde ualidi iuuenes uersant agiliter rotabilem flexum. cum ad extremitatem ner- 3
uorum acumen uenerit summum, percita interno pulsu a ballista ex oculis auolat interdum nimio ardore scintillans et euenit saepius, / ut, antequam telum cernatur, dolor letale uulnus agnoscat.

Scorpionis autem, quem appellant nunc onagrum, huiusmodi forma 4

1 sollicitate V *corr. m3* | conplecta V *corr. m3* || 4 unde quae V undique E*S BAG* | armiger agradiens V *corr. m3* || 5 suppellibus V *corr. m3* | saracinarum V Saracenarum E *Val.* Sarracenorum *SBA* Saracenorum b_2G || 6 ex *om. SBG* | auri *BG* || 9 classi V *corr. m3* | constiano VE Constantiano E*m2* (*in marg.*) *BAG* || 10 artabant V *def. Bae. Klotz* artabat E*BAG* || 11 contectae V contextae *G def. Klotz* confectae *Momms.* || 12. 13 bellatrites cotidemque ♂ V || 13 potes V *corr. m3* || 14 admoneo V admoneor E*BAG* || 15 circumscriptae V circumscripta E*BAG* || 16 duo V duos V*m3* E*BAG* || 18 ars V pars *Wagn.* || 19 extensius E*B AG* || 20 multiplicis chorda (c *alt. add. sup. lin. m3*) V multiplici corda E multiplice c. *BA* m. chorda b_2 multiplici ch. *G* | illigatum *Köchly Rüstow* | conchleae (n *del. m2 ?*) V | duae E*BAG* || 21 artissime *Momms. Pet. in ind.* || 22 temones VE*B* temonis E*m2AG* || 23 lineam V*B* ligneam E*AG* || 24 agiliterrootabilem (li *add. sup. lin. m2 (?); ro sup. lin. m3*) V agiliter rotabilem E*SBAG* || 25 balista V || 27 laet[a]le V

est. dolantur axes duo quernei uel ilicei curuanturque mediocriter, / ut prominere uideantur in gibbas, hique in modum serratoriae machinae conectuntur ex utroque latere patentius perforati, quos inter per cauernas funes colligantur robusti compagem, ne dissiliat, continen-
5 tes. ab hac medietate restium ligneus stilus exsurgens obliquus et in 5
modum iugalis temonis erectus ita neruorum nodulis implicatur, / ut altius tolli possit et inclinari, summitatique eius unci ferrei copulantur, e quibus pendet stuppea uel ferrea funda, cui ligno fulmentum prosternitur ingens, cilicium paleis confertum minutis ualidis nexibus illigatum et locatum super congestos caespites uel latericios agge- 10
res. nam muro saxeo huiusmodi moles imposita disiectat, quidquid
6 inuenerit, subter concussione uiolenta, non pondere. cum igitur ad concertationem uentum fuerit, lapide rotundo fundae imposito quaterni altrinsecus iuuenes repagula, quibus incorporati sunt funes, explicantes retrorsus stilum paene supinum inclinant. itaque demum 15
sublimis astans magister claustrum, quod totius operis continet uincula, reserat malleo forti perculsum, unde absolutus ictu uolucri stilus et mollitudine offensus cilicii saxum contorquet, quidquid incur-
7 rerit, collisurum. et tormentum quidem appellatur ex eo, quod omnis explicatio torquetur, scorpio autem, quoniam aculeum desuper habet 20
erectum, cui etiam onagri uocabulum indidit aetas nouella ea re, quod asini feri, cum uenatibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, ut perforent pectora sequentium aut perfractis ossibus capita ipsa displodant.

8 Hinc ad arietem ueniemus. eligitur abies uel ornus excelsa, cuius 25
summitas duro ferro concluditur et prolixo, arietis efficiens prominulam speciem, quae forma huic machinamento uocabulum indidit, et sic suspensa utrimque transuersis asseribus et ferratis quasi ex lance

1 querenei **V** quernei **E** *SBAG* | uellica ei **V** uellica **E** uel ilicei *BAG* || 2 hicque **VE** hique *BAG* || 4 dissiliant **V** dissiliat *G* || 5 obliquius *Btl.* || 6 modulis *SBAG* || 8 pendent **VE** *B* pendet *AG* | struppea **V** stuppea **E** stupea *BAG* | ferrea ferrea (ferrea *alt. del.*, funda *add. sup. lin.*) **V** | fulcimentum *BAG* || 10 cospites ♂ **V** || 11 quicquid ♂ **V** || 12 super **V** subter *G* | ante **V** (n *add. sup. lin. m3*) **E** ad **E** *m2SBAG* || 13 fuerit uentum *tr. Nov. c. c.* (*cf. 23, 5, 21*) || 15 penesurinum **V** paene supinum **E** *Hadr. Val.* p. uncinum *BA* penes u. *G* | demum (um *add. sup. lin. m2*) **V** || 17 mallio forti (f *ex* s *m3*) **V** malleo f. **E** *SBAG* | perclausum (a *del. m2*) **V** percussum **E** *G* perclausum *SBA* perculsum *Haupt* || 18 mollitudinem **V** mollitudine **E** *BAG* | quicquid ♂ **V** | inconcurrerit ♂ **V** || 19 conlisorum (li *add. sup. lin. m2*) **V** collisurum **E** *BAG* | quod ex eo *tr.* b_2 *G* quod *om. B* || 20 quō **V** qm̄ **E** cum *SB* quod *A* quoniam *G* || 23 calc[ita]ndo **V** calcitrando **E** *SBAG* || 25 ad *add.* **E** *BAG reiec. Bae. Pighi* | auies **V** *corr. m3* || 26 promi nullam **V** proni ullam **E** prominulam *BAG* || 27 hoc **V** *BA* huic **E** *G* || 28 si **VE** *B* sic *AG*

uinculis trabis alterius continetur, eamque quantum mensurae ratio patitur multitudo retro repellens rursus ad obuia quaeque rumpenda protrudit ictibus ualidissimis instar assurgentis et cedentis cornuti, / qua crebritate uelut reciproci fulminis impetu aedificiis scissis in rimas concidunt structurae laxatae murorum. hoc genere operis, si 9 fuerit exserto uigore discussum, nudatis defensoribus ideoque solutis obsidiis ciuitates munitissimae recluduntur.

Pro his arietum meditamentis iam crebritate despectis conditur 10 machina scriptoribus historicis nota, quam helepolin Graeci cognominamus. cuius opera diuturna Demetrius, Antigoni filius regis, / Rhodo aliisque urbibus oppugnatis Poliorcetes est appellatus. aedificatur autem hoc modo: testudo compaginatur immanis axibus roborata longissimis ferreisque clauis aptata et contegitur coriis bubulis / uirgarumque recenti textura atque limo asperguntur eius suprema, / ut flammeos detrectet et missiles casus. conseruntur autem eius fron- 12 talibus trisulcae cuspides praeacutae ponderibus ferreis graues, qualia nobis pictores ostendunt fulmina uel fictores, ut, quidquid petierit, aculeis exsertis abrumpat. hanc ita ualidam molem rotis et funibus 13 regens numerosus intrinsecus miles languidiori murorum parti uiribus admouet concitis et, nisi desuper propugnantium ualuerint uires, collisis parietibus aditus patefacit ingentes.

Malleoli autem, teli genus, figurantur hac specie: sagitta est can- 14 nea inter spiculum et harundinem multifido ferro coagmentata, quae in muliebris coli formam, quo nentur lintea stamina, concauatur uentre subtiliter et plurifariam patens atque in alueo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento. et si emissa lentius arcu inualido — arcus 15 ictu enim rapidiore exstinguitur — haeserit usquam, tenaciter cre-

1 trabes **VE***BA* trabis **E***m2G* | alternis *BA* || 2 altitudo **V** multitudo *G* | iobina **VE** obuia *BAG* || 3 ualidissim[i]s **V** | caedentis **V***BAG* cadentis **E** cedentis *Val. in adn.* (**N**) *Btl.* | armati **V** arietis *Val. in adn.* (**N**) cornuti *Cl.* (*uel* arietis cornuti *in app.*) || 4 fluminis *Pet. def. Damsté* | ruinas *Pet.* || 5 laxata emurorum ♂ **V** || 6 nudatis uallo defensoribusque solutis *B* n. u. defensoribus, ideoque s. *A* nudato u. d. solutisque *G* *lac. post* defens. *indic. Cl. reiecimus* moenibus *post* defens. *add. Her.* muris *Nov.* turribus *Brakman* || 7 minutissimae **VE** munitissimae *SBAG* || 8 machinamentis *BAG* || 9 haelepolini **V** Helepolim **E***G* Heliopolim *SB* Helipolim *A* | cognominant *BG* || 10 regis *om. SBG* || 11 rodo **V** | polior caecis (*?*) (caecis *del.*, chites *add. sup. lin. m3*) **V** poliorchitis **E** Poliorcetes *BAG* || 14 suppraema **V** || 15 aut **V** ut **E***BAG* | detractet *SBG* | Conferuntur *G* || 17 quicquid ♂ **V** || 18 potis **V** portis **E** rotis **E***m2A* palis *BG* || 19 numerosis *BG* || 21 patefecit *SBG* || 22 figuratur **V** figurantur *G* || 25 albeo **V** alueo **E***SBAG* || 26 suscepit **VE** suscipit **E***m2BAG* | sic *G* | arcus **V** *restituimus om.* **E***AG* igitur *B* || 27 rapidore **V***B* rapidiore **E***AG* | si haeserit *G*

mat aquisque conspersa acriores excitat aestus incendiorum nec remedio ullo quam superiacto puluere consopitur. hactenus de instrumentis muralibus, e quibus pauca sunt dicta. nunc ad rerum ordinem reuertamur.

5 Ascitis Saracenorum auxiliis, quae animis obtulere promptissimis, / tendens imperator agili gradu Cercusium principio mensis Aprilis ingressus est, munimentum tutissimum et fabre politum. cuius moenia Abora et Euphrates ambiunt flumina uelut spatium insulare fingen-
2 tes. quod Diocletianus exiguum ante hoc et suspectum muris turribusque circumdedit celsis, cum in ipsis barbarorum confiniis interiores limites ordinaret, documento ... per Syriam Persa/ ita, ut paucis ante
3 annis cum magnis prouinciarum contigerat damnis namque cum Antiochiae in alto silentio scaenicis ludis mimus cum uxore immissus e medio sumpta quaedam imitaretur populo uenustate attonito, coniunx „nisi somnus est", inquit, „en Persae", et retortis plebs uni- uersa ceruicibus exacerbantia in se tela declinans spargitur passim. / ita ciuitate incensa et obtruncatis pluribus, qui pacis more palabantur effusius, incensisque locis finitimis et uastatis onusti praeda hostes ad sua remearunt innoxii Mariade uiuo exusto, qui eos ad suorum interitum ciuium duxerat inconsulte. et haec quidem Gallieni tempo- ribus euenerunt.

4 Iulianus uero dum moratur apud Cercusium, ut per naualem Aborae pontem exercitus et omnes sequellae transirent, litteras tristes Sallusti Galliarum praefecti suscepit orantis suspendi expeditionem in Parthos obtestantisque, ne ita intempestiue nondum pace numinum
5 exorata irreuocabile subiret exitium. posthabito tamen suasore cautissimo fidentius ultra tendebat, quoniam nulla uis humana uel uirtus meruisse umquam potuit, ut quod praescripsit fatalis ordo non fiat.

1 acriore **V** acriores **E** *G* acrior *SBA* || 2 superiaeto **V** *corr. m3* || 8 aboraetora **V** abor et ora **E** Orogora *B* Abora et *AG* | eufrates **V** | ambunt **V** ambiunt **E** *SB AG* | fi[n]gentes (n *m3*) **V** || 9 antehac *AG def. Kießl.* | susceptum miris **V** s. muris **E** *B* suspectum, m. *AG def. Kießl. Meurig-D.* || 10 in *om.* **E** *SBG* || 11 e documento **VE** est d. *BA* ne uagarentur *G* ne discurrerent *Kießl. lac. indic. Cl.* documento recenti perterritus, ne uagarentur *Her. prob. Gichon* d. ne u. *Češka* || 13 mimos **VE** mimus *BAG* | e] in **V** è *G* || 14 medium *BA* || 15 inquid **V** || 16 exacerbantia **V** *restit. Sey.* exaceruantia *G* exuberantia *Madv.* directa uibrantia *Corn.* ex arce uolantia *Pet.* ex acie ruentia *Nov.* | cela ♂ **V** || 17 ita (ta *add. sup. lin. m2*) **V** || 18 honustis (u *ex* o *m3*) **V** onustus **E** honusti *B* onusti *AG* | hostis **VE** hostes *BAG* || 19 mareade uiuo **VE** *A* Mereadeiuno *SB* Mereade uiuo *G* || 22 cercustum *ex* cercustus **V** Cercusium **E** *SBAG* | abore **VE** ab ore *S* ab ora *B* Aborae *AG* || 23 transiret **V** *BG* transirent **E** *A* || 27 ultro **V** *BA* ultra **E** *G* | qũõ **V** quando **E** cum *BA* quoniam *G*

statimque transgressus pontem auelli praecepit, ne qui militum ab agminibus propriis reuertendi fiducia remaneret. pari sorte hic quoque 6
omen illaetabile uisum est apparitoris cuiusdam cadauer extentum / carnificis manu deleti, quem praefectus Salutius praesens ea re supplicio capitali damnarat, quod intra praestitutum diem alimentorum augmentum exhibere pollicitus casu impediente frustratus est. sed miserando homine trucidato postridie aduenit, ut ille promiserat, / alia classis abunde uehens annonam.

Profecti exinde Zaithan uenimus locum, qui olea arbor interpre- 7
tatur. hic Gordiani imperatoris longe conspicuum uidimus tumulum, / cuius actus a pueritia prima exercituumque felicissimos ductus et insidiosum interitum digessimus tempore competenti. ubi cum pro 8
ingenita pietate consecrato principi parentasset pergeretque ad Duram, desertum oppidum, procul militarem cuneum conspicatus stetit immobilis eique dubitanti, quid ferrent, offertur ab eis immanissimi corporis leo, cum aciem peteret multiplici telorum iactu confossus. quo omine uelut certiore iam spe status prosperioris elatus exsultantius cedebat, sed incerto flatu fortunae aliorsum prorupit euentus. obitus enim regis portendebatur, sed cuius, erat incertum. nam et 9
oracula dubia legimus, quae non nisi casus discreuere postremi, ut fidem uaticinii Delphici, quae post Halyn flumen transmissum maximum regnum deiecturum praedixerat Croesum, et aliam, quae Atheniensibus ad certandum contra Medos oblique destinauerat mare, / sortemque his posteriorem, ueram quidem, sed non minus ambiguam:
aio te Aeacida Romanos uincere posse.

Etrusci tamen haruspices, qui comitabantur gnaros prodigialium 10
rerum, cum illis procinctum hunc saepe arcentibus non crederetur, / prolatis libris exercitualibus ostendebant signum hoc esse prohibi-

1 nequi V E *G def. Kell.* ut qui *SB* ne qua *A* ne cui *Val.* || 4 salu[st]ius V E *B* Sallustius *A G* Salutius *Pet. Momms.* || 5 damnaret *B* damnauerat *G* || 6 casus V casu E *A* causa *BG* || 7 posttridie V || 8 rhens V uehens E *B A G* ferens *Her.* || 9 Zathan E Zaitan *S B A G* | ad locum (ad *del. m2*) V ad locum E || 13 pergeret*que V || 14 cumeum V cuneum E *S B A G* || 17 homine V omine E *B A G* | spectatos V spe actus *ex* spectato actus E *m2* spectaculi *B A G* spe status *Val. in adn. Btl.* spe elatus prosperiorum *Kießl. reiec. Günther* || 18 cedebat V E *B G def. Chalmers* incedebat *A* | fatu V E fato *B A G* flatu *Kießl. Michael* || 19 protendebatur V *B* portendebatur E *A G* || 20 describere V descripsere E *A* describerem *S B* discreuere *G* | postrem V postremi E *A G om. S B* || 21 alyn V || 22 deleturum E *dubit. Her.* diiecturum *S* disiecturum *B G* | cryssum V Cyrum E Cresum *S B* Croesum *A G* | aliae V E alia *B A* aliar *G* || 24 ueram q *ante* ueram *add.* V *m2, tunc eras.* || 26 comitaliantur V *corr. m3* | gnarus V *B* gnari E *A G* gnaros *Momms.* | prodigiarum V E prodigalium *B* prodigialium *A G* || 28 ritualibus *B A G*

torium principique aliena licet iuste inuadenti contrarium. sed calcabantur philosophis refragantibus, quorum reuerenda tunc erat auctoritas errantium subinde et in parum cognitis perseuerantium diu. / etenim ut probabile argumentum ad fidem implendam scientiae suae / id praetendebant, quod et Maximiano antehac Caesari cum Narseo Persarum rege iam congressuro itidem leo et aper ingens trucidati simul oblati sunt, et superata gente discessit incolumis illo minime contemplato, quod aliena petenti portendebatur exitium et Narseus primus Armeniam Romano iuri obnoxiam occuparat. secuto itidem die, qui erat septimum idus Apriles, sole uergente iam in occasum / ex parua nubicula subito aere crassato usus adimitur lucis et post minacem tonitruum crebritatem et fulgorum Iouianus nomine miles ex caelo tactus cum duobus equis concidit, quos potu satiatos a flumine reducebat. eoque uiso harum rerum interpretes arcessiti interrogatique etiam id uetare procinctum fidentius affirmabant fulmen consiliarium esse monstrantes; ita enim appellantur, quae dissuadent aliquid fieri uel suadent. ideoque hoc nimis cauendum, quod militem celsi nominis cum bellatoriis iumentis exstinxit, et hoc modo contacta loca nec intueri nec calcari debere fulgurales pronuntiant libri. / contra philosophi candorem ignis sacri repente conspecti nihil significare aiebant, sed esse acrioris spiritus cursum ex aethere aliqua ui ad inferiora detrusum aut, si exinde praenoscitur aliquid, incrementa claritudinis imperatori portendi gloriosa coeptanti, cum constet flammas suapte natura nullo obstante ad sublimia conuolare.

Fracto igitur, ut ante dictum est, ponte cunctisque transgressis / imperator antiquissimum omnium ratus est militem alloqui sui rectorisque fiducia properantem intrepide. signo itaque per lituos dato, / cum centuriae omnes et cohortes et manipuli conuenissent, ipse aggere

1 inuadendi V inuadenti E *BAG* | calcabuntur V calcabantur E *BAG* || 2 philosophi V philosophis E *BAG* || 3 serrantium V certantium E asserentium *BA* errantium *G* || 5 Narse *SBG* || 7 cente V gente E *SBAG* | incolomis V || 8 contemplate V contemplante E *SBA* contemplato *G* | Narses *BG* || 9 uiri VE iuri *SBAG* || 10 aprilis V April. *G* || 12 de *add. Lind.* ex *Cl.* || 13 concedit V concidit E *BAG* || 14 quo uiso *BG* | arcessit V arcessiti E *Val.* accersit *BG* accersiti *A* || 15 consiliatrium VE consiliarium *BAG* || 17 nemis *ex* nimis (*m2*) V *corr. m3* || 19 fulguralis V *corr. m3* || 20 philosofi *ex* philosifi V || 21 aerioris ♂ V | uia V ui *Val. in adn.* || 23 potendi V *corr. m3* || 24 optante VE *BA* opstante V *m3* obstante *G* | su[bl]imia V | conualere V conuolare E *BAG* || 25 Praetor VE *B* perfecto E *m2* (*in marg.*) *C. F. W. M.* Peracto *AG def. Klotz* fracto *Momms. def. Klein Chalmers* parato *Nov.* | cuncti quae V cunctisque E *SBAG* || 26 anto quissimum ♂ V || 27 liquos V lituos E *AG* reliquos *SB* || 28 manip*uli (*fu.* a) V | aggeri *Cl. in app.*

glebali assistens coronaque celsarum circumdatus potestatum talia ore sereno disseruit fauorabilis studio concordi cunctorum:

„Contemplans maximis uiribus et alacritate uos uigere, fortissimi 16
milites, contionari disposui docturus ratione multiplici non nunc primitus, ut maledici mussitant, Romanos penetrasse regna Persidis. / namque ut Lucullum transeam uel Pompeium, qui per Albanos et Massagetas, quos Alanos nunc appellamus, hac quoque natione perrupta uidit Caspios lacus, Ventidium nouimus Antoni legatum strages per hos tractus innumeras edidisse. sed ut a uetustate discedam, / 17
haec, quae tradidit recens memoria, replicabo. Traianus et Verus, / Seuerus hinc sunt digressi uictores et tropaeati redissetque pari splendore iunior Gordianus, cuius monumentum nunc uidimus honorate, / apud Resainan superato fugatoque rege Persarum, ni factione Philippi praefecti praetorio sceleste iuuantibus paucis in hoc, ubi sepultus est, loco uulnere impio cecidisset. nec errauere diu manes eius inulti, / quod ueluti librante iustitia omnes, qui in eius ... conspirauere, cruciabilibus interiere suppliciis. et illos quidem uoluntas ad altiora pro- 18
pensiores subire impulit facinora memoranda, nos uero miseranda recens captarum urbium et inultae caesorum exercituum umbrae et damnorum magnitudines castrorumque amissiones ad haec, quae

3 alacitate ♂V | uos *om.* E*SB* | uiuigere (ui *pr. del. m2*) V || 4 concionari V || 5 maledicimus sitanti VE m. antiquos E*m2* maledici mussant sed antea *B* m. mussitant s. a. *A* m. m. *G* | ramos ♂V | paene tra[s]se (e *ult. ex* o *m2*) V | persides V || 7 quo salanus V *corr. m3* | apellamus V | haec ♂V || 8 uidit V adiuit *Haupt* | caspius VE*B* Caspios *AG* || 9 enu*merassediedisse (**ju.* m; s *pr. add.*, e *quart. del. m2*) V innumeras edidisse E*AG* enumerasse uidisse *S* innumeras u. *B* || 10 rei *post* recens *del.*, memoria *add. sup. lin.* (*m2*) V | [rep]licabo V | Verus] *om.* E *Klotz* reuersus *S* rursus *BAG* || 11 ac *ante* Seuerus *add. Val. in textu*, et *in adn. reiec. Blomgren* | hic V hinc E*BAG* | trophaeati E*SBAG* || 13 aput ♂V | Resainam E Tessaliam *S* Thessalia *B* Rhesaenan *A* || 14 p[rae]fecti V || 15 um pio ♂V | caecidisset (ci *add. sup. lin. m2*) V | eritauere ♂V || 16 uelut elabrente (r *del. m2*) V u. elaborante E u. elabente *SB* u. illabente *A* u. clarente *G* ueluti librante *Kießl.* uelut deliberante *Pet.* u. relabente *uel* u. facta librante *Nov.* | in eius VE in eum *BAG* in eius necem *Kießl.* perniciem *post* conspirauere *add. Nov. prob. Bae. lac. indic. Cl.* || 17 aut (u *del. m2*) V *om.* E ad *SBAG* | propensiore V propensior E*BAG* propensiores *Pet.* || 18 obire *dubit. Cl. in app.* | facinora** V | miseranda regens V (m. *defendimus cum Gron. ut neutr. pl.* m. recens E*BAG* m. species r. *Val. in adn.* m. strages *Hadr. Val. in adn.* miserandae preces *Kell.* m. excidia *C. F. W. M. lac. post* miseranda *indic. Cl.* ruina *add. Brakman* || 19 spectacula *post* urbium *add. Corn.* fata *Nov.* busta *Walter* | euercituum V *corr. m3* | umbra V*BA* umbrae E*G* || 20 carorumque VE*G* carrorumque *BA* castrorumque *Hadr. Val. prob. Sey.* | amissionem ♂V

proposuimus, hortantur uotis omnium sociis, ut medeamur praeteritis / et roborata huius lateris securitate re publica, quae de nobis magni-
19 fice loquatur posteritas, relinquamus. adero ubique uobis adiumento numinis sempiterni, imperator et antesignanus et conturmalis ominibus secundis, ut reor. at si fortuna uersabilis in pugna me usquam fuderit, mihi uero pro Romano orbe memet uouisse sufficiet ut Curtii Muciique ueteres et clara prosapia Deciorum. abolenda nobis natio molestissima, cuius in gladiis nondum nostrae propinquitatis exaruit
20 cruor. plures absumptae sunt maioribus nostris aetates, ut interirent radicitus, quae uexabant. deuicta est perplexo et diuturno Marte Carthago, sed eam dux inclutus timuit superesse uictoriae. euertit funditus Numantiam Scipio post multiplices casus obsidionis emensos. Fidenas, ne imperio subcrescerent aemulae, Roma subuertit, et Faliscos ita oppressit et Veios et suadere nobis laborat monumento-
21 rum ueterum fides, ut has ciuitates aliquando ualuisse credamus. haec ut antiquitatum peritus exposui; superest, ut auiditate rapiendi posthabita, quae insidiatrix saepe Romani militis fuit, quisque agmini cohaerens incedat, cum ad necessitatem congrediendi fuerit uentum / signa propria secuturus sciens, quod, si remanserit usquam, exsectis cruribus relinquetur. nihil enim praeter dolos et insidias hostium uereor
22 nimium callidorum. ad summam polliceor uniuersis rebus post haec prospere mitigatis absque omni praerogatiua principum, qui, quod dixerint uel censuerint, pro potestate auctoritatis iustum esse existimant, rationem me recte consultorum uel secus, si quis exegerit,
23 redditurum. quocirca erigite iam nunc, quaeso, erigite animos uestros / multa praesumentes et bona aequata sorte nobiscum, quidquid occur-

1 uti somnium V *lac. 18 litt.* (uti somnium sociis *om.*) E ut somnium *S* ut solatium *BA* ut solemur *G* uotis omnium *Hadr. Val. in adn.* | socios *G* || 2 honorata V roborata *C. F. W. M. Corn.* || 3 loquebatur VE*B* loquatur *AG* || 4 nominis VE*B* numinis *AG* | sempiternum V sempiterni E*AG* sempiterno *SB* | ante signa nos V antesignanis E*m2* antesignanus *BAG* | omnibus VE*A* ominibus *BG* || 5 [at] V || 6 uobisse V *corr. m3* || 7 muciique teres V M. celebris E M. tres *BG* M. Veteres *A* || 9 sumptae ♂ V || 10 radicetus (e *ex* i *m2*) V | marthe V *corr. m3* || 11 dũ V dum E*SBAG* dux *Val.* | uictor *G* || 14 beios V *corr. m3* | et[2]] ut E*BG* | laboret b_2G || 16 sapere est VE*BA* superest b_2G || 19 hi signa quam (quam *del. m2*) V hi s. E his s. *SBA* signa *G* | propria secuturus sciens quod remanserit usquam *add.* V*m2 in marg.* si *ante* remanserit *add. G* qui *Eyss.* | exsectis V (i *ex* u *m2*) E exectis *SG* exceptis *BA* || 20 fruribus V funibus E furibus *SBA* cruribus *G* | relinquitur V relinquetur *G* || 22 mi*tigatos (*fu.* t) V gestis mitigatos E m. *SB* mitigatis *AG* administratis *Corn.* || 23 censuerint (e *alt. add. m2*; u *del. m3*) V censuerint E*SBAG* || 24 me *om. SBAG* || 25 erigite[1]] erigite a (e *alt. add.*, a *del. m2*) V | iam *om. SBG* || 26 bona et *tr. G* | quicquid *ex* quidquid (*m3*) V

rerit, difficile subituri et coniectantes aequitati semper solere iungi uictoriam."

Conclusa oratione ad hunc gratissimum finem ductoris gloria proe- 24
liator miles exsultans speque prosperorum elatior sublatis altius
scutis nihil periculosum fore uel arduum clamitabat sub imperatore
plus sibi laboris quam gregariis indicente. maxime omnium id numeri 25
Gallicani fremitu laetiore monstrabant memores aliquotiens eo duc-
tante perque ordines discurrente cadentes uidisse gentes aliquas, alias
supplicantes.

Res adigit huc prolapsa ut in excessu celeri situm monstrare Persi- 6
dis descriptionibus gentium curiose digestis, in quibus aegre uera
dixere paucissimi. quod autem erit paulo prolixior textus, ad scien-
tiam proficiet plenam. quisquis enim affectat nimiam breuitatem, /
ubi narrantur incognita, non quid signatius explicet, sed quid de-
beat praeteriri scrutatur.

Hoc regnum quondam exiguum multisque antea nominibus appel- 2
latum ob causas, quas saepe rettulimus, cum apud Babylona Magnum
fata rapuissent Alexandrum, in uocabulum Parthi concessit Arsacis, /
obscure geniti, latronum inter adolescentiae rudimenta ductoris, /
uerum paulatim in melius mutato proposito clarorum contextu facto-
rum aucti sublimius. qui post multa gloriose et fortiter gesta superato 3
Nicatore Seleuco, eiusdem Alexandri successore, cui uictoriarum cre-
britas hoc indiderat cognomentum, praesidiisque Macedonum pulsis /
ipse tranquillius agens temperator oboedientium fuit et arbiter lenis.
denique post finitima cuncta ui uel aequitatis consideratione uel metu 4
subacta ciuitatum et castrorum castellorumque munimentis oppleta
Perside assuefactaque timori esse accolis omnibus, quos antea for-
midabat, medium ipse agens cursum aetatis placida morte decessit.
certatimque summatum et uulgi sententiis concinentibus astris, ut
ipsi existimant, ritus sui consecratione permixtus est omnium pri-
mus. unde ad id tempus reges eiusdem gentis praetumidi appellari 5
se patiuntur Solis fratres et Lunae, utque imperatoribus nostris

1 difficiles V difficile E *G* difficilis *BA* || 4 prosperū VE in prosperum *BAG* prosperorum *Val. def. Sey.* || 6 indicanti V uindicanti E indicenti *BA* indicente *G* || 8 discurrentes V *B* discurrente E *AG* || 10 adegit V adigit *Pet.* | huc] ut V huc *G* || 11 descriptoribus VE *G* de scr. *S* à scr. *BA* descriptionibus *Pet.* | digestis V digestum E *B* d., è *AG* digestis, in *Pet.* || 13 proficet ♂ V || 14 et V *BA* sed E *G* || 17 retulimus V || 18 ar[s]achis V || 19 obscuro gen. loco *dubit. Cl. in app.* | doctoris VE *B* ductoris *AG* || 21 aucti* (*fu.* s) V || 22 nicanore V *m3* E *SBA* || 23 qu*e (*fu.* a) V | macedorum ♂ V | pul[s]is V || 27 acco*lis (*fu.* l) V || 28 ipse medium *tr. SBAG* || 31 regis ad VE reges *BAG*

Augusta nuncupatio amabilis est et optata, ita regibus Parthicis, / abiectis et ignobilibus antea, incrementa dignitatum felicibus Arsacis
6 auspiciis accessere uel maxima. quam ob rem numinis eum uice uenerantur et colunt eo usque propagatis honoribus, ut ad nostri memoriam non nisi Arsacides, si sit usquam, in suscipiendo regno cunctis anteponatur et in qualibet ciuili concertatione, quae assidue apud eos eueniunt, uelut sacrilegium quisque caueat, ne dextra sua Arsaciden arma gestantem feriat uel priuatum.

7 Satisque constat hanc gentem regna populis ui superatis compluribus dilatasse ad usque Propontidem et Thracias, sed alte spirantium ducum superbia licenter grassantium per longinqua aerumnis maximis imminutam, primo per Cyrum, quem Bospori fretum cum multitudine fabulosa transgressum ad internecionem deleuit Tomyris, /
8 regina Scytharum, ultrix acerrima filiorum, deinde cum Dareus posteaque Xerxes Graeciam elementorum usu mutato aggressi cunctis paene copiis terra marique consumptis uix ipsi tutum inuenere discessum, ut bella praetereamus Alexandri ac testamento nationem omnem in successoris unius iura translatam.

9 Quibus peractis transcursisque temporibus longis sub consulibus et deinceps in potestatem Caesarum redacta re publica nobiscum hae nationes subinde dimicarunt paribusque momentis interdum, aliquotiens superatae nonnumquam abiere uictrices.

10 Nunc locorum situm, quantum ratio sinit, carptim breuiter absoluam. hae regiones in amplitudines diffusae longas et latas ex omni latere insulosum et celebre Persicum ambiunt mare, cuius ostia adeo esse perhibentur angusta, ut ex Harmozonte, Carmaniae promuntu-

2 arracis **V** *corr. m3* || **3** nominis **V** numinis **E** *BAG* | uicem **VE** uice *BAG* || **4.5** memoriam non nisi **V** m. aeui, si *Madv.* m. temporis, si *Nov.* m., si nomine *Cl. in app.* || **5** issitus quam **VE** ascitus qui *BA* sit, quisquam *G* is sit, q. *Hadr. Val.* sit usquam *Madv. Nov. Cl. in app.* si sit u. *Her.* || **6** conceratione ♂**V** | assidue] quotidie *SBG* || **7** uelut] uel *SB* ut *G* || **9** fatisque **V** *corr. m3* | suis superatis (i *ult. ex* u) **V** ui s. *G* suis *del. ut dittogr. Nov.* || **10** proponit idem **V** Propontidem **E** *SBAG* || **12** Bosphori **V** *m3BAG* Bosfori **E** *S* || **13** Tamyris **V** *m3* **E** || **14** regna **V** *corr. m3* | clareus ♂**V** Darius **E** b_2 *G* || **15** usum ut auto adgressi **V** usu adauto a. **E** usum ut aut coadgressis *S* usu, ut exhauserit congressi *BA* usu mutato aggressi *G* || **16** totum inuenire **VE** t. munire *S* tutum munere *B* t. inuenere *AG* || **17** alexandrinae **V** Alexandri **E** *A* A. in *SB* Alexandrina, et *G* Alexandri et *Hadr. Val.* A. ac *Her.* || **20** hae] eae *BAG* || **22** abire **V** aliere **E** abiere *BAG* || **23** breuiter **VE** *BG def. Blomgren* breuiterque *A* || **24** haec ♂**V** | in *ex* im (*m2*) **V** || **25** persiccum **V** | hostia **VE** ostia *SBAG* || **26** ex **V** ut ex **E** *AG* et *SB* | amazonta **VE** Armuzonta *BA* Harmozonta b_2*G* Harmozonte *Wagn. Btl.* | carminiae **V** *corr. m3* | promuntorio **VE** promontorio *SBAG*

rio, contra oppositum aliud promunturium, quod appellant incolae Maces, sine impedimento cernatur. quibus angustiis permeatis, cum 11 latitudo patuerit nimis extensa, † qua nauigatio ad usque urbem Teredona porrigitur, ubi post iacturas multiplices pelago miscetur Euphrates, omnisque sinus dimensione litorea in numerum uiginti milium stadiorum uelut spatio detornato finitur, cuius per oras omnes oppidorum est densitas et uicorum nauiumque crebri discursus. ergo 12 permeatis angustiis ante dictis uenitur ad Carmaniae sinum orienti obiectum. inde longo interuallo Canthicus nomine panditur sinus australis, haud procul inde alius, quem uocant Chaliten, occiduo obnoxius sideri. hinc praestrictis pluribus insulis, e quibus paucae sunt notae, Indorum mari iunguntur oceano, qui feruentem solis exortum suscipit omnium primus, ipse quoque nimium calens. utque geo- 13 graphici stili formarunt, hac specie distinguitur omnis circuitus ante dictus. ab arctoo cardine ad usque Caspias portas Cadusiis conterminat et Scytharum gentibus multis et Arimaspis hominibus luscis et feris. ab occidua plaga contingit Armenios et Nifaten et in Asia sitos Albanos, mare rubrum et Scenitas Arabas, quos Saracenos posteritas appellauit; Mesopotamiam sub axe meridiali despectat; orienti a fronte contrarius ad Gangen extenditur flumen, quod Indorum intersecans terras in pelagus eiectatur australe.

Sunt autem in omni Perside hae regiones maximae, quas uitaxae, id 14 est magistri equitum, curant et reges et satrapae, nam minores plurimas recensere difficile est et superfluum: Assyria, Susiana, Media, Persis, Parthia, Carmania maior, Hyrcania, Margiana, Bactriani, Sogdiani, Sacae, Scythia infra Imaum et ultra eundem montem Serica, Aria, Paropanisadae, Drangiana, Arachosia et Gedrosia.

1 promuntorium **VE** promontorium *SBAG* || 3 nemis *ex* nimis (*m2*) **V** *corr. m3* | extensa qua **V** extensa, *G* e. aequa *Pet.* e. uacua *Her.* e. aquarum *Walter* || 4 iacturus **V** *corr. m3* || 5 omnesque **V***B* omnsque **E** omnisque *AG* || 6 spetio ♂ **V** || 8 armeme sinum **V** Armeniae sinus **V***m3* A. sinum **E***SBAG* Carmaniae *Btl. Gdt.* || 9 *post* interuallo *interpunxit Gdt. post* obiectum *Pet. def. Harmon* inde longo *add. Her.* | cantichus **V***G* Canticus **E***S* Cataonius *BA* Elaniticus *Hadr. Val. in adn.* Gangeticus *Tomaschek* Canthicus *Her.* || 10 haut **V** *corr. m3* | chalitim ♂ **V** Caliten **E***SBA* Chaliten *G* || 12 nocte ♂ **V** || 13 nemium *ex* nimium (*m2*) **V** *corr. m3* || 14 firmarunt *Pet.* | hae **V** hac **E***SBAG* || 15 artoo **V** | usque ad ♂ **V** | cadus eis **V** Cadusiis *G* || 16 omnibus lucis **V** hominibus luscis *G* || 17 occidaa ♂ **V** || 19 mo eso potamiam (o *pr. del. m2*) **V** | meridali **V** meridionali **E***b*$_2$*G* Meridiali *SBA* || 22 omnes **V***B* omni **E***AG* | haec **V** hae **E***SG* eae *BA* | maxime ♂ **V** || 26 infra Imaum et *add. Gdt.* infra I. et Scythia *tr. Blomgren* | eundem] Emodem *G* Emodon *Gron. in adn.* || 27 paro panis adcon **VE** Paropagnisadocon *S* Paropagnisades *B* Paropamissades *A* Paropanisadae *G* | cedrusia **V** cedrosia **V***m3* Gedrosia *AG*

15 Citra omnes propinqua est nobis Assyria, celebritate et magnitudine et multiformi feracitate ditissima. quae per populos pagosque amplos diffusa quondam et copiosa ad unum concessit uocabulum et nunc omnis appellatur Assyria, ubi inter bacarum uulgariumque abundantiam frugum bitumen nascitur prope lacum nomine Sosingiten, cuius alueo Tigris uoratus fluensque subterraneus percursis spatiis longis
16 emergit. hic et naphtha gignitur picea specie glutinosa, similis ipsa quoque bitumini, cui etiam si auicula insederit breuis, praepedito uolatu submersa penitus euanescit. et cum hoc liquoris ardere coeperit genus, nullum inueniet humana mens praeter puluerem exstinguendi commentum.

17 In his pagis hiatus quoque conspicitur terrae, unde halitus letalis exsurgens, quodcumque animal proxime steterit, odore graui consumit. quae lues oriens a profundo quodam puteo cum os eius excesserit latum, ante quam sublimius uagaretur, terras circumsitas inha-
18 bitabiles acerbitate fecisset. cuius simile foramen apud Hierapolim Phrygiae antehac, ut asserunt aliqui, uidebatur. unde emergens itidem noxius spiritus perseueranti odore, quidquid prope uenerat, corrumpebat absque spadonibus solis, quod qua causa eueniat, rationi-
19 bus physicis permittatur. apud Asbamaei quoque Iouis templum in Cappadocia, ubi amplissimus ille philosophus Apollonius traditur natus, prope oppidum Tyana stagno effluens fons cernitur, qui magnitudine aquarum inflatus seseque resorbens numquam extra margines intumescit.

20 Intra hunc circumitum Adiabena est Assyria priscis temporibus uocitata longaque assuetudine ad hoc translata uocabulum ea re, quod inter Onam et Tigridem sita nauigeros fluuios adiri uado num-
21 quam potuit; transire enim diabenin dicimus Graeci. et ueteres quidem hoc arbitrantur, nos autem didicimus, quod in his terris amnes sunt

1 propinquae ♂ V | nobilis V nobis *Hadr. Val.* || 3 copios V copiosa V*m3* E *S BAG* copiosos *Pet.* || 4 uulcariumque V || 6 albeo V *corr. m3* || 7 naptali V natalis E naphtha *BAG* | species *Pet.* || 9 subuersa V submersa *G* || 10 fuluerem *ex* puluerem (*m2*) V *corr. m3* | extinguendi (u *del. m2*) V extinguendi E *SB AG* || 14 luens (n *del. m2*) V || 14.15 excessit, si in latum ante *Madv.* latum si diffunderetur a. *Nov.* || 16 aceruitate V *corr. m3* | aput V *corr. m3* || 17 frygiae V | mergens V *def. Pighi* emergens E *BAG* || 18 quicquid (c *ex* d *m3*) V || 19 solis] Gallis *Kell. Hartke* | quot V *corr. m3* | causae ueniat V *corr. m3* || 20 fysicis V || 22 prope] apud E *SBAG* | stagnum VE stagno *BAG* || 25 iuxta *SBG* | hinc V *corr. m3* | circuitum V*m3* E *SBAG* || 27 Oenam *BAG* || 28 diaben in V diauenin V*m3* E *BG* *διαβαίνειν A* || 29 iddicimus VE *A* id dicemus *B* didicimus *G*

duo perpetui, quos transiimus, Diabas et Adiabas, iunctis naualibus pontibus, ideoque intellegi Adiabenam cognominatam ut a fluminibus maximis Aegyptos Homero auctore et India et Euphratensis ante hoc Commagena itidemque Hiberia ex Hibero, nunc Hispania, et a Baeti amne insigni prouincia Baetica.

In hac Adiabena Ninus est ciuitas, quae olim Persidis regna possi- 22
derat, nomen Nini potentissimi quondam regis, Semiramidis mariti, declarans et Ecbatana et Arbela et Gaugamela, ubi Dareum Alexander post discrimina uaria proeliorum incitato Marte prostrauit.

In omni autem Assyria multae sunt urbes. inter quas Apamea emi- 23
net, Mesene cognominata, et Teredon et Apollonia et Vologessia / hisque similes multae. splendidissimae uero et peruulgatae hae solae sunt tres: Babylon, cuius moenia bitumine Semiramis struxit / — arcem enim antiquissimus rex condidit Belus —, et Ctesiphon, quam Vardanes temporibus priscis instituit posteaque rex Pacorus incolarum uiribus amplificatam et moenibus Graeco indito nomine / Persidis effecit specimen summum, post hanc Seleucia, ambitiosum opus Nicatoris Seleuci. qua per duces Veri Caesaris, ut ante rettuli- 24
mus, expulsata auulsum sedibus simulacrum Comaei Apollinis perlatumque Romam in aede Apollinis Palatini deorum antistites collocarunt. fertur autem, quod post direptum hoc idem figmentum incensa ciuitate milites fanum scrutantes inuenere foramen angustum, / quo reserato, ut pretiosum aliquid inuenirent, ex adyto quodam concluso a Chaldaeorum arcanis labes primordialis exsiluit, quae insa-

1 sie transimus V si etransimus E sic transimus *BA* et transiuimus *G* sie *del. ut dittogr. Nov.* ipsi *Eyss. in app.* sicce *Walter* | Dianas *SB* Diauas *G* | hadiabas VE hadianas *S* Adianas *B* Adiauas *G* | iuncti V iunctis *Gdt.* || 2 adiobenam V Adiauenam V*m3SBG* Adiabenam E*A* || 3 Egyptus E Aegyptus *BAG* | eufratenis ante hoc V eufraten sante h. V*m3* Eufrates antehac E Euphratem Isante hoc *S* Euphrates I. et *B* Euphratenis antehac *A* Euphratensis a. *G* || 4 commagina V *corr. m3* || 4.5 abetiam ne insignis (s *alt. add. sup. lin. m3*) V abeti amne insigni E à Baeti a. insignis *BAG* || 6 hadiaben aninus (*ex* animus *m3*) V Adiabena Ninus E*m2SBAG* | possederat V*m3*E*SBAG* || 7 regis quondam *tr. SBAG* | samiramidis V *corr. m3* || 8 Darium *AG* || 14 ctesifon (c *add. sup. lin. m3*) V Cthesifon E Ctesiphon *BAG* || 15 priscis temporibus *tr.* E*SB AG* | quae V *corr. m3* || 17 persides V *corr. m3* | officii *ex* efficit (*m2*) V officii E*SB* effecit *AG* | seleuciam uitiosum ♂V || 18 Nicanoris V*m3*E*SBAG* | retulimus ♂V || 19 expulsata VE*G def. Blomgren* expulsa *SB* excisa *A* expugnata *C. F. W. M.* expoliata *Pet.* | simulachrum (h *add. m3*) V | chomei VE*G* Comei *S* Cumei *BA* Comaei *Val. in adn.* || 22 inuenire V *corr. m3* || 23 ut *add. AG reiec. Blomgren* quasi *Her.* | audito (u *del. m2*) V addito E aditu *SBA* adyto *G* || 24 chaldorum V *corr. m3* | archanis (h *add. m3*) V | exiliuit V

nabilium ui concepta morborum eiusdem Veri Marcique Antonini temporibus ab ipsis Persarum finibus ad usque Rhenum et Gallias / cuncta contagiis polluebat et mortibus.

25 Hic prope Chaldaeorum est regio, altrix philosophiae ueteris, ut memorant ipsi, apud quos ueridica uaticinandi fides eluxit. per- 5 fluunt autem has easdem terras potiores ante alios amnes, hi, quos praediximus, et Marses et Flumen Regium et Euphrates cunctis excellens. qui tripertitus nauigabilis per omnes est riuos insulasque circumfluens et arua cultorum industria diligentius rigans uomeri et gignendis arbustis habilia facit. 10

26 His tractibus Susiani iunguntur, apud quos non multa sunt oppida. / inter alia tamen eminet Susa, saepe domicilium regum, et Arsiana et Sele et Aracha. cetera breuia sunt et obscura. fluuii uero multi per haec loca discurrunt, quibus praestant Oroates et Harax et Mosaeus, per arenosas angustias, quae a rubro prohibent Caspium mare, ae- 15 quoream multitudinem inundantes.

27 At in laeua Media confinis Hyrcano panditur mari. quam ante regnum Cyri superioris et incrementa Persidos legimus Asiae reginam totius Assyriis domitis, quorum plurimos pagos in Agropatenae uoca-

28 bulum permutatos belli iure possedit. pugnatrix natio et formidanda 20 post Parthos, quibus uincitur solis, regiones inhabitans ad speciem quadratae figurae formatas. harum terrarum incolae omnes ad latitudinem nimiam extenduntur eisque maximae celsitudines imminent

29 montium, quos Zagrum et Oronten et Iasonium uocant. Coroni quoque montis altissimi partem habitantes occiduam frumentariis agris 25 affluunt et uinariis, pingui fecunditate laetissimi, fluminibus fontium-

1 concepti ♂ V | Seueri Marci Antonii *SB* Veri et Marci Antonini *G* || 2 rheabmet V Rhenum et E*G* Rehab per *BA* || 4 his *Her.* | ultrix V *corr. m3* | philosophie ♂ V | ueteres V *corr. m3* || 6 ammes V || 7 Marsias *BAG* Maarsares *Val. in adn.* || 8 nauigalibus V *corr. m3* || 10 habilis VE*B* habilia *AG* || 11 sustani VE Susiani *BAG* || 12 enim et VE est *SBA* eminet *G* | Ariana *A* Tariana *Weißbach* || 13 Selae *B* Sela *G* | Archa *SB* Araca *A* Arecha *G* | obscira V *corr. m3* || 14 praestantior oates VE*G* p. cates *SB* p. Oroates *A* praestant *Hadr. Val.* | meseus VE*BG* Mosaeus *A* || 15.16 aequore amultitudinem V *corr. m3* || 17 ad V *corr. m3* | confringis (r *del. m3*) V confinis E*BAG* || 18 regna V reginam *G* regna tenuisse *Val. in adn.* fuisse reginam *Cl. in app.* regnasse *Her.* || 19 agro pathienae E*m2* a. Patene *SB* Atropatenae *A* Acropatenae *G* || 22 at V *corr. m3* || 23 celsitudinis (i *pr. add. m2 et m3*) V celsitudines E*m2SBAG* | imminet V imminent E*BAG* || 24 zacram V Z (*lac. 14 litt.*) uocant E Zarram- *SB* Zagrum *A* Zagram *G* || 25 montes V montis *G* || 26 afluunt V adfluunt E*SB AG* | pingua V pingui E*BAG* | et *ante* fluminibus *add. g reiec. Bae. Blomgren*

que uenis liquidis locupletes. praebent apud eos prata uirentia fetus 30
equorum nobilium, quibus, ut scriptores antiqui docent nosque uidimus, ineuntes proelia uiri summates uehi exsultantes solent, quos Nesaeos appellant. abundat itaque ciuitatibus † quibus Media et uicis 31
in modum oppidorum exstructis et multitudine incolarum. utque absolute dicatur, uberrimum est habitaculum regum.

In his tractibus Magorum agri sunt fertiles, super quorum secta stu- 32
diisque, quoniam huc incidimus, pauca conueniet expediri. magian opinionum insignium auctor amplissimus Plato hagistiam esse uerbo mystico docet, diuinorum incorruptissimum cultum, cuius scientiae saeculis priscis multa ex Chaldaeorum arcanis Bactrianus addidit Zoroastres, deinde Hystaspes rex prudentissimus, Darei pater. qui cum 33
superioris Indiae secreta fidentius penetraret, ad nemorosam quandam uenerat solitudinem, cuius tranquillis silentiis praecelsa Brachmanorum ingenia potiuntur, eorumque monitu rationes mundani motus et siderum purosque sacrorum ritus, quantum colligere potuit, / eruditus ex his, quae didicit, aliqua sensibus magorum infudit. / quae illi cum disciplinis praesentiendi futura per suam quisque progeniem posteris aetatibus tradunt. ex eo per saecula multa ad prae- 34
sens una eademque prosapia multitudo creata deorum cultibus dedicatur. feruntque, si iustum est credi, etiam ignem caelitus lapsum / apud se sempiternis foculis custodiri, cuius portionem exiguam ut faustam praeisse quondam Asiaticis regibus dicunt. huius originis 35
apud ueteres numerus erat exilis eiusque ministeriis Persicae po-

1 locupletis ♂V | dent V nitent E sunt. *BA* .sunt *G* dant *Btl.* (W*m2*) tondent *Haupt* alunt *Kell.* edunt *Gdt.* possident *C.F.W.M.* detondent *Her.* fouent *Nov.* habent *Brakman* praebent *Sey.* || 3 utri summa VE uiri s. *S* u. s. ui (*om.* uehi) *BA* u. s. ui *G* summates *Haupt* | exultantius *Cl. prob. Bae. reiecimus* | solunt V solent E*G* soluunt *SBA* || 4 nes eos V | abundantia que V abundant aeque *G* abundatque *Haupt* abundat itaque *Madv. Nov. prob. Pet.* | quibus V *del. Nov.* ditibus *Haupt* nobilibus *uel* claris *uel* opulentis *C.F.W.M.* insignibus *Walter Thörnell* frequentibus *Brakman* pinguibus *Damsté* || 5 quae VE*B* quae ut *A* utque *G* || 7 mag[r]orum (r *add. m2*) V magnorum *post* regum *tr.* (*l. 6*) E (n *del. m2*) magorum *BAG* | magri V agri E*G* magistri *SBA* || 8 qū*[o] (**fu.* in *uel* m) V qn̄ E cum *SBA* quoniam *G* | incidim V *corr. m3* || 9 placo macha gistiam V Plato, Machagistiam E*SG* P. Machegistiam *BA* hagistiam *dubit. Wagn. in comm.* || 9.10 uerbo uerbo mistico (uerbo *alt. del. m2*) V || 10 cui *G* | scientiis *SBA* || 11 seculis *ex* siculis (*m3*) V | areanis V archanis V*m3*E*B* arcanis *AG* | Zoroastes V*m3*E*S* Zeroastes *B* || 12 hystaspes *ex* hystasper (*m2*) V | Darii b_2*G* || 14 bracmanorum V*BG* bragmanarum E Brachmanorum *A* || 16 peius V ritus E*BAG* || 17 magnorum V magorum E*BAG* || 21 etiam *ante* si iustum *tr. SBAG* || 22 aput ♂V || 23 quodam siaticis V *corr. m3* q. asiaticis E || 24 aput ♂V | ueteris V *corr. m3* | mysteriis *SBAG*

testates in faciendis rebus diuinis sollemniter utebantur. eratque piaculum aras adire uel hostiam contrectare, antequam magus conceptis precationibus libamenta diffunderet praecursoria. uerum aucti paulatim in amplitudinem gentis solidae concesserunt et nomen uillasque inhabitantes nulla murorum firmitudine communitas et legi-
36 bus suis uti permissi religionis respectu sunt honorati. ex hoc Magorum semine septem post mortem Cambysis regnum inisse Persidos / antiqui memorant libri docentes eos Darei factione oppressos imperitandi initium equino hinnitu sortiti.

37 In hac regione oleum conficitur Medicum, quo illitum telum, si emissum lentius laxiore arcu — nam ictu exstinguitur rapido — haeserit usquam, tenaciter cremat et, si aqua uoluerit abluere quisquam, / aestus excitat acriores incendiorum nec remedio ullo quam ictu pul-
38 ueris consopitur. paratur autem hoc modo: oleum usus communis herba quadam infectum condiunt harum rerum periti ad diuturnitatem seruantes et coalescens, dum ex materia uenenatur. alia similis oleo crassiori species gignitur apud Persas, quam, ut diximus, naphtham uocabulo appellauere gentili.

39 Per haec loca ciuitates dispersae sunt plures, quis omnibus praestant Zombis et Patigran et Gazaca. inter quas opibus et magnitudine moenium conspicuae sunt Heraclia et Arsacia et Europos et Cyropolis
40 et Ecbatana sub Iasonio monte in terris sitae Syromedorum. amnes has regiones praetereunt multi, quorum maximi sunt Choaspes et Gyndes et Amardus et Charinda et Cambyses et Cyrus, cui magno et spe-

1 rebus faciendis *tr.* *SBAG* || 2 ue hosti (*ras. 2 litt.*) **V** uel hostiam **V***m3SB* *AG* uel hostias **E** | conceptus **V** *corr. m3* || 6 per misis **V** permissis **E***SB* permissi *AG* | religionibus *S* religionisque *B* || 7 eambisis **V** cambisis **V***m3***E** Cambissis *B* Cambysis *AG* || 8 uocentes **V** docentes **E***G* uocantes *S* uacantes *BA* | Darii b_2G || 9 sortiti. s (. s *add. m3*) **V** sortitos **E** sortiti *SBAG* || 11 extinguifur **V** *corr. m3* || 12 *a* cremat *incipit frgm.* **M** | abluere **MV** *restituimus* obruere *Salm.* || 13 iactu **E***m2BAG def. Meurig-D.* || 14 usue **V** || 15 haru in **V** | peritia ad **MV** periti ad **E***AG* peritia et *SB* || 16 duri **MV** durit **E** diu *BA* durant *G* dum *Her.* | benenaturalia *ex* uenenaturalia **M** uenenaturalia (u *pr. ex* b *m3*; ra *add. sup. lin. m1*) **V** uenenata **E** bene naturali. *BA* uenae naturalis, *G* uenenatur. alia *Cl.* || 17 crassiorispecies **M** crassioris pecies ♂ **V** crassiori. herbe huius species **E** c. species *BA* c.: quae sp. *G* | aput **MV** (♂) || 18 naitham **MV** napitham **V***m3***E** naptam *S* naphtam *B* naphthtam *A* naphtham b_2G || 19 queis *AG* || 20 zonbis **MV** | parigiam *S* Parigia *BA* Patigra *G* Patigrana *Val. in adn.* | Grazaca *SBA* | quos **MV** quas **E***BAG* || 21 cy[r]opolis (r *m3*) **V** || 22 syromedoram **MV** syromedora **E** Syromedorum *BAG* || 23 maxime **MVE***m2* maximi **E***BAG* | cohasper **M** (h *eras.*, *postea add. sup.* c *m rec.*) **VE** Choaspes *BAG* | cindes **MV** Cyndes **E***BA* Gyndes b_2G || 24 amardus **MV** (*ex* arnardus *quasi* arriardus) *G* arnardus **E** Arriardus *SBA* | spacioso *BAG*

cioso Cyrus ille superior rex amabilis abolito uetere id uocabulum dedit, cum ereptum ire regna Scythica festinaret, quod et fortis est, ut ipse etiam ferebatur, et uias sibi ut ille impetu ingenti molitus in Caspium delabitur mare.

Per tractus meridianos expansa post haec confinia litoribus pro- 41
xima Persis habitatur antiqua minutis frugibus diues et palmite / aquarumque copia iucundissima. amnes quippe multi per eam ante dictum influunt sinum, quorum maximi sunt Batradites et Rogomanius et Brisoana atque Bagrada. oppida uero mediterranea sunt am- 42
pliora — incertum enim, qua ratione per oras maritimas nihil condiderunt insigne —, inter quae Persepolis est clara et Ardea et Habroatis atque Tragonice. insulae uero uisuntur ibi tres tantum, Tabiana et Fara et Alexandria.

His propinquant Parthyaei siti sub aquilone colentes niuales terras 43
et pruinosas, quorum regiones Choatres fluuius interscindit ceteris abundantior. et haec potiora residuis sunt oppida: Oenunia, Moesia, Charax, Apamea, Artacana et Hecatonpylos, a cuius finibus per Caspia litora ad usque portarum angustias stadia quadraginta numerantur et mille. feri sunt illic habitatores pagorum omnium atque pu- 44
gnaces eosque ita certamina iuuant et bella, ut iudicetur inter alios omnes beatus, qui in proelio profuderit animam. excedentes enim e uita morte fortuita conuiciis insectantur ut degeneres et ignauos.

Quibus ab orientali australique plaga Arabes beati conterminant / 45
ideo sic appellati, quod frugibus iuxta et fetibus et palmite odorum-

1 obolito **V** || 2 regna *ex* regn **V** | testinaret **MV** destinaret **V***m3***E***SBAG* festinaret *Gdt. def. Gärtner* | fortes **MV** fortis **E***BAG* | est et ut **E** esset ut *BAG* || 3 ea **MVE***B om. AG* etiam *Hadr. Val.* | ferebat *BA* | utile **MV** utiles **E***BA* ut ille *G* || 4 dilabitur **MV** elabitur *Val.* (**N**) delabitur *Hadr. Val.* || 7 iocundissima **V***m3SB* | eam] eam in **E***G Nov.* eum *BA* || 8 fluunt **MV** influunt *Hadr. Val.* defluunt *Nov.* | Vatradites *S* Vatrachites *BAG* | et *om. BG* | Rogomanis *BA* (Rho-) *G* || 9 mediterrana **MV** mediterranea **E***SBAG* || 11 habraatis **MV** habraattis **E** Orobatis *BAG* Habroatis *Her.* || 12 tragonicae **E** Tragonica *SBG* | uisentur **MV** uisuntur **E***SBAG* | cadianas **MV** Cadiana *SA* Tibiana *BG* Tabiana *Val.* || 13 Phara *BAG* || 14 [prop]inquant **V** | parthy et siti **MV** parti et scithae **E** Parthi et Scythae siti *SBG* P. siti *A* Parthyaei s. *Her.* | coleotes **MV** colentes **E***BAG* || 15 choadres **MVE** Choatres *BAG* || 16 residui **MV***BA* Residua **E** residuis *G* | genoniam **MV** Genonia **E***BAG* Oenunia *Gdt.* | Moesia *om. SBG* || 17 artacana *ex* arteana **M** Artacana **VE***G* Artatana *S* Arthacana *BA* | ecaton phylos **M** etaton philos **V** e. pylos **V***m3* echatonpilos **E** Etaconpilos *S* Hetacompilos *B* Hecatonpylos *A* Hecatompylos b_2G || 19 [sunt] *post* habitatores *repet.* **MV** (*del. m2*) || 21 proeuo **MV** (*corr. m3*) | fuderit *SBG* || 22 ut *add.* **E***BAG* | degeneris et ignabos **MV** || 24 appellata ♂ **V**

que suauitate multiplici sunt locupletes, magnaeque eorum partes mare rubrum latere dextro contingunt, laeua Persico mari collimitant / 46 elementi utriusque potiri bonis omnibus assueti. ubi et stationes et portus tranquilli sunt plures et emporia densa et diuersoria regum / ambitiosa nimium et decora aquarumque suapte natura calentium saluberrimi fontes et riuorum fluminumque multitudo perspicua / sospitalisque temperies caeli, ut recte spectantibus nihil eis uideatur 47 ad felicitatem deesse supremam. ac licet abundet urbibus mediterraneis atque maritimis campisque copiosis et uallibus, has tamen ciuitates habet eximias: Geapolim et Nascon et Baraba itidemque Nagara et Maefen et Tafra et Dioscurida. insulas autem complures habet per utrumque proximas mare, quas dinumerare non refert. insignior tamen aliis Turgana est, in qua Serapidis maximum esse dicitur templum.

48 Post huius terminos gentis Carmania maior uerticibus celsis erigitur ad usque Indicum pertinens mare fructuariis arboreisque fetibus culta, sed obscurior Arabum terris multo et minor. fluminibus tamen ipsa quoque non minus abundans caespitisque ubere iuxta fecunda. / 49 amnes autem sunt hic ceteris notiores Sagareus et Saganis et Hydriacus. sunt etiam ciuitates licet numero paucae uictu tamen et cultu perquam copiosae, inter quas nitet Carmana omnium mater et Portospana et Alexandria et Hermupolis.

50 Interius uero pergenti occurrunt Hyrcani, quos eiusdem nominis alluit mare. apud quos glebae macie internecante sementes ruris colendi cura est leuior, sed uescuntur uenatibus, quorum uarietate immane quantum exuberant. ubi etiam tigridum milia multa cernun-

1 magneque **MV** (♂) || 2 rubrum mare *tr. SBAG* | altere **MV** a latere **V***m3***E** *SBAG* latere *Nissen* | dextero *SBG* | leua **MVE***SB* laeua *AG* || 3 omnibus *uerb. ult. in frgm.* **M** || 4 potus **V** portus **E***SBAG* | complures *SBAG* | temperia **VE***B* emporia *AG* || 5 cadentium **VE***B* calentium *AG* || 6.7 perspicuas hospitalisque **VE** perspicua hospitalis *SB* p., hospitalisque *A* p., sospitalisque *G* || 7 caeli et terrae *SB* c. temperies *tr. G* | et recte **VE** ut recte **E***m2G* ut *BA* || 8 mediterranis **V** *corr. m3* || 10 hierapolim **V***m3***E***SB* (-rop-) *A* | Naxum *BA* Nascum *G* | barba *S* Babam *BA* Maraba *Sprenger* | Vagara *S* Vangonia *B* Vangonam *A* || 11 mefre *ex* inefre (*m2*) **V** mefre **E** Maphram *BA* Mephram *G* Maepham *Gdt.* Maefen *Cl.* | Taphra *S* Taphren *BA* Taphron *G* Tapphara *Gdt.* | Dioscuriada *BAG* || 15 gentes **VE***B* gentis *A* ingentes b_2G | celis ♂**V** || 16 indicium **V** Indicum **E***SBAG* | fructuarius **V** fructuariis **E***SBAG* | arborisque ♂**V** || 17 cultas et **VE** culta, sed *BAG* || 19 hinc **V** hic *G* hi *C. F. W. M.* || 21 armana **VE** Carmana *BAG* | portospania (i *del. m2*) **V** portospona **E** Corcospana *SB* Portospana *A* Ortospana *G* || 24 macie intermicantes ementes. **VE** m. intermicante sementes **E***m2* maximae auro micantes (ementes *om.*) *BAG* macie internecante *Salm.* || 25 uestuntur ♂**V** | uarie[ta]te **V**

tur feraeque bestiae plures, quae cuiusmodi solent capi commentis, / dudum nos meminimus rettulisse. nec ideo tamen stiuam ignorant, / 51 sed seminibus teguntur aliquae partes, ubi solum est pinguius, nec arbusta desunt in locis habilibus ad plantandum et marinis mercibus plerique sustentantur. hic amnes duo peruulgati sunt nominis, Oxus 52 et Maxera, quos urgente inedia superantes natatu aliquotiens tigres improuisae finitima populantur. habent etiam ciuitates inter minora municipia ualidas, duas quidem maritimas, Socanda et Saramanna, / mediterraneas alias, Asmurnam et Salen et his nobiliorem Hyrcanam. Contra hanc gentem sub aquilone dicuntur Abii uersari, genus 53 piissimum, calcare cuncta mortalia consuetum, quos, ut Homerus fabulosius canit, Iuppiter ab Idaeis montibus contuetur.

Sedes uicinas post Hyrcanos sortiti sunt Margiani, omnes paene 54 collibus altis undique circumsaepti, ideo a mari discreti. et quamquam pleraque sunt ibi deserta aquarum penuria, soli quaedam ... sed Iasonion et Antiochia et Nisea sunt aliis notiora.

Proximos his limites possident Bactriani, natio antehac bellatrix et 55 potentissima Persisque semper infesta, antequam circumsitos populos omnes ad dicionem gentilitatemque traheret nominis sui, quam rexere ueteribus saeculis etiam Arsaci formidabiles reges. eius ple- 56 raeque partes ita ut Margiana procul a litoribus sunt disparatae, sed humi gignentium fertiles, et pecus, quod illic per campestria loca uescitur et montana, membris est magnis compactum et ualidis, ut indicio sunt cameli a Mithridate exinde perducti et primitus in obsidione Cyzicena uisi Romanis. gentes isdem Bactrianis oboediunt plures, / 57 quas exsuperant Tochari, et ad Italiae speciem crebris fluminibus

1 bestiae *ex* bestia (*m2*) **V** || 2 deo **VE** ideo *BAG* | stipuam ♂ **V** || 2. 3 ignorantes et ♂ **V** || 3 tali que parte (que *ex* quae *m2 ?*) **V** talique parte **E** *SBA* aliquae partes *G* || 7. 8 municipia minora *tr. SBAG* || 8 soc[o]nda (o *m3*) **V** seconda **E** Socunda *SBAG* Socanda *Gdt.* || 9 azmorna (m *add. sup. lin. m2*) **V** Amorna **E** Azinorna *S* Azinornam *BA* (-nan) Azmornam *G* Asmurnam *Gdt.* | solen **V** *AG* solem **E** *SB* Salen *Gdt.* | hycanam **V** hircanam **E** Hyrcanam *SBAG* || 10 abiei **V** Abii *G* || 12 iup*piter (*fu.* i) **V** || 14 collis **V** collibus **E** *SBAG* || 15 a quarum paenuria solique damsedi. asonion **V** aquarum penuria / soliquedam sedi Asonion (i *post* sed *add. m2*) **E** a. p., sed quidem Sena, Asomon, *BA* (Asomon *iam S*) a. p., quaedam tamen habent oppida, sed Iasonion, *G* soli a. p. *tr. Gdt. lac. indic. Eyss.* || 16 nicea **E** *SBA* Nigaea *Gdt.* || 17 bactri[ani] **V** || 19 ditionem *S* deditionem *BG* | traherent **E** *G* || 20 plerique **V** *B* pleraeque **E** *AG* || 21 mergiana **V** Margiana **E** *BAG* | toribus ♂ **V** || 23 est] et *S om. BG* | conp[a]ctum **V** | ut *om. SBG* || 25 cizina (*corr. m3*) uei romanis **V** cizicena / uersus romanos **E** Cyrnigea Romanis *S* Cyrnige a R. uisi *B* C. à R. *A* Cyzicena R. uisi *G* | gentes (isdem *om.*) *B* iisdem gentes *tr. A* g. i. *G* || 26 quas ex iuperanchari **V** quas et superanchari **E** quae arua plana arant *B* (que) *AG* quas exuperant Tochari *Val.*

inundantur. e quibus Artamis et Zariaspes ante sibi consociati itidemque Ochus et Orgomanes iuncti conuenis aquis augent immania
58 Oxi fluenta. sunt et hic ciuitates, quas amnes diuersi praestringunt, / his cedentes ut melioribus Chatrachartae et Alicodrae et Astatiae et Menapilae et Bactris ipsis, unde regnum et uocabulum nationis est institutum.
59 ... sub imis montium pedibus, quos appellant Sogdios, inter quos amnes duo fluunt nauium capacissimi, Araxates et Dymas, ... iuga uallesque praecipites in campestrem planitiem fluuii decurrentes / Oxiam nomine paludem efficiunt late longeque diffusam. hic inter alia oppida celebrantur Alexandria et Cyreschata et Drepsa metropolis.
60 His contigui sunt Sacae, natio fera squalentia incolens loca solum pecori fructuosa, ideo nec ciuitatibus culta. cui Ascanimia mons imminet et Comedus. praeter quorum radices et uicum, quem Lithinon pyrgon appellant, iter longissimum patet mercatoribus peruium / ad Seras subinde commeantibus.
61 Circa defectus et crepidines montium, quos Imauos et Apurios uocant, Scythae sunt uarii intra Persicos fines Asianis contermini Sarmatis Halanorumque latus tangentes extremum, qui uelut agentes quodam secessu coalitique solitudine per interualla dispersi sunt
62 longa, assueti uictu uili et paupertino. et gentes quidem uariae hos incolunt tractus, quas nunc recensere alio properans superfluum puto. illud tamen sciendum est inter has nationes paene ob asperitatem nimiam inaccessas homines esse quosdam mites et pios, ut

1 zarias res V Zariasres *B* Zariaspes *AG* || 2 or[g]omanes V Orchamones *SB* Dargamanes *A* || 3 perstringunt E*SBAG* || 4 chatra et charte V*EBG* Charrachatra *A* Chatracharta *Gdt.* Chatrachartae *Her.* | alicodra V*AG* alicodia E Elicodra *SB* Alicodrae *Her.* | astatia V*E* Astacia *SBG* Astacana *A* Astatiae *Her.* || 5 menapila V*EBG* Menapia *A* Menapilae *Her.* | bactris. ipsis V b. ipse E Bactrix ipsius *S* Bactras i. *B* Bactra, i. *A* B. ipsa, *G* Bactris ipsis *restit. Her. dativos in anteced. efficiens* || 7 *lac. indic. Val. in adn., qui* Hinc Sogdiani agunt *suppleuit* || 8 Iaxartes *Wagn. in comm.* | dimae iuga V*E* (-me) Dyme i. *S* D., per i. *BA* Dymas qui per i. *G lac. indic. Cl.* || 9 planicii V planiciem E*BAG* | fluuii *om. G* || 10 longe lateque *SBAG* || 11 crescata V*E* Tribatra *BG* Cyreschata *A* | areta ipsa V*E* Drepsa *BAG* || 13 saciae V*E* Sacae *BAG* | solos V solo E*BAG* soli *Gdt.* solum *Cl.* || 16 purgon V*E* pyrgon *BAG* | per V iter *G* || 17 ad ad V*E* ad *BAG* || 18 Tapuros *A* Tapurios *G* || 19 aura intra V*E* Agra i. *BA* i. *G* uarii intra *Her.* a uespera i. *Löfst.* || 20 Alanorumque b_2G || 22 pauperrimo *SBG* | uaria chos V uariae hos E*G* uarios *BA* || 23 properantes V properans *G* || 24 est *om.* E*G* est inter *om. B* || 25 – p. 319,1 uitia xarte V uitiaxarthae E uiciaxate *S* uitaxate *B* ut Iaxartae *AG*

Iaxartae sunt et Galactophagi, quorum meminit uates Homerus in hoc uersu:

Γλακτοφάγων Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

inter flumina uero multa, quae per has terras uel potioribus iungit 63
natura uel lapsu ipso trahit in mare, Rhymmus celebris est et Iaxartes et Daicus. ciuitates autem non nisi tres solas habere noscuntur, / Aspabota et Chauriana et Saga.

Vltra haec utriusque Scythiae loca contra orientalem plagam in 64
orbis speciem consertae celsorum aggerum summitates ambiunt Seras ubertate regionum et amplitudine circumspectos, ab occidentali latere Scythis adnexos, a septemtrione et orientali niuosae solitudini cohaerentes, qua meridiem spectant, ad usque Indiam porrectos et Gangen. appellantur autem idem montes Anniba et Nazauicium et Asmira et Emodus et Opurocorra. hanc itaque planitiem undique pro- 65
na decliuitate praeruptam terrasque lato situ distentas duo famosi nominis flumina, Oechartis et Bautis, lentiore meatu percurrunt. et dispar est tractuum diuersorum ingenium: hic patulum alibi molli deuexitate subductum ideoque satietate frugum et pecoribus et arbustis exuberat. incolunt autem fecundissimam glebam uariae gen- 66
tes, e quibus Anthropophagi et Anibi et Sizyges et Chardi aquilonibus obiecti sunt et pruinis, exortum uero solis suspiciunt Rabannae et Asmirae et Essedones omnium splendidissimi, quibus Athagorae ab

3 ΓΑΑΚΤΟ (*lac. 15 litt.*) ΦΑΤΩΝΑΒΙΩΝΤΥ ΔΑΚΑΙΟΤΑΤΩΝΤΑΝΘΡΩΤΙΩΝ (*lac. 22 litt.*) **V** *Γαλακτο* (*lac. 15 litt.*) *φατων. αβων τω Δακαιοτατων ανφρωπιων* **E** *Graeca suppl. recte B* (*-πών*) *AG* || **5** ipso] post **V** proprio *Btl. Horkel Nov.* suopte *Kell.* (*uel* ipso) *Madv.* | roemnus *ex* roemuus (*m2*) **V** Roemnus **E** *S BG* Rhymmus *A* || **6** talicus **V** et Talicus **E** *BG* et Daicus *A* et *reiec. Blomgren* || **7** Cauriana *SBAG* || **8** ut priusque **V** utriusque **E** *G* ut prius quae *BA* || **9** summittates **V** || **10** ubestate ♂ **V** || **10–12** ab – porrectos *om. SB* || **11** uosae **V** *A* uastae **E** niuosae *G* ignotae *Momms.* (*cf. Ptolem. 6, 16, 1*) pruinosae *Her.* parte niuosae *Nov.* || **12** meridie **V** meridiem **E** *AG* || **13** ganger **V** Gangem **E** *G* Ganges *SBA* | idem **VE** *def. Blomgren Frassinetti* iidem *SBAG* ibidem *Mannert* | anniua **VE** Aria *BG* Anniba *A* | Nazauitium *SBAG* Auzacium *Gdt.* || **14** emodo neto puro carra **V** emodoneto p. c. **E** emodo netopuro carta *S* E., Tapuros, Catha *BA* Emodus, et Opurocarra *G* Oporocorra *Gdt.* | nudique **V** undique **E** *SBAG* || **16** et chartis **V** *BA* et carthis **E** Oechardes *G* Oechartis *Cl.* | bauthis **E** Banthi *SBA* Banthisis *G* || **17** dispares tractum **V** dispar est tractu **E** dispares t. *BA* dispar est tractuum *G* || **19** exuberant *BAG* exuberans *Nov.* | fecundiscimaam (f *add. m3*) **V** fecundissimam **E** *AG* Auziciam *B* || **20** è *add. G def. Nov.* ex *Cl.* | alitrofagi et anibus **V** alitrophagi et anibii **E** Alitrophagie canibus *S* Alitrophagiae Carambus *BA* Alitrophagi, et Carambusi *G* Anthropophagi *Haupt* Annibi *Val.* | aquibus ♂ **V** || **22** splendidissim ♂ **V** | Atharae *BG* Athagurae *Gdt.*

occidentali parte cohaerent et Aspacarae; Baetae uero australi celsitudine montium inclinati urbibus licet non multis magnis tamen celebrantur et opulentis, inter quas maxime Asmira et Essedon et
67 Asparata et Sera nitidae sunt et notissimae. agunt autem ipsi quietius Seres, armorum semper et proeliorum expertes, utque hominibus sedatis et placidis otium est uoluptabile, nulli finitimorum molesti. / caeli apud eos iucunda salubrisque temperies, aeris facies munda / leniumque uentorum commodissimus flatus et abunde siluae sublucidae, a quibus arborum fetus aquarum asperginibus crebris uelut quaedam uellera molientes ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt nentesque subtemina conficiunt sericum ad usus antehac nobilium, nunc etiam infimorum sine ulla discretione pro-
68 ficiens. ipsi praeter alios frugalissimi, pacatioris uitae cultores uitantes reliquorum mortalium coetus. cumque ad coemenda fila uel quaedam alia fluuium transierint aduenae, nulla sermonum uice propositarum rerum pretia solis oculis aestimantur et ita sunt abstinentes, / ut apud se tradentes gignentia nihil ipsi comparent aduenticium.
69 Ariani uiuunt post Seras Boreae obnoxii flatibus, quorum terras amnis uehendis sufficiens nauibus Arias perfluit nomine faciens lacum ingentem eodem uocabulo dictitatum. abundat autem haec eadem Aria oppidis, inter quae sunt celebria Vitaxa, Sarmatina et Sotira et Nisibis et Alexandria, unde nauiganti ad Caspium mare / quingenta stadia numerantur et mille.
70 His locis Paropanisadae sunt proximi Indos ab oriente Caucasumque ab occidentali latere prospectantes, ipsi quoque montium defectibus inclinati, quos residuis omnibus maior Gordomaris interluit fluuius a Bactrianis exsurgens. habent autem etiam ciuitates aliquas, /

1 aspacharat beatae V aspacarath / beate E Asparata. Betae *BA* Asparatae: B. *G* Aspacarae *Val.* (N*m2*) | celsitudini *G* || 2 acclinati *G* || 3 maxime VE*B def. Hagend. Frassinetti* maximae *AG* || 4 Aspacara *Gdt.* | fera nitide V fera nitidae E*m2* fere n. *SBA* ferae n. b_1b_2 Pherae, n. *G* Sera *Val.* | quietus ♂ V || 6 est otium *tr. SBAG* || 8 commodissim V *corr. m3* || 9 arborem V arborum E*BAG* || 10 bellera V *corr. m3* | mollientes *BAG* | lanugnie V lanugine E*BAG* || 11 tenerim am V *corr. m3* | subtegmina (g *add. sup. lin. m3*) V || 12 nobiliorum *dubit. Cl. in app.* nobilium antehac *tr. Rolfe c. c.* || 13 pacta iores V pacatioris E*SBAG* || 15 fluum ♂ V || 17 aduectitium *BAG* || 18 afriani VE Arriani E*m2 in marg.* Africani *SBA* Ariani *G* || 21 arria VE Area *SBA* Aria b_2G | celebres *BG* || 21.22 Bitaxa, Orbitana, et Sotera *BAG* || 24 paropanis (*ex* prop- *m3*) ade sunt (sunt *ex* st *m3*) in proximi V p. adest proximis / E Paropanisade sunt proximi *S* Paropanisiadae s. p. *BA* Paropamissadae s. p. b_2 (-de) *G* || 25 deiectibus *Madv.* || 26 acclinati *G* | ortogordomaris V*AG* Orthogordomaris E orthogordo maris *S* O. mare *B* Gordomaris *Her.*

quibus clariores sunt Agazaca et Naulibus et Ortospana, unde litorea nauigatio ad usque Mediae fines portis proximos Caspiis stadiorum sunt duo milia et ducenta.

Ante dictis continui sunt Drangiani collibus cohaerentes, ... Ara- 71
bium nomine ideo appellatum, quod inde exoritur, interque alia duobus municipiis exsultantes, Prophthasia et Ariaspe, ut opulentis et claris.

Post quos exaduersum Arachosia uisitur dextrum uergens in latus / 72
Indis obiecta, quam ab Indo fluuiorum maximo, unde regiones cognominatae sunt, amnis multo minor exoriens aquarum alluit amplitudine efficitque paludem, quam Arachotoscrenen appellant. hic quoque ciuitates sunt inter alias uiles Alexandria et Arbaca et Choaspa.

At in penitissima parte Persidos Gedrosia est dextra terminos con- 73
tingens Indorum, inter minores alios Artabio uberior flumine, ubi montes deficiunt Arbitani, quorum ex pedibus imis emergentes alii fluuii Indo miscentur mittentes nomina magnitudine potioris. ciuitates autem etiam hic sunt inclutae praeter insulas, sed Ratira et Gynaecon limen meliores residuis aestimantur.

Ne igitur orae maritimae spatia alluentia Persidos extremitates per 74
minutias demonstrantes a proposito longius aberremus, id sufficiet dici, quod mare praetentum a Caspiis montibus per borium latus ad usque memoratas angustias nouem milium stadiorum, australe uero ab ostiis Nili fluminis ad usque principia Carmanorum quattuordecim milium stadiorum numero definitur.

Per has nationes dissonas et multiplices hominum quoque diuersi- 75

1 Gazaca *BAG* | Naulibis *BAG* | orthospana **V** orthospona **E** Artoarta *B* Ortospana *AG* || 2 portum **V***B* portui **E** portis *AG* || 3 et *om. SBAG* || 4 contigui *BAG* | coherentes arabium **V** c. Arabum **E***BAG* quos flumen interfluit *post* cohaerentes *add. Val. in adn. lac. indic. Eyss.* || 6 prosthasia **VE** Prophthasia **V***m3* (prof-)*AG* Prophthalia *B* Propthasia *Heilm.* || 6.7 aria speuto polentis et claris **V** ariam spetie opulentis et c. **E** Aria, Pseudopolis et Cariga *BA* Ariaspe, opulentis et claris *G* || 8 ex aduerso *SBAG* | arachosa ♂ **V** || 10 exurgens *SBAG* || 11 quam *post* paludem *add. Cl. reiec. Heilm. Blomgren* | appellatam *BAG* || 12 utiles **V** uiles *G prob. Kell.* nobiles *Eyss.* | chaspa ♂ **V** || 13 ad **V** At **E***A om. BG* | part*e (*fu.* a) **V** | gerosia* (*fu.* e) **V** gerossia (est *om.*) **E** Gersia *S* Parsia *B* Gerdosia *A* Gedrosia *G* || 14 Arthabius *BA om.* **E** || 15 barbitani **V** Harbitani *Val. in adn.* Arbitani *Gdt.* || 16 mittentes **V** *def. Löfst. Pighi* amittentes *G* | potiores **V***BA* potiori **E** potioris *G* || 17 inciuitate (i *ult. del. m3*) **V** innumere **E** *om. BA* inter ciuitates *G* inclutae *Tomaschek Günther* | Sedratyra *SB AG* || 17. 18 cyne conlimen **VE** Carna, collimes *BA* Gynaecon limen *G* || 19 persidus **V** Persidis **E***SBAG* Persidos *Cl.* || 20 [l]ongius **V** || 21 per borum ♂ **V** hiperboreum **E** per Boreum *BAG* || 22 memoratus **V** memoratas **E***BAG* || 25 diuersitate **V** diuersitates **E***BAG*

tates sunt ut locorum. sed ne generaliter corpora describamus et mores, graciles paene sunt omnes, subnigri uel liuido colore pallentes, /
caprinis oculis torui et superciliis in semiorbium speciem curuatis iunctisque, non indecoribus barbis capillisque promissis hirsuti, /
omnes tamen promisce uel inter epulas festosque dies gladiis cincti cernuntur. quem Graecorum ueterum morem abiecisse primos Athe-
76 nienses Thucydides est auctor amplissimus. effusius plerique soluti in uenerem aegreque contenti multitudine pelicum puerilium stuprorum expertes pro opibus quisque asciscens matrimonia plura uel pauca, /
unde apud eos per libidines uarias caritas dispersa torpescit, mundi- tias conuiuiorum et luxum maximeque potandi auiditatem uitantes
77 ut luem. nec apud eos extra regales mensas hora est praestituta prandendi, sed uenter unicuique uelut solarium est eoque monente, quod inciderit, editur nec quisquam post satietatem superfluos sibi ingerit
78 cibos. immane quantum restricti et cauti, ut inter hostiles hortos gradientes nonnumquam et uineta nec cupiant aliquid nec contin-
79 gant uenenorum et secretarum artium metu. super his nec stando mingens nec ad requisita naturae secedens facile uisitur Persa; /
80 ita obseruantius haec aliaque pudenda declinant. adeo autem dissoluti sunt et artuum laxitate uagoque incessu se iactitantes, ut effeminatos existimes, cum sint acerrimi bellatores, sed magis artifices quam fortes eminusque terribiles, abundantes inanibus uerbis insanumque loquentes et ferum, magnidici et graues ac taetri, minaces iuxta in aduersis rebus et prosperis, callidi, superbi, crudeles, uitae necisque potestatem in seruos et plebeios uindicantes obscuros. cutes uiuis hominibus detrahunt particulatim uel solidas nec ministranti apud eos famulo mensaeque astanti hiscere uel loqui licet uel spuere; /
81 ita praestratis pellibus labra omnium uinciuntur. leges apud eos im-

1 ne **V** *om.* **E** ut *BAG lac. post* ne *indic. Pet.* | describemus **VE** describamus *BAG* | et priores **V** priores **E** (*tr. ante* describemus) et mores *BAG* primores *Gdt.* ut priores *Momms.* et proprie mores *Walter* || 2 libido **V** *corr. m3* || 4 indecoris *BG* | arbis **V** *corr. m3* | prolissis *B* prolixis b_2G || 7 plerisque **V** plerique **EBAG** | solui *B* soliti solui b_2G || 7. 8 inuenirem **V** *corr. m3* || 12 ut lucem **V***B* in luce **E** ut luem *AG* || 17 uenorum ♂ **V** || 17. 18 standum ingens **VE** stando mingens *BAG* || 18 scendens ♂ **V** || 19 ita *add.* **V***m2 sup. lin.* | alique ♂ **V** | declinat *SBAG* || 20 artium **V***B* artuum **E***AG* | incessus ei actitantes **V** incessu se iactitantes **E***A* i. i. *B* i. i. se *G* | ut *om. SB* || 23 et^2 *om. SBG* | actet (*m2 in lac.*) ri **V** austeri **E** et terri *S* et tetri *BG* ac t. *A* || 24 callidis super ui **V** c. superbi **V***m3* callidi, s. **EBAG** || 25 in] et in *SBAG* | et] et in *G* | plebeos **VE** plebeios *SBAG* || 27 spure **V** *corr. m3* || 28 prostratis **VE***A* prostrati *SBG* praestrictis *Haupt def. Frassinetti* praestratis *Her.* (*cf. Verg. Aen. 7, 88*)

pendio formidatae, inter quas diritate exsuperant latae contra ingratos et desertores, et abominandae aliae, per quas ob noxam unius / omnis propinquitas perit. ad iudicandum autem usu rerum spectati 82
destinantur et integri parum alienis consiliis indigentes, unde nostram consuetudinem rident, quae interdum facundos iurisque publici peritissimos post indoctorum collocat terga. nam quod supersidere corio damnati ob iniquitatem iudicis iudex alius cogitabatur, aut finxit uetustas aut olim recepta consuetudo cessauit. militari cultu ac disci- 83
plina proludiisque continuis rei castrensis et armaturae, quam saepe formauimus, metuendi uel exercitibus maximis equitatus uirtute confisi, ubi desudat nobilitas omnis et splendor. pedites enim in speciem myrmillonum contecti iussa faciunt ut calones. sequiturque semper haec turba tamquam addicta perenni seruitio nec stipendiis aliquando fulta nec donis. et gentes plurimas praeter eas, quas abunde perdomuit, sub iugum haec natio miserat ita audax et ad pulueres Martios erudita, ni bellis ciuilibus externisque assidue uexarentur. / indumentis plerique eorum ita operiuntur lumine colorum fulgentibus 84
uario, ut, licet sinus lateraque dissuta relinquant flatibus agitari uentorum, inter calceos tamen et uerticem nihil uideatur intectum. armillis uti monilibusque aureis et gemmis, praecipue margaritis, quibus abundant, assuefacti post Lydiam uictam et Croesum.

Restat, ut super ortu lapidis huius pauca succinctius explicentur. / 85
apud Indos et Persas margaritae repperiuntur in testis marinis robustis et candidis permixtione roris anni tempore praestituto concep- tae. cupientes enim uelut coitum quendam humores ex lunari aspergine capiunt densius oscitando. exindeque grauidulae edunt minutas binas aut ternas uel uniones ideo sic appellatas, quod euisceratae conchulae singulas aliquotiens pariunt, sed maiores. idque indi- 86

1 exsuperat ♂ **V** | ingratas **V** *corr. m3* || 2 abomnandae ♂ **V** || 3 omnes ♂ **V** || 5 radent **VE** rident *BAG* || 6 supersedere **V***m3***E***SBAG* | curio **V** *corr. m3* || 7 cogitabatur **V** *def. Hagend. Blomgren* cogebatur **E***BAG* || 8 uetustus **V** uetustas **E***BAG* || 9 prolaudisque **V***A* pro laudibusque **E** laudisque *B* praeludiisque *G* proludiisque *Val.* | saepius *SBG* || 12 colores **VE** colones **V***m3* calones *BAG* || 13 nec (*ex* neest *m3*) sti[p]endiis (sti *add. sup. lin. m2*) **V** || 15 iugam **V** iuga **E** iugum *BAG* || 16 crudita **V** *corr. m3* | ni] in *SB* ut *A* ut in *G* | uexaretur *BAG* || 17 flumine ♂ **V** || 20 munilibusque ♂ **V** | aures et gemmas **VE** aureis, et gemmis *BAG* || 21 ludiae **V** Indiam **E***BAG* Lydiam *Val.* (**W***m2*) | croessum **V** || 22 restatuit (t *alt. add. sup. lin.*) **V** Restat ut **E***A* res statuit *SB* res st. ut b_2*G* || 25 cohum **V** choum **E** cibum **E***m2 in marg.* colum *S* collon *BG* coitum *A* | humoris **V** humores *Val. in adn.* || 26 grauidolae **V** grauidulae **E** *Val.* grauidae *SBAG* || 27 ideo *om. SBG* | eius terate *S* eius terrae *BG*

cium est aetheria potius deriuatione quam saginis pelagi hos oriri fetus et uesci, quod guttae matutini roris isdem infusae claros efficiunt lapillos et teretes, uespertini uero flexuosos contra et rutilos et maculosos interdum. minima autem uel magna pro qualitate haustuum figurantur casibus uariatis. conclusae uero saepissime metu ful- 5
gurum inanescunt aut debilia pariunt aut certe uitiis diffluunt abor-
87 tiuis. capturas autem difficiles et periculosas et amplitudines pretiorum illa efficit ratio, quod frequentari sueta litora propter piscantium insidias declinantes, ut quidam coniciunt, circa deuios scopulos et
88 marinorum canum receptacula delitescunt. quod genus gemmae etiam 10
in Britannici secessibus maris gigni legique licet dignitate suppari non ignoramus.

1 ori V*B* oriri E*AG* || 2 quot V quod E*BAG* | matu[t]ini V || 5 concussae *B* (-usae) *G* || 6 defluunt *SBAG* || 8 quot V *corr. m3* || 9 dedinantes ♂ V | scopulos (s *pr. add.*) V || 10 receptacila V *corr. m3* | deletiscunt V *corr. m3* || 11 britannicis (n *pr. add. m3*) V Britannici E*m2A* Britannicis *BG* | dispari V*m3*E*SB AG* nec simili nec suppari *Her.* nec suppari *Bae.* || 12 AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM · EXPLICIT LIBER · XXIII. INCIPIT LIBER. XXIIII. FELICITER. V AMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER XXIII. INCIPIT. XXIIII. E

LIBER XXIV

1. Iulianus cum exercitu Assyriam ingreditur et Anathan castellum ad Euphratem in fidem recipit ac incendit.
2. Imperator castellis et oppidis aliis intentatis, aliis, quae deserta erant, incensis Pirisaboram in deditionem accipit succenditque.
3. Iulianus Augustus ob rem bene gestam centenos uiritim denarios militibus promittit et exiguum donatiuum dedignantes modesta oratione ad sanitatem reuocat.
4. Oppidum Maozamalcha expugnatum a Romanis atque excisum.
5. Munitissimum situ et opere castellum expugnant Romani ac incendunt.
6. Persarum duobus milibus et quingentis interfectis et uix LXX suorum amissis Iulianus multos coronis pro contione donat.
7. Imperator a Ctesiphontis obsidione deterritus cunctas naues suas temere iubet exuri et a flumine recedit.
8. Imperator cum iam nec pontes facere nec parti copiarum suarum posset adiungi, per Corduenam reuerti statuit.

Post exploratam alacritatem exercitus uno parique ardore impetra- 1
bilem principem superari non posse deum usitato clamore testati / Iulianus summae rei finem imponendum maturius credens † extracta quiete nocturna itinerarium sonare lituos iubet praestructis omnibus, quae difficultates arduae belli poscebant, candente iam luce Assyrios fines ingressus celso praeter alios spiritu obequitans ordinibus aemulatione sui cunctos ad officia fortitudinis incendebat. utque ductor 2
usu et docilitate firmatus metuens, ne per locorum insolentiam insidiis caperetur occultis, agminibus incedere quadratis exorsus est. excursatores quidem quingentos et mille sensim praeire disposuit, qui cautius gradientes ex utroque latere itidemque a fronte, ne quis repentinus irrueret, prospectabant. ipse uero medios pedites regens, / quod erat totius roboris firmamentum, dextra legiones aliquas cum

1 imperabilem E impenetrabilem *BAG* || 2 deum *om. G* | amore ♂ V | testatus *B* testantis *G* || 3 exacta E *Corn.* contracta *Nov.* restricta *Cl. in app.* || 4 praestrictis V*B* prescriptis E praestructis *A* praestructisque *G* et praestructis *Cl. asynd. def. Heilm.* || 5 edifficultates (e *pr. del. m2*) V | ardiue V arduae E*AG* ardui ue *SB* || 6. 7 aemulationi sui V aemulatione sui E*G* aemulationis ui *SBA* || 9 incendere ♂ V || 13 ruboris V *corr. m3* || 13—p. 326, 1 cum neuita V*G* cum ne iuxta V*m3SBA* cuneos i. E Neuitta *Val.* (N)

Neuitta supercilia fluminis praestringere iussit Euphratis. cornu uero laeuum cum equitum copiis Arintheo tradidit et Hormisdae ducendum confertius per plana camporum et mollia. agmina uero postrema Dagalaifus cogebat et Victor ultimusque omnium Osdroenae dux Se-
3 cundinus. deinde ut hostibus, si erupissent usquam, uel conspicantibus procul timorem multitudinis maioris incuteret, laxatis cuneis iumenta dilatauit et homines, ut decimo paene lapide postremi disparrarentur a signiferis primis, quod arte mira saepe fecisse Pyrrhus ille rex dicitur Epirotes opportunis in locis castra metandi armorumque speciem diffundendi ex industria uel attenuandi perquam scientissimus, ut, ubi conuenisset, plures aestimarentur aut pauci.

4 Sarcinas uero et calones et apparitionem imbellem impedimentorumque genus omne inter utrumque latus instituit procedentium ordinatim, ne qua ui subita raperentur, ut saepe contigit, improtecta. classis autem, licet per flumen ferebatur assiduis flexibus tortuosum, nec residere nec praecurrere sinebatur.

5 Emenso itaque itinere bidui prope ciuitatem uenimus Duram desertam marginibus amnis impositam. in quo loco greges ceruorum plures inuenti sunt, quorum alii confixi missilibus, alii ponderibus illisi remorum ad satietatem omnes pauerunt; pars maxima natatu assueta ueloci alueo penetrato incohibili cursu euasit ad solitudines notas.

6 Exin dierum quattuor itinere leui peracto uespera incedente cum expeditis mille impositis nauibus Lucillianus comes imperatu principis mittitur Anathan munimentum expugnaturus, quod, ut pleraque alia, circumluitur fluentis Euphratis. et nauibus, ut praeceptum est, per opportuna dispersis obsidebatur insula nebulosa nocte obumbran-

1 perstringere **E** *BAG* | eufrates **VE** Eufratis **E***m2* Euphratis *AG* | corni **V** cornu **E** *BAG* || 2 arintho ♂ **V** | oromyzdae **V** Ormizdae **E** *A* Oromizede *SB* Ormisdae *G* || 3 lana **V** *corr. m3* | agnima ♂ **V** || 4 dagalaiphus **V** *BAG* Dagalaifus **E** | osdruenae **V** | secundimus **V** *BA* Secundinus **E** *G* || 7 post rem **VE** postremi **E***m2BAG* || 8 mirasae re **V** mira **E** *A* m. se *B* m. saepe *G* | pyrrus **V** || 11 uenisset **VE** *BG* uenissent *A* usu uenisset *Val.* conuenisset *Her.* || 12 appationem **V** apparationem **E** apparitionem *SBAG* | inpellem ♂ **V** || 13 ordinatum *S* ordinum *BG* ordinari *Madv.* || 14 contingit *SBG* || 17 [ui]*dui (bi *add. sup.* u *pr. m3*) **V** bidui **E** *SBAG* | Doram *BAG* || 19 muenti ♂ **V** | in sae **V** incussi **E** in se *SB* inserti *A* elisi *G* inlisi *Her.* | ramorum *BA* || 20 natuta **V** natura **E** *SB* natare *A* natatu *G* || 22 itinere dierum quatuor *tr. SBAG* || 23 imperiti aprincipis **V** imperitia principis **V***m3***E** *SBAG* i. praeceps *Val.* (*uel* imperio principis *in adn.*) imperatu principis *Nov. Her.* || 24 monimentum **V** munimentum **E** *SBAG* || 25 fluent[is**] (is *ex* u *m2*; **fu.* na) **V** | eufrates **V***m2* eufratis **E** Euphratis *SBAG* || 25.26 eufrates – oportuna *add.* **V***m2 in marg.* || 26 *lac. post* obsidebatur *indic. Cl. c. c. reiec. Bae.* insula obsidebatur *tr. Rolfe*

te impetum clandestinum. sed postquam aduenit lux certa, aquatum 7
quidam egressus uisis subito hostibus ululabili clamore sublato excitos tumultuosis uocibus propugnatores armauit. et mox a specula quadam altissima explorato situ castrorum quam ocissime cum duarum praesidio nauium amnem supermeat imperator, pone sequentibus nauigiis multis, quae obsidionales machinas aduehebant. iamque 8
muris propinquans cum non absque discriminibus multis consideraret esse certandum, sermone cum leni tum aspero et minaci hortabatur ad deditionem defensores, qui ad colloquium petito Hormisda promissis eius et iuramentis illecti multa sibi de lenitudine Romana spondebant. denique prae se bouem coronatum agentes, quod est apud eos 9
susceptae pacis indicium, descendere suppliciter, et statim munimento omni incenso Pusaeus eius praefectus, dux Aegypti postea, honore tribunatus affectus est. reliqui uero cum caritatibus suis et supellectili humaniore cultu ad Syriacam ciuitatem Chalcida transmissi sunt. / inter hos miles quidam, cum Maximianus perrupisset quondam Per- 10
sicos fines, in his locis aeger relictus prima etiamtum lanugine iuuenis, ut aiebat, uxores sortitus gentis ritu complures cum numerosa subole tunc senex incuruus exsultans proditionisque auctor ducebatur ad nostra testibus affirmans et praescisse se olim et praedixisse, quod centenario iam contiguus sepelietur in solo Romano. post quae Saraceni procursatores partis cuiusdam hostium obtulere laetissimo principi et munerati ad agenda similia sunt remissi.

Acciderat aliud postridie dirum. uentorum enim turbo exortus / 11
pluresque uertigines concitans ita confuderat omnia, ut tabernacula

1 uenit *SBG* | dux **V** lux **E***BAG* || 2 is **V***B om.* **E** uisis *AG* || 3 a *ante* specula *add. C. F. W. M.* e *Löfst.* ex *Her.* de *Brakman* || 4 occisisime tum **V** occisis metu **E** ocyssime *B* (ociss-) *AG* | duorum **E** || 5 auium **VE** nauium *BAG* || 8 cum] tum *C. F. W. M.* || 9 qui] quos *BA* | petit dormizda **V***B* petiti d. **E** petit Ormizda *A* petito Ormisda *G* || 12. 13 omni munimento *tr. SBAG* || 13 ingens opusseus **V** opusseus **E** ingens opus Seus *S* egit o. S. *BA* incenso, Puseus *G* || 14 at fectus **V** | suppellectio **V** supellectili **E** *Cl.* supellectile *BAG* (supp-) || 15 humiliore *BG* | syriacum ♂ **V** Syriacum *SB* || 16 ho*s (*fu.* o) **V** | perru[pi]sset (*fu.* m) **V** || 17 tu*m (*fu.* a) **V** tum etiam *tr. SBG* | lanugine (in *ex* m) **V** | [iu]uenes **V** *corr. m3* || 18 gentes **V** *corr. m3* || 18.19 cum — exsultans *om. SB* || 18 sobole **V***m3***E***AG* || 19 dicebatur **V***m3***E** | . at **V** a **E** ad *SB AG* || 22 partis quidam **V** p. quibusdam **E** Parthis quidam *S* Parthos quodam *B* P. quosdam *A* quosdam partis *G* partis cuiusdam *Kell. antea Eyss.* quosdam *uel* Saraceni quidam *Kell. postea* captos quosdam *Pighi* nostrae partis quosdam *uel* raptos quosdam *Meurig-D.* || 23 minerat **V** *lac. 13 litt.* (et minerat *om.*) **E** iterum *BAG* munerati *Val.* || 24 aliud *ex* aliut (*m2*) **V** | dierum **VE***B* dirum *AG* || 25 tecta bernacula (-ber *ex* uer *m3*) **V** tabernacula **E** tecta t. *SB* t. ut t. *AG* ut tabernacula *Her.* ut et t. *Meurig-D.*

multa conscinderentur et supini plerique milites sternerentur uel proni/ spiritu stabilitatem uestigii subuertente. nec minus eodem die aliud periculosum euenit. amne enim repente extra margines euagato / mersae sunt quaedam frumentariae naues cataractis aulsis ad diffundendas reprimendasque aquas rigare suetas opere saxeo structis; quod utrum per insidias an magnitudine acciderit fluentorum, / sciri non potuit.

12 Post perruptam incensamque urbem omnium primam et captiuos transmissos certiore iam spe prouectus exercitus ad fiduciam elatis uocibus in fauores principis consurgebat affore sibi etiam deinde dei caelestis existimans curam.

13 Et cui per regiones ignotas de obscuris erat suspectior cura, astus gentis et ludificandi uarietas timebatur. ideoque imperator nunc antesignanus, nunc agminibus cogendis insistens cum expeditis uelitibus, / ne quid lateret abstrusum, frutecta squalida uallesque scrutabatur / licentiores militum per longinqua discursus affabilitate natiua prohi-
14 bendo uel minis. hostiles tamen agros omni frugum genere diuites / cum segetibus et tuguriis inflammari permisit ita demum, cum usui necessaria abunde sibi quisque collegisset, et hoc modo sauciabatur
15 salus hostium nesciorum. bellatores enim libenter quaesitis dextris propriis utebantur alia uirtutis suae horrea repperisse existimantes et laeti, quod uitae subsidiis afluentes alimenta seruabant, quae nauigiis
16 uehebantur. hic uino grauis quidam temerarius miles ad ulteriorem ripam nullo urgente transgressus in conspectu nostro ab hostilibus captus occisus est.

1 conscenderentur **V** ne cognoscerentur **E** conciderentur *BG* conciderent *A* conscinderentur *Val.* (*Cm2*) || 1.2 uel proni di spiritu **V** u. p. despiritu **E** u. p. de spiritu *S* u. p. s. *BAG* u. prouidi s. *R. Klotz* improuidi s. *Horkel* uel proni uenti s. *Nov.* u. p. ui spiritus *Walter* || 2 uestigiis **V** uestigii *G* || 3 circa *SBG* || 5 defundas **V** effundendas **E** defundendas *S* diffundendas *BAG* | quas **V** aquas *G* | ligare sueti *BA* | opes axo **V** opes saxo **E** operari s. *BA* opere saxeo *G* | strictim *BA* || 6 a **V** an **E***BAG* || 7 scri ♂ **V** || 8 praeruptam **V** perruptam *Val.* (**T**) || 9 transmissis **V** transmissos **E***BAG* || 10 principes **V** *corr. m3* | atfore **V** *corr. m3* || 10.11 deinde caelestes **V** d. celestis **E***m2* d. caelestem *BAG def. Blomgren* d. dei caelestis *Her.* dein dei c. *Heilm.* || 12 qui **V** quia *G* cui *Cl.* | suspictio (pic *ex* pec *m2*) cura **V** suspicio cum **E** suspectio circa *SBA* suspectior cura *G* s., cur *Her.* || 12. 13 asturgentes **V** ascandendi **E** assurgentes *SBA* astus gentis *G* astu g. *dubit. Cl. in app.* || 13 ideo *SBG* | antesignanis **E***BA* || 14 ue[li]tibus **V** || 16 miletum **V** *corr. m3* | natua *ex* -m tua (*m2*) **V** nature **E** natiua *BAG* || 20 quaesito *Her.* || 22 quod uitae quod **V** quod u. quoque *G* quod *alt. del. ut dittogr. Pet.* | affluentes **E***SBAG* | nauigii (i *alt. ex* u) **V** nauigiis **E***SBAG* || 23 *temerarius (*fu.* i) **V** | et *post* miles *add. BAG* || 24 noc tro **V** *corr. m3* | hominibus **V***B* hostibus **E***AG* hostilibus *Cl.*

Quibus tali casu patratis ad castra peruenimus nomine Thilutha / 2
in medio fluminis sita, locum immenso quodam uertice tumescentem /
et potestate naturae uelut manu circumsaeptum humana, cuius ad
deditionem incolae temptati mollius, ut decebat, quoniam asperitas
edita uim superabat armorum, intempestiuam tunc defectionem esse
firmabant. sed hactenus responderunt, quod, cum interiora occu-
pauerint protinus gradientes Romani, se quoque utpote regnorum se-
quellas uictoribus accessuros. et post haec praetermeantes moenia 2
ipsa naues nostras uerecunda quiete spectabant immobiles. quo
transito cum ad munimentum aliud Achaiachala nomine uenissemus /
fluminis circumitione uallatum arduumque transcensu, refutati pari
responso discessimus. alia postridie castra ob muros inualidos dere-
licta praetereuntur incensa. postera igitur et insequenti die stadiis du- 3
centis emensis uentum est ad locum Baraxmalcha. unde amne trans-
ito miliario septimo disparata Diacira inuaditur ciuitas habitatori-
bus uacua, frumento et salibus nitidis plena, in qua templum alti
culminis arci uidimus superpositum, qua incensa caesisque mulieribus
paucis, quae repertae sunt, traiecto fonte scatenti bitumine Ozogar-
dana occupauimus oppidum, quod formidine aduenientis exercitus /
itidem deseruere cultores. in quo principis Traiani tribunal ostende-
batur. hac quoque exusta biduo ad refectionem corporum dato prope 4
extremum noctis, quae secundum diem secuta est, Surena, post re-
gem apud Persas promeritae dignitatis, et Malechus Podosacis nomine,
phylarchus Saracenorum Assanitarum, famosi nominis latro, omni
saeuitia per nostros limites diu grassatus, structis Hormisdae insi-
diis, quem ad speculandum exiturum, incertum unde, praesenserant, /
ideo sunt temptamento frustrati, quod angusta fluminis interluuies et

3 potestatem V*B* potestate E*AG* || 4 qm̃ V qm̃ E quam *SB* q̃ *A* quoniam *G* || 6 actenus V | quod *om. G* || 7 utpo*te (*fu.* r) V | sequellas (l *pr. del. m3*) V || 8 accessuras V*BG* accessuros E*m2A* || 8. 9 ipsa moenia *tr. SBAG* || 9 nostra uasere cundia V n̂re u. c. E nostra nos uerecundia *S* nostras cum u. *BAG* n. uerecunda *Haupt* | imimo (*ex* inmo *m2*) bilis quae V immobilesque; quo E immobilisque *S* immobilesque *BA* immobiles. quo *G* || 10 transitus *BA* | monimentum VE munimentum *SBAG* | Achaiachalam *A* (-lan) *G* || 11 ardumque V *corr. m3* | confutati *SBAG* || 12 post tridie V | muris V muros E*BAG* || 13 censa V incensa E*G* Tensa *SBA* | postea V postera *G* | igitur] uero *SBA* || 15. 16 habitoribus ua qua V habitatoribus uacua E*SAG* habitoribus u. *B* || 17 suppositum *SBG* || 18 fontes V fonte E*SBAG* | scatente *SBAG* | Ozogardanam *G* || 19 formine V *corr. m3* | aduenientes ♂ V || 20 ostendabatur *B* ostentabatur *AG* || 21 hac quoque exusta V *def. Blomgren* hoc q. exusto *Pet.* || 23 Podosaces *G* || 24 saracen*orum (*fu.* t) V || 26 quemquem V quamquam E quem *SAG om. B* || 27 temptamenta V*BA* tentamento E (tempt-) *G*

praealta transiri uado non potuit. et primo lucis exordio, cum essent hostes iam in contuitu uisi tunc primitus corusci galeis et horrentes indutibus rigidis, milites in procinctum impetu ueloci tendentes eos inuolauere fortissime. et quamuis arcus ualidis uiribus flecterentur et splendor ferri intermicans Romanorum metum augeret, ira tamen acuente uirtutem clipeorum densitate contecti, ne possint emittere, coegerunt. animatus his uincendi primitiis miles ad uicum Macepracta peruenit, in quo semiruta murorum uestigia uidebantur, qui priscis temporibus in spatia longa protenti tueri ab externis incursibus Assyriam dicebantur. hinc pars fluminis scinditur largis aquarum agminibus ducens ad tractus Babylonos interiores usui agris futura et ciuitatibus circumiectis, alia Naarmalcha nomine, quod fluuius regum interpretatur, Ctesiphonta praetermeat, cuius in exordio turris in modum Phari celsior surgit. hanc peditatus omnis pontibus caute digestis transiuit. equites uero cum iumentis armati clementiores gurgites fluminis obliquati transnarunt, ... alia multitudine subita petiti telorum hostilium. quos egressi auxiliares ad cursum leuissimi fugientiumque ceruicibus insistentes laniatu auium prostrauerunt.

Quo negotio itidem gloriose perfecto ad ciuitatem Pirisabora uentum est amplam et populosam, ambitu insulari circumuallatam. / cuius obequitans moenia imperator et situm obsidium omni cautela coeptabat, quasi sola formidine oppidanos a propugnandi studio summoturus. quibus per colloquia saepe temptatis, cum nec promissis quisquam flecteretur nec minis, suscipitur oppugnandi exordium et armatorum triplici corona circumdatis muris a die primo ad usque noctis initium missilibus certabatur. tum defensores animo praestan-

1 locis *ex* logis (*m2*) **V** *corr. m3* loci **E** || 2 contuituisi **V** contuitu, uisi **E***G* c. trusi *SBA* | curusci **V** || 3 rerigidis **V** perrigidis **E** *Eyss.* rigidis *BAG* praerigidis *Pet. reiec. Sey. c. c.* || 5 splendore **V** splendor **E***BAG* | feri ♂ **V** || 5.6 iratam inacuante (m *del. m3*) **V** ira tamen acuente **E***AG* i. tum a. *B* || 7 his uescendi **V** huiuscemodi *G* his uincendi *Val.* || 8 semirata **V** *corr. m3* | muri *A* | prisci **V** *corr. m3* || 9 protentis ueri **V** p. tueri **E** p. ueniri *S* protentus munire *BAG* protenti tueri *Val.* || 10 dicebatur *BAG* | pas ♂ **V** || 11 babylon[o]s (*fu.* i) **V** Babylonios **E***SBAG* Babylonos *restit. Cl.* || 13 interpraetantur (n *alt. del. m2*) **V** | citae sifonta **V** *corr. m3* | exordituris **V** *corr. m3* || 15 transiuste quietes **V** *corr. m3* || 16 *lac. indic. Cl. reiec. Češka* pars flumine absumpti interierunt *add. Her.* | alii *BA* | subita ui *G* | petit **V** petita **E***G* petiti *BA* || 17 cursurum **V** cursum **E** *Cl.* cursuram *BAG* || 19 piris abhoram **V** pirisabhoram (h *add.*) **E** piris ad oram *S* Pirisadoram *BA* Pyrisaboram *G* Pirisabora *Cl.* || 20 populoosam (o *ult. del. m2*) **V** | insulari (in *ex* m *m2*) **V** || 21 et Sitimi *S* et si tum et *B* et situm et *A* iustum *Corn. reiec. Bae.* || 22 ceptabat **V** (cept- *ex* cert- *m2*) *G* captabat **E***SBA* | submoturos **V** submoturus **E***BAG* || 25 a *ante* die *add. Günther reiec. Bae. postea dubit.* || 26 tum] cum *SBA*

tes et uiribus per propugnacula ciliciis undique laxius pansis, quae telorum impetus cohiberent, obtecti scutis uimine firmissimo textis / et crudorum tergorum densitate uestitis ualidissime resistebant / ferrea nimirum facie omni, quia lamminae singulis membrorum liniamentis cohaerenter aptatae fido operimento totam hominis speciem contegebant. et aliquotiens Hormisdae ut indigenae et regalis colloquia petentes obnixe propinquantem probris atque conuiciis ut male fidum incessebant et desertorem. hac lenta cauillatione die maxima parte exempta tenebrarum silentio primo multiformes admotae sunt machinae coeptaque altitudo complanari fossarum. quae uixdum ambigua luce defensores intentius contemplati eo accedente, quod angularem turrim ictus forauit arietis uiolentior, relictis ciuitatis duplicibus muris continentem occupant arcem asperi montis interrupta planitie superpositam, cuius medietas in sublime consurgens tereti ambitu Argolici scuti speciem ostendebat, nisi quod e septemtrione, id quod rotunditati defuerat, in Euphratis fluenta proiectae cautes eminentius tuebantur, in qua excellebant minae murorum bitumine et coctilibus laterculis fabricatae, quo aedificii genere nihil esse tutius constat. iamque ferocior miles peruasa urbe, quam uiderat uacuam, / aduersus oppidanos ab arce multimoda tela fundentes acri contentione pugnabat. cum enim idem prohibitores catapultis nostrorum urgerentur atque ballistis, ipsi quoque ex edito arcus erigebant fortiter tensos, quibus panda utrimque surgentia cornua ita lentius flectebantur,/

1 per *add. G* || 2 obiectis scutis (s *alt. add. m3*) uim infirmisso tectis **V** o. s. uim infirm (infirm *del. m2*) ferri missi t. **E** obiecti s. uini infirmisso t. *S* o. s. uimine firmissimo textis *BA* obtecti s. u. f. t. b_2G || 3 tegorum **V** *corr. m3* | uestis **VE** uestitis *BAG* || 4 liniamentis (ni *add. sup. lin.*) **V** || 5 cohaerentur aptatae **V** cohaerenter a. **V***m2***E***G* coarcente raptate *S* cohercente raptim *B* coercenter aptatae *A* || 6 omni zadae et indignae **VE** rade et indigne *S* rare et i. *BA* Ormisdae et indigenae *G* ut *C. F. W. M.* || 7 conuinciis (n *alt. add.m2*) **V** *corr. m3* || 8 hac] ac *BAG* | diei **E***G* || 11 intentium *S* intente *BG* | accidente **VE***B* accedente *AG* || 13 montes interapta (p *ex* r) **V** m. interiecta **E** montis interrupta *BAG* || 14 ter reti **V** tereti **E***AG* territo *S* turrito *B* || 15 aeseptem trioni **V** a septentrione **E***G* septentrioni *S* septentrionem *B* sub S. *A* e septemtrione *Cl.* || 15.16 id rotunditati idem erat **V** id (*del. m2*) rotunditatis erat / itidem erat (erat *alt. del.*) **E** rotunditatis eidem quid erat *BA* id quod rotunditati deerat *G* defuerat *Cl.* || 16 in eufratis **VE** Monphatis *SBA* (Mom-) in Euphratis *G* | fluenti adproiectae cauta (a *ult. del. m3*) es **V** fluento p (p *del. m2*) a. cautes **E** fluenti ad proiecte caute *S* f. ad proiecta c. *BA* fluenta proiectae cautes *G* | eminentia *BA* *om.* **E** || 17 que **VE** in quae *SBA* in qua *G* inter quae *Her.* || 18 cotilibus **V** *corr. m3* | quo (*ex* quae *m3*) deficti **V** quo aedificii **E***BAG* | tutius esse *tr. SBAG* || 19 uaquam **V** *corr. m3* || 20 arce* (*fu.* m) ultimo ad tela (*ex* datela *m3*) **V** arce ultima tela **E** a. multimoda t. *SBAG* || 22 dirigebant *Corn.* || 23 filectebantur (*ex* fiiectebantur) δ **V**

ut nerui digitorum acti pulsibus uiolentis harundines ferratas emitte-
14 rent, quae corporibus illisae contrariis letaliter figebantur. dimi-
cabatur nihilo minus utrubique saxorum manualium nimbis neutrubi
inclinato momento proelium atrox a lucis ortu ad initium noctis /
destinatione magna protractum pari sorte diremptum est. proinde die
secuto, cum certaretur asperrime multique funderentur altrinsecus /
et aequi uigores gesta librarent, imperator omnes aleae casus inter
mutuas clades experiri festinans cuneatim stipatus densetisque cli-
peis ab ictu sagittarum defensus ueloci saltu comitantibus promptis /
15 prope portam uenit hostilem crasso ferro crustatam. et licet saxis et
glande ceterisque telis cum periculi sociis premeretur, fodicare tamen
paratos ualuarum latera, ut aditum patefacerent, uocibus increpans
crebris non ante discessit, quam telorum congerie, quae superiacie-
16 bantur, se iam cerneret obruendum. euasit cum omnibus tamen paucis
leuius uulneratis, ipse innoxius uerecundo rubore suffusus. legerat
enim Aemilianum Scipionem cum historiarum conditore Polybio, /
Megalopolitano Arcade, et triginta militibus portam Carthaginis im-
petu simili suffodisse. sed fides recepta scriptorum ueterum recens
17 factum defendit. Aemilianus enim testudine lapidea tectam successe-
rat portam, sub qua tutus et latens, dum moles saxeas detegunt
hostes, urbem nudatam irrupit; Iulianus uero locum patentem aggres-
sus obumbrata caeli facie fragmentis montium et missilibus aegre re-
pulsus abscessit.
18 His raptim ac tumultuarie agitatis, cum operositas uinearum et
aggerum impeditissima ceteris urgentibus cerneretur, machinam, quae
cognominatur helepolis, iussit expeditius fabricari, qua, ut supra
docuimus, rex usus Demetrius superatis oppidis pluribus Poliorcetes
19 appellatus est. ad hanc molem ingentem superaturam celsarum tur-

3 nihilo minus *ex* nihil omnus **V** | utrobique **V***m3***E***SBAG* | [saxorum – neutrubi] **V** | nimbis] manibus *SB* | et *ante* neutrubi *add. G reiec. Blomgren Heilm.* || 6 abtrinsecus **V** || 7 aequi uiores **V** equiores **E** aequi mores *SB* aequae mortes *A* a. uires *G* aequi uigores *Corn.* || 8 densatisque **V***m3***E***m2 SBAG* || 9 sagitarum **V** | promitis ♂ **V** cunctis *BA* || 11 periculis acius (i *ult. add. sup. lin. m3*) **V** p. acrius **E***SBA* periculo salutis *G* periculi sociis *Cl.* | fodicare tamen *ex* fodicamen **V** || 13 tetrum **V** tectorum **E** telorum *BAG* | supra iaciebantur **VE** supraiacebantur *S* superiacebantur *B* superiaciebantur *AG* || 15 perfusus *SBG* || 17 politano **V** *corr. m3* | milibus **VE** millibus *SBAG* militibus *Lind.* || 21 ingressus *BG* || 22 msisilibus *ex* misilibus **V** | de *post* aegre *add. S* inde *BG* || 25 inpaeditissima a **V** impeditissima *G def. Horkel Pet.* | cernetur **V** *corr. m3* | que **V** *corr. m3* || 27 ex **V** est **V***m3SB om.* **E***A* rex *G del. Nov.* | poliorces **V** poliorchites **E** Poliorcetes *BAG* || 28 e elsarum **V** excelsarum **V***m3***E** celsarum *BAG*

rium minas prohibitores oculorum aciem intentius conferentes itidemque instantiam obsidentium perpensantes subito uertuntur ad preces circumfusique per turres ac moenium minas et fidem Romanam pansis manibus protestantes uitam cum uenia postulabant. cumque cessasse operam et munitores nihil temptare uiderent ulterius, / quod quietis erat indicium certum, copiam sibi dari conferendi sermonis cum Hormisda poscebant. hocque impetrato Mamersides praesidiorum praefectus demissus per funem ductusque ad imperatorem, ut obsecrauit, uita cum impunitate sibi consortibusque suis firmiter pacta redire permissus est. gestisque nuntiatis plebs omnis utriusque sexus ad sententiam suam cunctis acceptis pace foederata cum religionum consecrationibus fidis patefactis egreditur portis salutarem genium affulsisse sibi clamitans Caesarem magnum et lenem. numerata sunt autem dediticiorum duo milia et quingenti; nam cetera multitudo obsidium ante suspectans nauigiis paruis permeato amne discessit. in hac arce armorum alimentorumque copia reperta est maxima, unde necessariis sumptis reliqua cum loco ipso exussere uictores.

Postera die, quam haec acta erant, perfertur ad imperatorem cibos per otium capientem nuntius grauis Surenam, Persicum ducem, procursatorum partis nostrae tres turmas inopinum aggressum paucissimos trucidasse, inter quos strato tribuno unum rapuisse uexillum. / statimque concitus ira immani cum armigera manu festinatione ipsa tutissimus peruolauit et grassatoribus foeda consternatione depulsis / residuos duo tribunos sacramento soluit ut desides et ignauos; decem uero milites ex his, qui fugerant, exauctoratos capitali addixit supplicio secutus ueteres leges.

Incensa denique urbe, ut memoratum est, constructo tribunali insistens actis gratiis exercitui conuocato cunctos ad paria facienda deinceps hortabatur et argenteos nummos centenos uiritim pollicitus, / cum eos paruitate promissi percitos tumultuare sensisset, ad indignationem plenam grauitatis erectus:

1 acies *SBG* || **3** quae **V** que **E***SA* *om.* *BG* | tures **V** || **4** ueniam (m *del. m2 ?*) **V** || **5** operam **V** *def. Pet.* opera *G* | unitores **V** munitores **E***G* uinitores *BA* || **7** ormizdam **V** Ormizda **E***BA* Ormisda b_2G | mamersidis **V** Mamersides *G* || **8** praefectus (p *ex* f) **V** | dimissus **VE** demissus *SBAG* || **9** uitam *SBG* || **10** est permissus *tr. SBAG* | getisque **V** *corr. m3* | omnes **V** *corr. m3* || **12. 13** salutare gentium **VE** salutarem Genium *BAG* || **13** clamit[a]ns **V** || **14** deditiorum **V***BA* dediticiorum **E***m2G* || **15** decessit *SBAG* || **18** cibus **V** *corr. m3* || **21** *quos (*fu.* e) **V** | uix illum **V** *corr. m3* || **22** inmanicum cum **V** *corr. m3* numanicum cum *SB* || **24** duo *add.* **V***m2 sup. lin.* duos **V***m3***E***SBAG* || **28** conuocato exercitui *tr. SBG* (-itu) || **30** eos patruitate (t *pr. del. m3 ?*) **V** eos paruitate **E***A* ea percitate *B* ea parcitate b_2G

4 „En", inquit, „Persae circumfluentes rerum omnium copiis. ditare uos poterit opimitas gentis, si unum spirantibus animis fortiter fecerimus. ex immensis opibus egentissima est, tandem credite, Romana res publica per eos, qui, ut augerent diuitias, docuerunt principes auro 5 quietem a barbaris redemptare. direptum aerarium est, urbes exinanitae, populatae prouinciae; mihi nec facultates nec propinquitas generis suppetit, quamuis ortu sim nobilis, praeter pectus omni liberum metu nec pudebit imperatorem cuncta bona in animi cultu ponentem profiteri paupertatem honestam. nam et Fabricii familiari re 6 pauperes rexere bella grauissima, gloria locupletes. haec uobis cuncta poterunt abundare, si imperterriti deo meque, quantum humana ratio patitur, caute ductante mitius egeritis; sin resistitis ad seditionum 7 reuoluti dedecora pristinarum, pergite! ut imperatorem decet, ego solus confecto tantorum munerum cursu moriar stando contempturus animam, quam mihi febricula eripiet una, aut certe discedam; nec enim ita uixi, ut non possim aliquando esse priuatus. praeque me fero et laetor ductores spectatissimos esse nobiscum perfectos bellicarum omni genere doctrinarum."

8 Hac modesta imperatoris oratione inter secunda et aspera medii / miles pro tempore delenitus assumpta cum meliorum exspectatione fiducia regibilem se fore pollicitus et morigerum cunctorum aspirante consensu auctoritatem eius sublimitatemque cordis extollebat in caelum, quod, cum uere atque ex animo dicitur, solet armorum crepitu 9 leni monstrari. repetitis post haec tentoriis pro copia rei praesentis / uictui se recreauit et quieti nocturnae. animabat autem Iulianus exer-

1 inquid ♂V || 2 nos *SBG* | gentes V *corr. m3* | in *ante* unum *add.* V*m3*E*A* || 3 emensis V immensis *G* | tantum *SB* tamen *Pet.* || 5 quietem V *def. Günther* quiete *G* | redempta (*macula sup.* a) redire imptum V r. / redire insumptum E redemptam r. impetum *S* r. r. impetitum *BA* redempta r. i. *G* r. r. direptum *Kell. Corn.* insumptum *Pet.* redemptare. direptum *Günther* || 6 prouintiae V || 7 generi V*BA* generis E*G* | ortus V ortu *Hadr. Val.* || 8 metu* (*fu.* i) V | culto V cultu E*SBAG* || 9 profieri ♂V || 10 grauissimae V grauissima E*SB AG* | nobis *SBG* | cunta V || 12 patior V patitur E*BAG* | caute *ex* cute V | ductantem V*B* ductante E*AG* | si in V si E si ui *SBA* sin *G* || 13 perite *dubit. Cl. in app.* iam pergite *Fletcher* || 14 moriari V *corr. m3* || 16 uix V *corr. m3* || 17 perfunctos V*m3*E*A* || 19 modestia V modesta E*BAG* | imperator[is] (*fu.* es) V | medii] me (*lac. 6 litt.*) *S* meante *BG* || 20 delimitus V delinitus E*SG* delenitus *BA* | adsumptam (m *alt. del. m3 ?*) V || 23 quot ♂V | armor V armorum V *m rec.* (*in marg.*) *A* amor V*m3*E amor ex *SBG* || 24 leni *ex* lem V leni E leui *SBAG* | tentoria VE*B* tentoriis *AG* || 25 uictuise creauit V uictu recreauit V*m3* (recreauit *def. Löfst.*) uictu se E u. caruit *B* u. se recreauit *AG* uictui se secreuit *Walter* u. se recreauit *Bae.* | quieti nocturnae V *def. Walter Bae.* quiete nocturna recreauit E q. nocturna *BAG*

citum, cum non per caritates, sed per inchoatas negotiorum magnitudines deieraret assidue: „sic sub iugum mitteret Persas, ita quassatum recrearet orbem Romanum", ut Traianus fertur aliquotiens iurando dicta consuesse firmare: „sic in prouinciarum speciem redactas uideam Dacias: sic pontibus Histrum et Aufidum superem" et similia plurima.

Post haec decursis milibus passuum quattuordecim ad locum quendam est uentum arua aquis abundantibus fecundantem, quo itinere nos ituros Persae praedocti sublatis cataractis undas euagari fusius permiserunt. itaque humo late stagnante altero die militi requie data imperator ipse praegressus constratis ponticulis multis ex utribus et † procia nauibus itidemque consectis palmarum trabibus exercitum non sine difficultate traduxit.

In his regionibus agri sunt plures consiti uineis uarioque pomorum genere, ubi oriri arbores assuetae palmarum per spatia ampla ad usque Mesenen et mare pertinent magnum instar ingentium nemorum. et quaqua incesserit quisquam termites et spadica cernit assidua, quorum ex fructu mellis et uini conficitur abundantia. et maritari palmae ipsae dicuntur facileque sexus posse discerni. additur etiam generare feminas seminibus illitas marum feruntque eas amore mutuo delectari hocque inde clarere, quod contra se uicissim nutantes ne turgidis quidem flatibus auertuntur. et si ex more femina maris non illita

1 caritatis et V*B* (char-) c. sed V*m3*E caritates, sed *AG* (char-) | inchoatam *BG* | magnitudinis V magnitudines V*m3*E*A* magnitudinem *BG* || 2 deierare V deieraret E*BAG* || 3 tramus V *corr. m3* Tytannis *S* Cambises *B* || 4 consuisse V consueuisse V*m3*E consuesse *SBAG* || 4.5 redactas uideam daciam V*A* r. (redigam *in marg.*) Judeam et d. E r. Indiam D. *S* r. I. et D. *B* redactam uideam D. *G* Dacias *Btl.* Daciam et Thraciam *Kell.* || 5 et aufidum VE *def. Hartke* et infidum *S* ut i. *B* et Euphratem *AG* (-ten) glacie perfidum (*uel* gelu p.) *Her.* (*cf. Flor. 3, 4, 5*) ut Aufidum *Cl. in app.* || 5.6 supereminet familia plurima *S* coercent uincula romana *B* superem. et similia plura. *A* || 7 decursim V decursis E*G* discursum *SB* discursis *A* || 8 uentum est *tr. G* | itenere ♂V || 11 progressus *SBG* | periculis VE panticulis E*m2 in marg.* ponticulis *BAG* constructis periculis *Momms.* | et V ex *Val. in adn.* || 12 et proci anauibus V productis a. E subliciisque nauibus *BAG* coriaceis *Val. in adn.* cortice *Momms.* scorteis *Cl. in app.* | itidem E*SBG* | tradibus V *corr. m3* | periculis multis ex utribus pro copia pontibus itidemque nauibus confectis e palmarum trabibus *Her.* (*cf. 23, 3, 9*) ponticulis m. ex u. et pro c. nauibus itidemque consectis p. t. *Thörnell prob. Miller* || 13 non *def. dubit. Klotz* | difficultatem V *corr. m3* || 14 conseti V *corr. m3* || 15 *lac. post* genere *indic. dubit. Cl. c. c. in app.* uberes *post* genere *add. Walter reiec. Miller* | orri ♂V | arboris ♂V | satia V *corr. m3* || 17 q[ui]squam V | termittes V || 20 marium E*SBAG* || 21 clarare V clarere E*SBAG* | quo V*B* quod E*AG* | nitissimi micantes *S* enixissime m. *BG*

fuerit semine, abortus uitio fetus amittit intempestiuos. et si qua femina, cuius arboris amore perculsa sit, ignoretur unguento ipsius inficitur truncus et arbor alia naturaliter odoris dulcedinem concipit / hisque indiciis uelut coeundi quaedam proditur fides.

14 Qua cibi copia satur exercitus plures praetergressus est insulas et, ubi formidabatur inopia, ibi timor saginae grauis incessit. sagittariorum denique hostilium impetu latenti temptatus neque inultus / prope locum uenit, ubi pars maior Euphratis in riuos diuiditur multifidos.

4 In hoc tractu ciuitas ob muros humiles ab incolis Iudaeis deserta / iratorum manu militum conflagrauit. quibus actis pergebat ulterius
2 imperator placida ope numinis, ut arbitrabatur, erectior. cumque Maozamalcha uenisset, urbem magnam et ualidis circumdatam moenibus, tentoriis fixis prouidit sollicite, ne castra repentino equitatus Persici turbarentur accursu, cuius fortitudo in locis patentibus im-
3 mane quantum gentibus est formidata. et hoc disposito stipatus uelitibus paucis ipse quoque pedes ciuitatis situm diligenti inquisitione exploraturus in perniciosas praecipitatus insidias ex ipso uitae discri-
4 mine tandem emersit. namque per latentem oppidi portam Persae decem armati degressi imaque cliuorum peruadentes poplitibus subsidendo repentino impetu nostros aggressi sunt. e quibus duo conspectiorem habitu principem gladiis petiere destrictis, sed occurrit ictibus erectum altius scutum, quo contectus magna elataque fiducia unius lateri ferrum infixit, alterum stipatores multiplicatis ictibus occiderunt. residuis, e quibus uulnerati sunt aliqui, disiectis in fugam spoliatisque ambobus reducens incolumes socios cum exuuiis
5 remeauit ad castra omnium laetitia magna susceptus. sustulit in hoste prostrato aureum colli monile Torquatus, fudit confidentissimum Gallum alitis propugnatione Valerius, postea cognomento Coruinus, / hacque gloria posteritati sunt commendati. non inuidemus: accedat hoc quoque monumentis ueteribus facinus pulchrum.

1 intempestiosos V intempestuosos V*m3G* intempestiuos E*A* intentiosos *SB* || 2 percussa *SBG* || 3 dulcidinem V *corr. m3* | concepit V concipit E*SBAG* || 5 copio V *corr. m3* || 7 latenter *BG* || 8 eufrates V | deducitur E diffinditur b_2G || 13 maiora malcha *S* maiore M. *B* Maiozamalcham *G* | uenisset *om. SB* | circumdata V circumdatam E*SBAG* || 15 adcursu *ex* atcursu (*m3*) V || 18 pernicosas V *corr. m3* || 19 opidi V *corr. m3* || 20 degress V *corr. m3* digressi E*AG* || 22 districtis V destrictis *G* || 23 latius V*BAG* altius E *def. Meurig-D.* elatius *dubit. Cl. in app.* | magnae lata que V magna lataque E*SBA* m. elataque *G* || 25 disectis V *corr. m3* || 26 incolomes V | ex cubiis VE exuuiis *BAG* || 27 in] ab *BAG* || 28 monilem V monile E*SBAG* || 29 altis V *corr. m3* || 30 accidat VE accedat *BAG* || 31 facimus V *corr. m3*

Constratis postridie pontibus exercituque trauecto et metatis alibi 6
salubrius castris uallo duplici circumductis, quoniam, ut diximus,
timebantur solitudines planae, oppidi suscepit obsidium periculosum
fore existimans, si gradiens prorsus a tergo relinqueret, quos timeret.
Haec dum magno molimine comparantur, Surena hostium dux iu- 7
menta adortus, quae in lucis palmaribus uescebantur, a cohortibus
nostris repulsoriis cum paucorum exitio habitus frustra discessit. et 8
duarum incolae ciuitatum, quas amnes amplexi faciunt insulas, /
parua sui fiducia trepidi, ad Ctesiphontis moenia se contulerunt, pars
per siluarum densa, alii per paludes uicinas alueis arborum cauatarum
inuecti ad unicum auxilium et potissimum itineris longi, quod super-
erat, dilabuntur ulteriora petituri terrarum. e quibus resistentes ali- 9
quos nostri milites trucidabant ipsi quoque lintribus et cumbis per
uaria discurrentes; captiuos alios subinde perducebant. id enim erat
librata ratione dispositum, ut, dum copiae pedestres muros oppug-
nant, equestres turmae diuisae per globos abigundis insisterent
praedis; hocque prouiso nullo prouincialium damno miles uisceribus
hostium pascebatur.

Iamque imperator muris duplicibus oppidum ordine circum- 10
datum trino scutorum spe patrandi incepti maximis uiribus op-
pugnabat. sed ut erat necessarius appetitus, ita effectu res difficil-
lima. nam accessus undique rupibus amfractu celsiore discissis fle-
xuosisque excessibus ob periculum anceps adeundi copiam denega-
bat, maxime quoniam turres celebritate et altitudine formidandae /
montem saxeum arcis naturaliter editum aequabant et procliuis pla-
nities flumini imminens propugnaculorum firmitate muniebatur. acce- 11
debat his haud leuius malum, quod lecta manus et copiosa, quae obsi-
debatur, nullis ad deditionem illecebris flectebatur, sed tamquam

1 post tridie **V** | traiecto **E***A* transuecto b_2G || 4 prorsus *ex* prosus (*m3*) **V** || 9 ad (*ex* at *m3*) [c]tesi fontis moenia (c *m3*, m *add. sup. lin. m3*) **V** ad othesifontis moenia **E** et fontis foema *S* et f. forma *B* ad Ctesiphontis moenia *AG* || 9.10 parsiluarum **V** pars siluarum **E***BA* pars per s. *G. reiec. Bae.* || 10 uicina salucis **V** uicinas alueis **E***m2G* u. a lucis *SBA* | aruorum **V** arborum **E***SBAG* || 12 petitura **V** petituri **E***BAG* | ite[r]rarum (r *m3*) **V** terrarum **E***AG* iteratum *SB* || 12.13 resistentes – lintribus *om. SB* || 13 itineribus *ex* iteneribus (*m2*) **V** itineribus **E***A def. Pet.* lintribus *G* | cymbis **E***AG* cumbie *S* cumbulae *B* || 16 abigandos *S* abigendos *B* abigendis *AG* || 17 prouisio **V** *corr. m3* || 19 munitum *ante* muris *add. Pet.* || 20 scutorum *ex* scutum **V** | sper ♂ **V** || 21 adpe*titus (*fu.* r) **V** || 22 discessis **V***BG* discissis **E***A* || 23 deundi **V** *corr. m3* || 24 cum **V** q$\tilde{\text{m}}$ *G* quoniam *Lind.* | terres **V** *corr. m3* | crebritate *BAG def. Horkel* || 25 proclines **V** procliuis **E***m2BAG* || 26 accidebat **V** *corr. m3* || 27 haut **V** *corr. m3* et *SB* || 28 tamque **V** *corr. m3*

superatura uel deuota cineribus patriae resistebat. aduersus eam aegre retentabatur inferens se proteruius miles et pugnam uel aequo campo iustoque proelio poscens, cumque receptui caneretur, assidue animosis hostem urgendi conatibus urebatur.

12 Vicit tamen nostrorum consilium contentionem uirium maximam / diusiisque operibus officia quisque distributa capessit ocissime. hinc enim ardui suggestus erigebantur, inde fossarum altitudines alii complanabant, terrarum latibula concaua oblongis tramitibus alibi struebantur, locabant etiam artifices tormenta muralia in funestos sonitus
13 proruptura. et cuniculos quidem cum uineis Neuitta et Dagalaifus curabant, ineundis autem conflictibus et defendendis ab incendio uel eruptionibus machinis praeerat imperator. cumque apparatu omni exscindendae urbis labore multiplici consummato pugna flagitaretur, / Victor nomine dux reuersus est ad usque Ctesiphonta itineribus explo-
14 ratis nulla obstacula nuntians offendisse. quo efferati gaudio milites omnes elatique firmioribus animis ad certandum signum opperiebantur armati.

15 Iamque clangore Martio sonantibus tubis strepebant utrimque partes et primi Romani hostem undique lamminis ferreis in modum tenuis plumae contectum fidentemque, quod tela rigentis ferri lapsibus impacta resiliebant, crebris procursationibus et minaci murmure lacessebant nonnumquam compage scutorum, qua uelut testudine infigurabilium fornicum operiebantur aptissime, assiduis motibus laxius dehiscente. contra Persae muris obstinatius adhaerentes, quantum facere nitique poterant, eludere et frustrari exitiales impetus
16 conabantur. uerum ubi uimineas crates prae se ferentes oppugnatores iam moenia perurgerent, cum sagittariis funditores, alii quin etiam saxa uoluentes ingentia cum facibus et malleolis eos longius propul-

1. 2 aduersus samae grae retentabatur (-tab- *ex* -teb- *m3*) V A. tam aegra r. E a. Samegre reuerebatur *S* a. Samegrem r. *BA* aduersis. iam aegre retentabatur *G* aduersus eam aegre *Momms.* || 5 concilium *SBG* || 6 occisime V || 7 etenim *SBG* || 8 alii V *corr. m3* || 9 in *om. SBG* | funestas V *corr. m3* || 10 Nemnita *SB* Neuita *G* || 11 confluctibus V *corr. m3* || 12 prae erant V *corr. m3* || 13 excindenda *ex* excindendae (*m2*) V *corr. m3* excludendae *SB* || 14 uictos VE uictus *BA* Victor *G* | nomine] mime *S* minime *BA om. G* | [c]tesifonta (*fu.* s) V cthesiphonta E Ctesiphonta *BAG* | iteneribus V *corr. m3* || 18 clangorem VE*A* clangore *BG* | Martium V*m3*E*A* || 19 lamminis (m *pr. del. m3*) V || 20 conceptum V*BA* conceptis E contectum *G* conseptum *Val.* || 22 lacessebat *G* | cum pace V compage *G* | quae V -que E*SBA* qua *G* | uelud V *corr. m3* || 25 claudere V eludere *Val. in adn.* | exitales ♂ V || 26 femineas V uimineas V*m3*E*A* innumeras *SBG* || 27 sagitariis V | aliis VE*A* aliisquam *S* aliisque *B* aliique b_2 alii *G* | quin etiam *om. SBb*$_2$

sabant, tum aptatae ligneis sagittis ballistae flexus stridore torquebantur creberrima spicula funditantes et scorpiones, quocumque manus peritae duxissent, rotundos lapides euibrabant. iterum deinde ac 17
saepe geminatis congressibus aestus in meridiem crescens efferuescente uaporatius sole apparatu operum et studio proeliandi intentos cunctos reuocauerat fatigatos et sudore perfusos.

Eodem mentis proposito secuto quoque die per uaria certaminum 18
genera controuersae partes dimicantes instanter aequis manibus et pari fortuna discedunt. uerum in omne discrimen armatis proximus princeps ciuitatis urgebat excidium, ne circa muros diu excubans omitteret maiora, quae temptabat. sed in destrictis necessitatibus 19
nihil tam leue est, quod non interdum etiam contra sperata rerum afferat momenta magnarum. cum enim ut saepe discessurae partes leuius concertarent, abusiue incusso ariete, qui paulo ante erat admotus, sternitur residuis omnibus altior turris latere coctili firmissime structa, cuius ruina muri contiguum latus secum immani fragore protraxit. ibi tum uarietate casuum obsidentium labor obsessorum- 20
que industria uicissim facinoribus speciosis inclaruit. nihil enim asperum ira et dolore succenso militi uidebatur, nihil munitoribus erat pro salute currentibus metuendum aut dirum. nam cum anceps pugna diutius feruens sanguine utrimque multis caedibus fuso diei finisset occasus, tum fatigationi consulitur.

Dumque haec luce agerentur ac palam, nuntiatur imperatori per- 21
uigili cura distento legionarios milites, quibus cuniculorum erant fodinae mandatae, cauatis tramitibus subterraneis sublicibusque suspensis ima penetrasse fundamentorum iam, si ipse disposuerit, euasuros. cum itaque noctis plerumque processisset, aeneatorum ac- 22

1 flexu stridore **V***BG* f. stridoreque **E** flexus stridore *A Momms.* flexu strictiore *Btl. def. Pet.* || 3 perite **E***SBG* || 4 saep*e (*fu.* a) **V** | effer*uescente (*fu.* r) **V** || 6 aut *SBG* || 9 omni discrimine *SBG* || 10.11 excidium – temptabat *om. SB* ne – temptabat *G* || 11 districtis **E***m2SBAG* || 13 aut **VE***B* ut *A* ita ut *G* || 14 abusiuo *SBG* || 15 coctilis ♂ **V** || 17 cum *SBG* || 19 succesSo **V** succenso **E***SBAG* | munitoribus *del. ut gloss. Kell.* prohibitoribus *Momms.* || 20 currentibus **V** *def. Kell. Fletcher* concurrentibus *Madv.* certantibus *Damsté* | proelium *Her.* pugnae *dubit. Cl. in app.* opus *Damsté* || 21. 22 finis et occasus **VE***A* finis. et finis et o. *SB* finisset occasu *G* desiisset o. *Corn.* finita esset *Nov.* occasu *def. Pet. anacoluth. defendimus* || 22 dum **V** tandem *G* tum *Kießl.* uixdum *Pet.* | fatigationis **V** fatigationi **E***BAG* || 23 hac palmam **V** ac palam **E***G* haec palma *BA* || 25 trahitibus **V** tramitibus **E***BAG* | supplicibusque **V** abicibusque **E** sublicisque *BAG* sublicibusque *Lind. in adn.* || 25.26 suspensissima **V** suspensis ima *G* || 27–p. 340, 2 processisset et ... concursum esset, consulto *Pet.* || 27 et eneatorum **V** et aeneatorum **E***SBA* aeneatorum *G* | occentu *BAG*

centu signo dato progrediendi ad pugnam ad arma concursum est et consulto murorum inuaduntur utrimque frontes, ut, dum propulsaturi pericula defensores ultro citroque discurrunt, nec proxima fodientis audiretur ferri tinnitus nec quodam intrinsecus obsistente /
23 cunicularíorum subita manus emergat. quibus ita, ut conuenerat, ordinatis et occupatis prohibitoribus patefactisque latebris euolat Exsuperius, de Victorum numero miles, post quem Magnus tribunus / et Iouianus notarius, quos audax multitudo secuta his prius confossis,/ quos in aede, per quam in lucem prodierant, inuenerunt, suspensis gradibus procedentes obtruncarunt uigiles omnes ex usu moris gentici
24 iustitiam felicitatemque regis sui canoris uocibus extollentes. extimabatur Mars ipse, si misceri hominibus numina maiestatis iura permittunt, affuisse castra Lucanorum inuadenti Luscino. hocque ideo creditum est, quod in congressu flagranti scalas uehens uisus formidandae uastitatis armatus postridie, cum recenseretur exercitus, praecipuo studio quaesitus repperiri non potuit, cum se ultro offerret, si miles fuisset, memorabilis conscius facti. sed ut tunc, qui esset pulchri facinoris auctor, penitus est ignoratum, ita nunc enituerunt hi, qui fecere fortissime, obsidionalibus coronis donati et pro contione laudati ueterum more.

25 Tandem nudata reseratis aditibus multis lapsura inuaditur ciuitas / et sine sexus discrimine uel aetatis, quidquid impetus repperit, potestas iratorum absumpsit, alii exitii imminentis timore, cum hinc ignis, inde mucrones urgerent, ultimum flentes e muris acti sua sponte praecipites membrisque omnibus infirmati uitam morte fu-
26 nestiorem paulisper, dum caederentur, egerunt. extractus est autem uiuus cum satellitibus octoginta Nabdates, praesidiorum magister, / quem oblatum sibi cum aliis seruari iussit intactum serenus imperator et clemens.

Diuisa itaque perpensis meritis et laboribus praeda ipse, ut erat

1 et *post* pugnam *add. BG* || 2 minua duntur **V** inuaduntur **E***SBAG* || 5 subitum **V** subito **E***m2S* subita *BAG* | [ut] (*fu.* iit *?*) **V** || 6. 7 exsuperius deuictorum **V**E*m2* ex superius d. *SAG* et s. d. *B* Exuperius de Victorum *Lind.* || 8 uotarius **V** notarius **E***SBAG* || 11 aestimabatur *A def. Pet.* existimabatur *Val.* (**N**) || 12 sé miseri (♂) **V** misceri se **E** si misceri *BAG* || 13 inuadentibus cino **V** i. castra cino **E** i. ultro *BA* inuadenti Luscino *G* || 15 uastatatis *ex* uastatis (*m2*) **V** uastitatis **E***SBAG* | posttridie **V** | recenserentur ♂**V** recenserentur *def. Bae.* || 16 noon ♂**V** | offeret **V** | similis **V***B* si miles **V***m3AG* similes **E** || 19 facere **V***B* fecere **E***m2AG* | cornis **V** *corr. m3* || 20 inore ♂**V** || 22 sinexus *ex* inexus (*m3*) **V** et sine sexus **E***SBAG* | quod *BG* || 23 imminentes **V** *corr. m3* || 25 morte funestiorem uitam *tr. G* || 26 autem est *tr. SBG* || 27 satellibus ♂**V** || 30—p. 341, 1 ut erat paruo ut erat contentus **V** *corr. m3*

paruo contentus, mutum puerum oblatum sibi suscepit gesticularium multa, quae callebat, nutibus uenustissimis explicantem, et tribus aureis nummis, partae uictoriae praemium iucundum, ut existimabat, et gratum. ex uirginibus autem, quae speciosae sunt captae, ut 27
in Perside, ubi feminarum pulchritudo excellit, nec contrectare aliquam uoluit nec uidere Alexandrum imitatus et Africanum, qui haec declinabant, ne frangerentur cupiditate, qui se inuictos a laboribus ubique praestiterunt.

Inter haec certamina nostrae partis architectus, cuius nomen non 28
suppetit, post machinam scorpionis forte assistens reuerberato lapide, quem artifex titubanter aptauerat fundae, obliso pectore supinatus / profudit animam disiecta compage membrorum adeo, ut ne signa quidem totius corporis noscerentur.

Exin profecto imperatori index nuntiauerat certus circa muros 29
subuersi oppidi fallaces foueas et obscuras, quales in tractibus illis sunt plurimae, subsedisse manum insidiatricem latenter, ut improuiso inde exorta agminis nostri terga feriret extrema. confestim- 30
que ad extrahendam eam missi sunt compertae fortitudinis pedites, / qui cum neque peruadere foraminum aditus nec amendatos intus prolicere possent ad decernendum, collectam stipulam et sarmenta specuum faucibus aggesserunt. unde fumus angustius penetrans ideoque spissior quosdam uitalibus obstructis necauit, alios ignium afflatu semustos prodire in perniciem coegit abruptam et ita omnibus ferro incendioque consumptis ad signa repedauit ocius miles. hoc
modo ciuitas ampla et populosa uirtute roboris excisa Romani in puluerem concidit et ruinas.

Post quae tam gloriosa transitis pontibus multorum amnium con- 31
cursu continuatis ad munimenta gemina uenimus aedificiis cauatis exstructa, ubi Victorem comitem exercitus praeuium a transitu

2 et tribus V *restit. Sey.* cum t. *Horkel Momms.* e t. *Pet.* || 2. 3 tris aureos nummos *Haupt* || 5 Ne V nec E*SBAG* || 6 emittatus V imitatus E*SBAG* | affricanum V || 11 supmatus ♂V sauciiatus *B* sauciatus *G* || 12 profundit V effudit E profudit *BAG* | ne V*B* ut E ut ne *AG def. Blomgren* || 14 profecturo *Btl.* || 17 adorta *BAG* | confestim qui *ex* confestim que (*m2*) V confestimque E*SBAG* || 18 p*edites (*fu.* a) V || 19 emendatos E amendato *S* a mandato *B* amandatos *AG* || 20 possint V*B* possent E*A G* || 23 adflatus emistus V a. emissus V*m3*E*m2* a. emixtus E*SBA* a. immixtus *G* a. immissus *Val.* adflatu semustos *Günther* | prodere V *corr. m3* | ita *ex* ba V || 24 incendio ferroque *tr. SBAG* || 25 romanum V romanorum in E Romanum in *B* Romani in *AG* || 26 concedit V*B* concepit V*m3* concidit E*AG* || 27 gloriose V*m3* *om.* E | ad multorum V*m3*E | concursum VE*B* concursu *AG* || 28 caucis V cautis V*m3*E cauatis *SBAG* lautis *Val. in adn. Btl.*

fluminis regis filius progressus a Ctesiphonte cum optimatibus et multitudine armata prohibere conatus cateruis sequentium militum uisis abscessit.

Pergentes itaque protinus ad lucos uenimus agrosque pube uariorum seminum laetos, ubi reperta regia Romano more aedificata, quoniam
2 id placuerat, mansit intacta. erat etiam in hac eadem regione extentum spatium et rotundum loricae ambitu circumclausum destinatas regiis uoluptatibus continens feras, ceruicibus iubatis leones armisque hispidos apros et ursos, ut sunt Persici, ultra omnem rabiem saeuientes et alia lecta immania corpora bestiarum. quas omnes diffractis
3 portarum obicibus equites nostri uenatoriis lanceis et missilium multitudine confoderunt. quo loco pingui satis et cultu, qui ... bus Coche, quam Seleuciam nominant, haud longius disparatur, ubi uallatis opere tumultuario castris et exercitu omni per aquarum et pabuli opportuna biduo recreato antegressus cum procursatoribus princeps et ciuitatem desertam collustrans a Caro principe quondam excisam, in qua perpetuus fons stagnum ingens eiectat in Tigridem defluens, corpora uidit suffixa patibulis multa necessitudinum eius, quem prodidisse
4 ciuitatem Pirisabora rettulimus supra. hic et Nabdates uiuus exustus est, quem extractum cum octoginta e latebris expugnatae docui ciuitatis, eo, quod inter exordia obsidii coepti clam pollicitus prodere / dimicauit acerrime adeptusque ueniam insperatam ad id proruperat insolentiae, ut Hormisdam laceraret omnibus probris.

Itaque aliquantum progressi tristi percellimur facto. dum enim tres

1 actisi fonte **V** a ctesi f. **V***m3* acthesifonte **E** a Ctesiphonte *BAG* || 6 man sitintacta (ti *ex* o *m3*) **V** | enim *SBG* || 7 luricae **V** lucorum **E** loricae *BAG* || 8 iuuantis **V** *corr. m3* | leonis **V** leones **E***AG om. B* | armatisque **V***BA* armatosque **E** armisque *G* || 12 quae loco **E** quae loca *Lind.* | pinguis *A* | sitas **V** sita **E** situs *BA* situ *G* satis *Her.* | cultra *S* culta *BA* | quibus **VE** quem *BA* qui (*lac. 4 litt.*) bus *G* diues *Momms.* pingui sita sunt castella, quibus *Sudhaus* quo loco pinguia sita sunt culta, a quibus *Pet.* quae loca pinguia satis et culta (c. *coniec. Miller*) quibus *Rolfe* || 12. 13 cohaequans eleuciam **V** coheret aequa est seleuciam **V***m3* c. quam S. **E** equans sedentiam *S* Equorum sepem etiam *BA* Coche quam Seleuciam *G* Cochasa quam *Sudhaus* || 13 haut ♂ **V** | uallatus **V** uallatis **E***BAG* || 16 sacro **V** a Caro *Lind. in adn.* Vero *Val. in adn.* Seuero *Gdt.* | quodam *SBA* | quo **VE***B* qua *AG* || 17 fors ♂ **V** | eiectant **V** eiectas **V***m3* eiectans **E** eiectat *SBAG* || 18 multas **V***m3***E** | necessariorum *BAG* | prodi*disse (*fu.* s) **V** || 19 Pyrisaboram *BG* | exutus **V** exustus **E***SBAG* || 20 octoginta* (*fu.* e) **V** e *restit. Cl.* || 20. 21 [latebris – inter] **V** || 21 ea **V***B* eo **V***m3***E***AG* || 22 dimicauit *ex* dimicaut **V** | inseparatam ♂ **V** | at **V** ad **E***SBAG* || 23 solentiae **V** *corr. m3* | hormia **V** omnia **V***m3***E** cornua *SBA* Ormisdam *G* || 24 ita *SBG* | percellimus **V***B* percullimus **V***m3***E** percellimur *AG* | fato **V***m3***E** *def. Pet.*

procursatorum cohortes expeditae cum cuneo Persico decertarent, / quem patefactis subito portis profuderat ciuitas, proruptores alii ex contraria fluminis ripa iumenta nos sequentia cum pabulatoribus paucis licenter palantibus intercipiunt et obtruncant. unde profec- 6
tus imperator iratus et frendens iamque regionibus Ctesiphontis propinquans celsum castellum offendit et munitissimum, ad quod explorandum ausus accedere, obscurior, ut ipse rebatur, cum paucis obequitans muros pauloque auidius intra ictum telorum repertus / latere non potuit; statimque diuersorum missilium nube exagitatus / oppetisset tormento murali, ni uulnerato armigero, qui lateri eius haerebat, ipse scutorum densitate contectus euitato magno discrimine discessisset.

Qua causa concitus ira immani munimentum disposuit obsidere / 7
prohibitoribus acriter ad resistendum intentis, quod loco fidebant propemodum inaccesso quodque rex cum ambitiosis copiis passibus citis incedens propediem affore credebatur. iamque uineis et residuis 8
omnibus, quae poscebat obsidium, paratis uigilia secunda praecipiti,/ cum nox casu tunc lunari splendore nitens his, qui propugnaculis insistebant, aperte cuncta monstraret, repente in unum pondus coacta multitudo patefactis subito portis erupit cohortemque necopinantem adorta nostrorum cecidit complures, inter quos etiam tribunus peremptus est periculum propulsare conatus. quae dum ita 9
aguntur, pari modo ut antea Persae ex aduersa fluminis ripa partem adorti nostrorum interfectis quibusdam uiuos cepere nonnullos. et timore simul, quia uenisse in maiorem numerum copiae putabantur hostiles, egere nostri tunc segnius. sed ubi animis in audaciam restitutis armisque raptis inter tumultum exercitus cantu concitus bucinarum cum minaci murmure festinaret, eruptores perterriti reuerterunt intacti. et imperator ira graui permotus reliquos ex ea cohorte, 10

1 expaedite **V** expeditae **E***G* expeditis *SB* expeditius *A* || 2.3 [ciuitas – pabulato-] **V** || 4 plantibus **V** *corr. m3* || 5 *tesifontes (*fu.* c) **V** Cthesifontis **E** Ctesiphontis *SBAG* || 6 at ♂ **V** || 7 accidere **V** *corr. m3* | obsurior **V** || 8 iactum **E***m2BAG* || 13 ira *ante* concitus *add. C. F. W. M. post* c. *colloc. Cl. def. Hagend.* | inmani **V** *def. C. F. W. M. Hagend.* immane **V***m3***E***BAG* || 14 acriter *om. SBG* | intenti si **V***m3* | quod **V***BAG* quo **V***m3***E** || 15 quotque **V** quoque **V***m3***E** quodque *SBAG* || 16 incidens **V** incedens **E***BAG* || 17 praecipitis **V** *corr. m3* || 18 lunari* splendore (s *add. m3*) **V** | nites **V** *corr. m3* nitescens *Her.* nitens splendore *tr. Bae. c. c.* splendore nitens *def. Blomgren* || 20 erapit *ex* erupit **V** *corr. m3* || 22 est *om. SBG* || 24 nonnulos ♂ **V** || 26 tunc nostri *tr. G* || 27 multum **V** tumultum **E***BAG* | cantum *ex* cantu (*m3*) **V** cantu **E***SBAG* || 28 cum (*macula sup.* m) **V** cum *om. SBAG* || 29 et imperatoris agraui **V** et imperator ira graui **E***G* ita imperator graui *B* ita i. ira g. *A*

qui abiecte sustinuerant impetum grassatorum, ad pedestrem com-
11 pegit militiam, quae onerosior est, dignitatibus imminutis. flagrans
post haec ad eruendum castellum, ubi periclitatus est, operam conuer-
tit et curam nusquam ab antesignanis ipse digrediens, ut inter primos
dimicans militi ad fortiter faciendum esset exemplo spectator pro-
batorque gestorum. quo inter discriminum uertices diu multumque
uersato uarietate munitionum atque telorum et conspiratione oppu-
12 gnatorum idem castellum incenditur captum. post quae consideratis
asperitatibus ante gestarum rerum et impendentium requieuit exer-
citus labore nimio quassatus multis uictui congruis affatim distri-
butis. uallum tamen sudibus densis et fossarum altitudine cautius
deinde struebatur, cum a uicina iam Ctesiphonte repentini excursus
et alia formidarentur occulta.

6 Ventum est hinc ad fossile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis
regum interpretatur, tunc aridum. id antehac Traianus posteaque
Seuerus egesto solo fodiri in modum canalis amplissimi studio cu-
rauerat summo, ut aquis illuc ab Euphrate transfusis naues ad Tigri-
2 dem commigrarent. tutissimumque ad omnia uisum est eadem loca
purgari, quae quondam similia Persae timentes mole saxorum ob-
ruere multorum. hacque ualle purgata auulsis cataractis undarum
magnitudine classis secura stadiis triginta decursis in alueum eiecta
est Tigridis et contextis ilico pontibus congressus exercitus iter Co-
3 chen uersus promouit. utque lassitudini succederet quies opportuna, /
in agro consedimus opulento arbustis et uitibus et cupressorum uiri-
ditate laetissimo, cuius in medio diuersorium opacum est et amoe-
num gentiles picturas per omnes aedium partes ostendens regis be-
stias uenatione multiplici trucidantis; nec enim apud eos pingitur uel
fingitur aliud praeter uarias caedes et bella.

1 abiecta **V** *corr. m3* abiectius *dubit. Cl. in app.* || 4 ante signa nis* (*fu.* i) **V** || 5 militia **VE***B* militi ad *AG* || 7 minutionum **V** *corr. m3* | pugnatorum *SBG* || 8 -que **VE***BG* quae *A* || 9 inpedientium **V***B* impendentium **E***AG* || 11 effosarum **V** ex fossarum **V***m3* et f. **E***G* fossarum *BA* || 12 [c]tesi fonte (c *m3*) **V** cthesifonte **E** Ctesiphonte *SBAG* || 13 et] ut **V***m3* ex **E** || 14 profosile (ad *add. sup. lin. m3*) **V** adproflosile **E** profusile *SB* ad p. b_2 profossile *A* ad fossile *G* protinus ad f. *Her.* prope f. *Walter* | naarmalch **VE***A* Naarmachl *S* Naarniachl *B* Naarmalcha *G* | amnis* (*fu.* i) **V** non nisi *SB* || 16 gesto **V** *corr. m3* | fodiri (ri *del. m3*) **V** fodiri **E***SBAG* || 17 eufrate **V** | nauis **V** *corr. m3* || 19 quae] quibus **V***m3* || 20 ha*cque (*fu.* e) **V** | purgat **V** *corr. m3* | cataractis *ex* catractis **V** || 21 multitudine *SBG* | depulsis **V** *def. Pet.* depulsa **V***m3***E***BAG* decursis *Val. in adn.* || 22 illico **V** | transgressus *G* | cothen **V** (*?*) *B* cothem **E** Cohen *A* Cochen *G* || 23 succideret **V** accederet **E** succedet *S* succederet *BAG* || 26 partes *ex* parter (*m2*) **V** || 27 cospingitur **V** eos pingitur **E***SBAG*

Proinde cunctis ex sententia terminatis Augustus altius iam contra 4
difficultates omnes incedens tantumque a fortuna sperans nondum
afflicta, ut propius temeritatem multa crebro auderet, ualidiores
naues ex his, quae alimenta portabant et machinas, deoneratas octo-
genis impleuit armatis retentoque secum classis robore firmiore, /
quam in tres diuiserat partes, unam cum Victore comite quiete prima
noctis emitti disposuit, ut flumine raptim transmisso ripae occupa-
rentur hostiles. quod cum acri metu territi duces concordi precatu 5
fieri prohibere temptarent neque destinationem flecterent principis, /
sublato uexillo, ut iussum est, euolant e conspectu quinque subito
naues et, cum ripas iam aduentarent, facibus et omni materia, qua
alitur ignis, petitae assiduis iactibus cum militibus iam conflagrassent,/
ni ueloci uigore pectoris excitus imperator signum sibi datum nostros,
quod margines iam tenerent, ut mandatum est, erexisse proclamans /
classem omnem properare citis remigiis adegisset. quo facto et naues 6
incolumes sunt receptae et residuus miles, quamquam saxis et uarie-
tate telorum ex edito uexaretur, post concertationem acerrimam /
praealtas ripas et arduas supergressus stabat immobilis. et miratur 7
historia Rhodanum arma et loricam retinente Sertorio transnatatum, /
cum eo momento turbati quidam milites ueritique, ne remanerent, /
post signum erectum scutis, quae patula sunt et incurua, proni
firmius adhaerentes eaque licet imperite regendo per uoraginosum
amnem uelocitatem comitati sunt nauium.

Contra haec Persae obiecerunt instructas catafractorum equitum 8
turmas ita confertas, ut lamminis cohaerenter aptati corporum fle-
xus splendore praestringerent occursantes obtutus operimentis scor-
teis equorum multitudine omni defensa, quorum in subsidiis manipuli
locati sunt peditum contecti scutis oblongis et curuis, quae texta ui-

3 adflictauit **VE***A* abstinuit **E***m2 in marg.* affectauit *B* afflicta, ut *G* || **3. 4** ualidior ignaues **V** *corr. m3* Validiores igitur naues **E** ualidior in dies *B* || **4** occo gens **V** occogentis **V***m3* octingentis **E** octogenis *BAG* || **7** transmissori prae (r *ult. del. m3*) **V** || **9** distinationem **V** || **10** uixillo **V** *corr. m3* | duae *Klotz Bae. (cf. Zosim. 3, 25, 2a)* || **12** petita et **V***B* petitae **E***G* p. et *SA* || **13** frigore **V** uigore *Val. in adn.* || **14** erexisse **V***BAG* erexisset et **V***m3***E** || **15** classe **V** *corr. m3* | cetis **V** *corr. m3* || **16** incolomes **V** | eresiduus **V** *corr. m3* | quam a *S* quum a *B* cum à b_2*G* || **19** hostoria ♂ **V** | hrodanum **V** *corr. m3* | lorica **V** *corr. m3* | transnatato **V** *corr. m3* t. ui *B* || **20** milite sua eritique **V** milites ueritique **E***SAG* m. ueriti *B* || **23** sint *G* || **24** cata fractorum (o *ex* a) **V** || **25** turma sit **V** turmas sic **V***m3***E***SBAG* t. ita *Cl.* | quae aptati **VE** q. optati *SBA* optatique b_2 aptati *G* coaptati *Hadr. Val.* cohaerenter aptati *Cl.* || **26** optutus **V** || **27.28** locati sunt manipuli peditum *tr. SBA* locati manipuli peditum (sunt *om.*) b_2*G* || **28** tecta **VE** recta *SBA* texta b_2*G*

mine et coriis crudis gestantes densius se commouebant. post hos elephanti gradientium collium specie motuque immanium corporum propinquantibus exitium intentabant documentis praeteritis formidati.

9 Hinc imperator cateruis peditum infirmis medium inter acies spatium secundum Homericam dispositionem praestituit, ne locati priores cedentesque deformiter cunctos auerterent secum aut postsignani pone omnes reiecti centurias nullo retinente licentius uerterent terga, / ipse cum leuis armaturae auxiliis per prima postremaque discurrens.

10 Ergo ubi uicissim contiguae se cernerent partes, cristatis galeis corusci Romani uibrantesque clipeos uelut pedis anapaesti praecinentibus modulis lenius procedebant et praepilatis missilibus per procursatores principiis pugnae temptatis excita undique humus rapido tur-

11 bine portabatur. et cum undique solito more conclamaretur uirorumque alacritatem sonans classicum iuuaret, hastis et mucronibus strictis hinc inde comminus pugnabatur; sagittarum periculo miles erat immunis, quantum interiora festinatius occupabat. inter quae Iulianus pulsos fulcire subsidiis incitareque tardantes quasi conturmalis

12 strenuus properabat et rector. laxata itaque acies prima Persarum / leni ante, dein concito gradu calefactis armis retrorsus gradiens propinquam urbem petebat, quam sequebatur miles itidem fessus in campis torridis ad usque diei finem a lucis ortu decernens eiusque occipitiis pertinacius haerens omnem cum Pigrane et Surena et Narseo / potissimis ducibus ad usque Ctesiphontis muros egit praecipitem /

13 auersorum feriens suras et terga. perrupissetque ciuitatis aditus lapsorum agminibus mixtus, ni dux Victor nomine manibus erectis prohibuisset et uocibus ipse umerum et sagitta praestrictus et timens,

1 coriis (*ex* corus *m3*) quidis gestantes **V** c. qui diggestantes **E** c. crudis gestantes *BA* c. c. gestant *G* | commonebant **VE** commouebant *SBAG* || 2 inmanum **V** immanium **E***BAG* || 5 firmis in medium **V** f. m. *G* infirmis m. *Lind. in adn.* || 8 recinente **VE** renitente *BAG* retinente *S Lind.* || 10 contugua esse **V** contigua e. **E***S* contiguas e. *BAG* contiguae se *Val.* || 11 paedi sana saedi sana pesti **V** *corr. m3* || 12 procidebant **V** procedebant **E***BAG* | propilatis *Val. in adn. Corn.* || 13.14 humus – undique *add. G* || 15 sonans classica iam iuuaret **V** sonantia c. iuuarent *G* sonans classicum iam iuuaret *Btl. prob. Pet.* iam *del. Cl.* || 20 ante inconcito **V** ante et i. **E** et i. *BAG* ante, dein concito *Hadr. Val.* | propinquarum **V** *corr. m3* || 22 tor[i]dis (*fu.* e) **V** | oc cipitus **V** occipitiis **E***AG* occipiti *B* || 23 pertinatius **V** | Tigrane *BAG* | narceo **V** Narseo **E** *Hadr. Val.* (**W***m2*) Nartes *S* Narte *BA* Narse *G* || 24 ctisifontis **V** cthesifontis **E** Ctesiphontis *SBAG* || 25 aduersorum **V** auersorum *G* | qua **V** *corr. m3* || 26 ni dus uictor **V** ni dux V. **E***AG* incliis u. *S* ni Cliisuictor *B* || 27 ipse umerum et **V** *def. Blomgren* i. humerum *G* et i. umerum *Kell.*

ne intra moenium ambitus rapidus miles inconsulte repertus nullosque inueniens exitus multitudinis pondere circumueniretur.

Sonent Hectoreas poetae ueteres pugnas, fortitudinem Thessali 14
ducis extollant, longae loquantur aetates Sophanem et Aminiam et
5 Callimachum et Cynegirum, Medicorum egregia culmina illa bellorum;/
non minus illo die quorundam ex nostris inclaruisse uirtutem omnium
confessione monstratur.

Post timorem depositum calcatasque ruinas hostilium corporum / 15
iusto sanguine miles etiamtum cruentus ad imperatoris tentoria con-
10 gregatus laudes ei perhibebat et gratias, quod ignoratus ubique dux
esset an miles, † magis tum ita rem prospere gesserat, ut caesis Per-
sarum plus minusue duobus milibus et quingentis septuaginta cade-
rent soli nostrorum. qui appellans plerosque nominatim, quos stabili
mente aliquid clarum fecisse ipse arbiter perspexit, naualibus donauit
15 coronis et ciuicis et castrensibus.

Abunde ratus post haec prosperitates similes aduentare complures 16
hostias Marti parabat Vltori et ex tauris pulcherrimis decem ad hoc
perductis nondum aris admoti uoluntate sua nouem procubuere tri-
stissimi, decimus uero, qui diffractis uinculis lapsus aegre reductus
20 est, mactatus ominosa signa monstrauit. quibus uisis exclamauit in-
dignatus acriter Iulianus Iouemque testatus est nulla Marti iam sacra
facturum nec resecrauit celeri morte praereptus.

Digesto itaque consilio cum primatibus super Ctesiphontis obsidio/ 7
itum est in uoluntatem quorundam facinus audax et importunum esse
25 noscentium id aggredi, quod et ciuitas situ ipso inexpugnabilis defen-
debatur et cum metuenda multitudine protinus rex affore credebatur. /
uicit sententia melior, cuius utilitate princeps sollertissimus appro- 2

1 ambitus V *def. Blomgren* ambitum *Her.* | rapidum V rapidus E *BAG def. Blomgren* | refertus *Löfst. reiec. postea* || 3 haec toreas (t *ex* c *m3*) V ethoreas E Hectoreas *BAG* || 4 longe VE*B* longae *AG* | sofanem (a *ex* o *m2*) V Sophanem E*A* (-nen) *G* Sophinam *SB* || 5 cupe girum VE Cynegyrum *BA* Cynegirum *G* | in graeci aculmina V ingenci a. V*m3* ingentia culmina E in Graecia c. *SBAG* in G. fulmina *Lind.* ingentia f. *Haupt* egregia *Her. Nov.* || 6 et V ex *SBAG* || 8 caleas que V scaleasque E calcatas *B* calcatasque *AG* || 10 ignoratis ubique V u. i. *tr. S* ignoratus ubique E u. i. *tr. BAG* || 10. 11 duxisset V dux is esset E d. e. *BAG* || 11 magistrum E magis, tum *A* in acie, t. *Her.* militum magis *Walter prob. Miller* magis an miles, tum *uel* an miles magis gregarius, tum *Češka c. c.* | militatem E rem ita *tr. SBG* || 14 prospexit *SBG* || 14. 15 coronis donauit *tr. BG* || 15 et[1] *om. BG* || 18 perductis (t *add. sup. lin.*) V | suam V sua *SBAG* || 20 ominus asigna V *corr. m3* || 22 referauit V peierauit E reserauit *S* resecrauit *BAG* || 23 ctesi fontes V othesifontis E Ctesiphontes *SB* Ctesiphontis *AG* || 25 inexpugnabili *G* || 27–p. 348, 1 adprobata – expedita *add. G*

bata Arintheum cum manu peditum expedita ad populandas regiones circumsitas misit armentis laetas et frugibus hostes pari persecuturum industria, quos dispalatos nuper densi tramites et latebrae texere
3 notissimae; hinc opulenta ... sed ille auidae semper ad ulteriora cupiditatis parui habitis uetantium dictis et increpitis optimatibus quod ob inertiam otiique desiderium amitti suaderent prope iam parta regna Persidis, flumine laeua relicto infaustis ductoribus praeuiis
4 mediterraneas uias arripere citato proposuit gradu. et tamquam funesta face Bellonae subiectis ignibus exuri cunctas iusserat naues / praeter minores duodecim, quas profuturas pangendis pontibus disposuit uehi carpentis, idque putabat utiliter ordinasse, ne relicta classis usui hostibus foret aut certe, ut ab expeditionis primordio factum est, armatorum fere uiginti milia in trahendis occuparentur isdem nauibus et regendis.

5 Dein cum metuens sibi quisque mussaret monstraretque perspicua ueritas, quod repulsus forsitan ariditate uel altitudine montium ad aquas redire non poterit miles, tortique perfugae aperte faterentur se fefellisse, concursu maximo exstingui iussae sunt flammae. et quoniam ignis auctus immaniter plerasque consumpsit, duodecim tantummodo naues potuerunt intactae seruari, quae, ut possint custo-
6 diri, discretae sunt. hoc casu classe, cum non oporteret, abolita / Iulianus consociato fretus exercitu, cum armatorum nulli per diuersa distringerentur, numero potior ad interiora tendebat alimenta affatim opulentis suggerentibus locis.

7 Quo cognito hostes, ut inedia nos cruciarent, herbas cum adultis segetibus incenderunt et conflagratione procedere uetiti statiuis castris, dum flammae senescerent, tenebamur. insultantesque nobis longius Persae nunc de industria se diffundebant aliquotiens confertius resistentes, ut procul conspicantibus uiderentur aduenisse iam regis auxilia ideoque eos aestimaremus erupisse ad audaces excursus

2 persecutorum **V** persecuturum *G* || 4 hinc opulenta (*sine lac.*) **VE***BA* h. opulentia b_2 *om. G* (*lac. 3 litt.*) *plurima deesse suspic. Val.* (**N**) hinc opulenta praeda opplentur *uel* h. o. opplentur praeda *Thörnell* (*cf. Plaut. Pseud. 588*) *prob. Miller* | sed ille auide **VE** sed illae auidae *BA* sed ille auidae *G* | ulteriara ♂ **V** || 6 otiique — iam *add. G* || 7 persides **V** Persidis **E***BAG* | preuis **V** praeuiis **E***SBAG* || 8 chato **V** cauto **E** cito *BAG* citato *Val.* (**W***m2*) | posuit *SBA* | tamque **VE** tanquam *SBAG* || 9 bello ne **V** || 10 pangendis (n *pr. add. sup. lin.*) **V** || 15 siquis que **VE** si quis se *SB* quisque *A* sibi q. *G* | perspiqua **V** || 16 at **V** ad **E***SBAG* || 18 concursum **VE***BA* concursu **E***m2G* | maximae *B* (-e) *A* | iussi **VE** iussae *BAG* || 23 inferiora **V** interiora *G* || 26 in cenderunt* (*fu.* i *?*) **V** || 27 saenescere **V***B* senescerent **E***AG* | nitebamur **VE***A* nitebantur *SB* utebantur *G* tenebamur *Val.*

et insolita temptamenta. maerebat tamen ob haec imperator et miles, / 8
quod nec contabulandi pontis erat facultas amissis nauibus temere /
nec occurri poterat hostis aduenticii motibus, quem adesse coruscus
nitor indicabat armorum arte pro singulis membris inflexus. hisque
accedebat aliud haud exiguum malum, quod nec adminicula, quae
praestolabamur, cum Arsace et nostris ducibus apparebant ob causas
impedita praedictas.

Has ob res ut solaretur anxios milites, princeps captiuos graciles 8
suapte natura, ut omnes paene sunt Persae, et macie iam confectos /
iussit in medium duci nostrosque respiciens „en", inquit, „quos Mar-
tia ista pectora uiros existimant deformes illuuie capellas et taetras, /
utque crebri docuerunt euentus, antequam manus conferant, abiectis
armis uertentes semet in fugam". quibus dictis remotisque captiuis / 2
super rerum summa consultabatur. et multis ultro citroque dictitatis /
cum reuerti debere per loca, quae uenimus, plebs uociferaretur impru-
dens, resistebat intentius princeps multis cum eo id nequaquam fieri
posse monstrantibus per effusam planitiem pabulo absumpto et fru-
gibus uicorumque reliquiis exustorum inopia squalentibus ultima, /
quodque liquentibus iam brumae pruinis omne immaduerat solum et
ruptis riparum terminis aucti inhorruere torrentes, eo etiam ad diffi- 3
cultatem accedente negotii, quod per eas terras uapore sideris calescen-
tes muscarum et culicum multitudine referta sunt omnia earumque
uolatu dies et astrorum noctu micantium facies obumbratur. et cum 4
nihil humani proficerent sensus diu fluctuantes et dubii, exstructis
aris caesisque hostiis consulta numinum citabantur, utrum nos per
Assyriam reuerti censerent an praeter radices montium lenius gra-
dientes Chiliocomum prope Corduenam situm ex improuiso uastare; /
quorum neutrum extis inspectis confore dicebatur. sedit tamen senten- 5

3 hosti*s (*fu.* i) **V** | coruscas *S* coruscans *BG* || 5 accidebat **V***BG* accedebat **E***A* | aut **V** haud **E***BAG* | quod nec *om. SBG* || 6 praestulabamur **V** praestolabantur **E***SB* praestolabamur *AG* | apperebant **V** || 10 inquid **V** | marcia **V** || 11 terras **VE** tetras *BAG* || 13 remotisque *ex* semortisque (*m2 ?*) **V** || 14 utro **V** ultro **E***SBAG* | dictitatis *ex* dicitatis **V** || 15 quae **V** *def. Bae.* qua *Hadr. Val.* || 16 resistebant *G* | cumineo **V** cum eo **E***G* cum in eo *SBA* cum eo id *Horkel* (*uel* iri *pro* fieri) *Her.* || 17 paulo **V** *corr. m3* | adsumpto **V** absumpto **E***SBAG* || 18 relinquis **V** reliquissent **E** reliquiis *SBAG* || 19 relinquentibus **VE** liquentibus *BAG* | iam *ante* liquent. *tr. SBA* || 20 raptis **V** ruptis *Hadr. Val.* | germinis **VE** terminis *BAG* | ego **V** ergo **E***BG* Hoc *A* eo *Lind. in adn.* || 21 accidente **V** accedente **E***AG* accidentem *SB* || 23 et *ante* cum *om. G* || 24 diis **V***BA* dif- **E** diu b_2G || 25 nominum **V** numinum **E***SBAG* | citabantur **VE** *restituimus* scicitabantur *B* scitabantur *A* sciscitabamur *G* scitabamur *Lind.* || 27 corduam **V***B* Corduenam **E***m2AG* | sitam *SBAG* || 28 sed ita **VE***B* sedit *AG*

tia, ut omni spe meliorum succisa Corduenam arriperemus, et sextum decimum kalendas Iulias promotis iam signis progresso imperatore cum lucis exordio fumus uel uis quaedam turbinata pulueris apparebat, ut opinari daretur asinorum esse greges agrestium, quorum multitudo in tractibus est illis innumera ideo simul incedens, ut con- 5
6 stipatione densa feroces leonum frustraretur assultus. quidam arbitrabantur Arsacen ac duces aduentare iam nostros rumoribus percitos, quod imperator Ctesiphonta magnis uiribus oppugnaret, nonnulli Per-
7 sas nobis uiantibus incubuisse firmabant. ideo inter haec ita ambigua, ne quid aduersum accideret, reuocantibus agmina classicis in 10 ualle graminea prope riuum multiplicato scutorum ordine in orbiculatam figuram metatis tutius quieuimus castris. nec enim ad usque uesperam aere concreto discerni potuit quidnam esset, quod squalidius uidebatur.

2 promitis V promtis E promotis *BAG* | imperatore *om. SBG* || 3 cum] iam *SBG* | bis V uis E*SBAG* || 4 aegrestium V || 5 innumera *ex* inmunera V | incendens V incedens E*SBAG* || 7 sacenae V Saracenos *Hadr. Val. in adn. Btl.* Arsacen ac *Kell. Haupt* A. et *van der Hoeven* | nostrorum E nostris *AG* incertis *Btl.* || 8 ctesi fonta V chtesifonta E Ctesiphonta *SBAG* || 9 nouis uiantibus V n. iuuantibus E n. montibus *S* n. motibus *BAG* nobis uiantibus *Oisel. Pithoeus* || 11 ualle *ex* ulle V | properium V prope riuum E*BAG* | ordine *add. BAG* | orbi cultam V orbiculatam E*BAG* || 12 meatis V nūo̅ (*lac. 5 litt.*) E metatis *BAG* | totius quieui[m]us V totis quieuimus E toti q. *B* conquieuimus *A* tutius quieuimus *G* || 13 his qualidius V squalidius E *Nov. Momms. def. Löfst.* his s. *SBAG* diu s. *Val.* sic s. *Günther* || 14 AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER XXIIII. INCIPIT LIBER. XXV. FELICITER; V EXPLICIT LIBER XXIIII. INCIPIT. XXV. E

LIBER XXV

1. Persae Romanos iter facientes adorti fortiter reprimuntur.
2. Inopia frumenti et pabuli premitur exercitus; Iulianus terretur ostentis.
3. Imperator, dum ad repellendos Persas, qui undique instabant, omissa lorica temere se proeliis inserit, hasta uulneratur ac in tabernaculum refertur, ubi circumstantes alloquitur ac post epotam frigidam moritur.
4. Virtutes eius ac uitia, forma corporis et statura.
5. Iouianus, primicerius domesticorum protectorum, tumultuarie eligitur imperator.
6. Romanos ex Perside redire properantes procedentesque crebris proeliis lacessunt Persae et Saraceni ac magno cum detrimento repelluntur.
7. Fame et inopia suorum adductus Iouianus Augustus pacem cum Sapore necessariam, sed turpissimam facit traditis V regionibus cum Nisibi et Singara.
8. Romani fluuio Tigri transito post diuturnam et maximam cibariorum inopiam fortiter toleratam tandem in Mesopotamiam perueniunt. Iouianus Augustus res Illyrici atque Galliarum utcumque ordinat.
9. Bineses nobilis Persa Nisibin urbem inexpugnabilem nomine Saporis a Iouiano recipit; oppidani inuiti patria excedere et Amidam migrare compulsi. V regiones cum urbe Singara et XVI castellis ex pacto Persis optimatibus assignantur.
10. Iouianus metu rerum nouarum per Syriam, Ciliciam, Cappodaciam et Galatiam celeriter itinere facto Ancyrae cum Varroniano filio infante consulatum init ac mox Dadastanae repentina morte fungitur.

Et hanc quidem noctem nullo siderum fulgore splendentem, ut 1
solet in artis rebus et dubiis, exegimus nec sedere quodam auso nec
flectere in quietem lumina prae timore. ubi uero primum dies incla-
ruit, radiantes loricae limbis circumdatae ferreis et corusci thoraces
longe prospecti adesse regis copias indicabant. hocque uiso accensum / 2
properantem congredi militem dirimente fluuio breui prohibuit im-
perator et non procul a uallo ipso inter excursatores nostros et Per-
sicos proelio acri conserto Machameus cecidit, ductor unius agminis
nostri. cui propugnaturus Maurus frater, dux postea Phoenices, cum
germani trucidasset interfectorem, obuium quemque perterrens infir-

2 quoquam *AG* || 4 luricae **V** *corr. m3* | lumbis **V** nimbis **V***m3 in marg.* nimbis **E** laminis **E***m2 in marg.* niuibus lumbis *S* niueis limbis *BAG* limbis *Val.* | ferrei *SBG* || 6 proferantem **V** proferentem **V***m3SBA* offerentem **E** properantem *G* || 8 acris ♂ **V**

matus et ipse umerum telo pallescentem morte propinqua Machameum extrahere pugna uiribus ualuit magnis.

3 Et cum fatiscerent uix toleranda aestuum magnitudine crebrisque congressibus partes, ad ultimum hostiles turmae graui sunt repulsa discussae. hinc recedentibus nobis longius Saraceni secuti sunt et nostrorum metu peditum repedare compulsi paulo postea innexi Persarum multitudini tutius irruebant Romana impedimenta rapturi, / 4 uerum uiso imperatore ad alas subsidiarias reuerterunt. qua ex regione profecti ad Hucumbra nomine uillam peruenimus, ubi per biduum omnibus ad usum congruis et satietate quaesita frumenti ultra spem recreati discessimus, et confestim absque his, quae tempus uehi permisit, reliqua flammis exusta sunt.

5 Postridie exercitu sedatius procedente extremos, qui eo die forte cogendorum agminum officia sustinebant, necopinantes Persae adorti / negotio leui interfecissent, ni proximus equitatus noster hoc acutius intellecto per patulas ualles late diffusus tantam molem discriminis / 6 uulneratis, qui superuenerant, reppulisset. in hac cecidit pugna Adaces, nobilis satrapa, legatus quondam ad Constantium principem missus ac benigne susceptus, cuius exuuiis interfector Iuliano oblatis / 7 remuneratus est, ut decebat. eodem die Tertiacorum equestris numerus a legionibus incusatus est, quod, cum ipsae hostium aduersas irrumperent acies, illi paulatim dilapsi alacritatem paene totius mi- 8 nuissent exercitus. unde ad indignationem iustam imperator erectus / ademptis signis hastisque diffractis omnes eos, qui fugisse arguebantur, inter impedimenta et sarcinas et captiuos agere iter disposuit /

1 propinquam acameum **V** propinqua Machameum **E***G* propinquum Athameum *SB* propinqua A. *A* || 2 pugna *add.* **V***m2 sup. lin.* || 3 fatescerent **V** fatiscerent **E***A* fatisceret *B* fathisceret b_2 fathiscerent *G* | tolerandae **V** tollerandae **E***m2* tolleranda *SB* toleranda *AG* || 4 tormae **V** turmae **V***m3***E***AG* turmas *SB* || 5 discursae **V** discussae **E***BAG* | saraceni sunt et **V** s. s. **E** in Syriacem *B* Saracem *A* Saraceni *G* S. insidiati sunt et *Günther* S. secuti sunt et *Cl.* S. Assanitae *Pet.* uisi longius Saraceni sunt *Her.* || 6 sunt *ante* compulsi *add. BA* | post inea innexi **V** p. in ea inixi **E** p. in ea innexi *SBA* postea innexi *G* post denuo *Momms.* innixi *Günther* || 7 multitudine **V** multitudini *Momms.* | totius **V** toti **E***BA* ocius *G* tutius *Val.* || 9 adhuc umbra **V** aduc umbram **E** Adhucumbram *B* ad Hucumbram *AG* || 10 usum **V** *def. Pet.* esum *Hadr. Val.* | congruisset **VE** congruis, et *BAG* || 15 ne **V** ni **V***m3***E***AG* nec *B* | ocius *G def. Kell.* citius *Cl. in app.* || 17 reppulissent **V** repulisset *G* || 18 nobiles **V** nobilis **V***m3***E***AG* nobilibus *SB* | constantiam ♂**V** || 19 exubiis **V** exuuiis **E***BAG* || 20 dicebat *SBG* || 21 ipse**VE***B* ipsae *AG* | aduersa **V** aduersas **E***G* aduersae *BA* || 24 adeptisque **V** ademptis signis hastisque *G* || 25 sarcenas **V** *corr. m3* | inter inposuit **V** interposuit **E** iter imposuit *SBAG* disposuit *Ern.*

ductore eorum, qui solus fortiter decertarat, aliae turmae apposito, / cuius tribunus turpiter proelium deseruisse conuincebatur. abiecti 9
sunt autem sacramento etiam alii quattuor ob flagitium simile uexillationum tribuni; hoc enim correctionis moderamine leniori impendentium consideratione difficultatum contentus est imperator.

Progressi itaque septuaginta stadia attenuata rerum omnium co- 10
pia herbis frumentisque crematis ex flammis ipsis raptas fruges et pabula, ut quisque uehere potuit, conseruauit. hoc etiam loco relicto / 11
cum ad tractum Maranga appellatum omnis uenisset exercitus, / prope lucis confinia immensa Persarum apparuit multitudo cum Merena equestris magistro militiae filiisque regis duobus et optimatibus plurimis. erant autem omnes cateruae ferratae, ita per singula mem- 12
bra densis lamminis tectae, ut iuncturae rigentes compagibus artuum conuenirent, humanorumque uultuum simulacra ita capitibus diligenter aptata, ut imbratteatis corporibus solidis ibi tantum incidentia tela possint haerere, qua per cauernas minutas et orbibus oculorum affixas parcius uisitur uel per supremitates narium angusti spiritus emittuntur. quorum pars contis dimicatura stabat immobilis, ut re- 13
tinaculis aereis fixam existimares, iuxtaque sagittarii, cuius artis fiducia ab incunabulis ipsis gens praeualuit maxima, tendebant diuaricatis brachiis flexiles arcus, ut nerui mammas praestringerent dexteras, spicula sinistris manibus cohaererent, summaque peritia digitorum pulsibus argutum sonantes harundines euolabant uulnera perniciosa portantes. post hos elephantorum fulgentium formidandam 14
speciem et truculentos hiatus uix mentes pauidae perferebant, ad quorum stridorem odoremque et insuetum aspectum magis equi terrebantur. quibus insidentes magistri manubriatos cultros dexteris ma- 15
nibus illigatos gestabant acceptae apud Nisibin memores cladis et, si ferociens animal uires exsuperasset regentis, ne reuersum per suos, ut tunc acciderat, collisam sterneret plebem, uenam, quae caput a

1 doctore ♂ **V** ductore **E** *G* auctore *SBA* || 6 stadia septuaginta *tr. SBAG* || 10. 11 merene questris **V** M. equestris **E** *BAG* merena *Her.* || 11 malitiae **V** militiae **E** *SBAG* | optatibus **VE** optimatibus *BAG* || 13 densius *Btl. def. Pet.* | laminis *add. G def. Kell.* | recte *S* rectae *BA* || 14 uultum **V** *BA* uultuum **E** b_2 *G* || 15 aptauit **VE** *m2BA* a. ut **E** aptata ut *G def. Harmon* | solitis **V** solidis *G* || 17 suppremitates **VE** supernitates *SB* supremitates *AG* per s. *Lind.* supra *uel* infra s. *Her.* ad s. *Cl. in app.* || 20 praualuit **V** praeualuit **E** *SBAG* || 21 brachiis *ex* brachis **V** | dextera **V** *BG* dextras **E** dexteras *A* || 23 pernitiosa **V** || 24 fulgentium **V** *def. Meurig-D.* ingentium *Corn.* | formidanda **V** formidandam **E** *SBAG* || 25 truculentus **V** truculentos **E** *AG* truculentibus *SB* | at **V** ad **E** *SBAG* || 28 accept*e (*fu.* a) **V** || 29 rigentis **V** ingentis **E** regentis *BAG* | aut **V** ut **E** *BAG* || 30 uenamque **V** uenam quae **E** *Cl.* uertebram, quae *BAG*

ceruice disterminat, ictu maximo terebrabant. exploratum est enim aliquando ab Hasdrubale Hannibalis fratre ita citius uitam huiusmodi
16 adimi beluarum. quibus non sine magno terrore perspectis stipatus armatarum cohortium globis cum primatibus fidentissimus imperator, ut flagitabat maior uis et atrocior, lunari acie sinuatisque lateri-
17 bus occursuros hosti manipulos instruebat. et ne sagittariorum procursus nostrorum cuneos disiectaret, illatis concitatius signis spiculorum impetum fregit datoque ad decernendum sollemniter signo denseti Romani pedites confertas hostium frontes nisu protruserunt acer-
18 rimo. et feruente certaminum mole clipeorum sonitus et uirorum armorumque lugubre sibilantium fragor nihil perpetiens iam remissum / campos cruore et corporum strage contexit effusius cadentibus Persis, quibus saepe languidis in conflictu artius pes pede collatus grauiter obsistebat, pugnare fortiter eminus consuetis et, si inclinatas suorum copias senserint, cedendo in modum imbrium pone uersus directis sagittis hostes a persequendi fiducia deterrere. pulsis igitur pondere magnarum uirium Parthis miles solis cursu flammeo diu lassatus signo in receptum dato in tentoria repetit ad audenda deinceps maiora sublatus.

19 In hoc proelio Persarum maior, ut dictum est, apparuit strages, / nostrorum admodum leuis. eminuit tamen inter uarios certaminum casus Vetranionis mors, uiri pugnacis, qui legionem Ziannorum regebat.

2 Post quae triduo indutiis destinato, dum suo quisque uulneri medetur uel proximi, commeatibus nos destitutos inedia cruciabat iam non ferenda; et quoniam frugibus exustis et pabulis homines in discrimen ultimum uenerant et iumenta, ex eo cibo, quem animalia tribunorum uehebant et comitum, imae quoque militum plebi peni-
2 tus indigenti pars distributa est magna. et imperator, cui non cuppe-

2 hasdrobale **V** *corr. m3* || 3 ademi **V** adimi **E** *S B A G* | erroro **V** terrore **E** *B A G* horrore *Hadr. Val.* || 5 uisita trocior **V** uis ita atrocior **E** *G* iussit a. *S* -cs i. atrocius *B* uis ita trucior *A* uis et trucior *Lind.* uis et atrocior *Hadr. Val.* | lunaria cies (i *add.*) inuatisque **V** lunari acie sinuatis **E** l. a. sinuatisque *B A G* || 6 procursos **V E** procursus *B A G* || 8 denseti **V** densati **V** *m3* **E** *S B A G def. Vogel* || 9 consertas *S B G* || 13 confluctu ♂ **V** || 14 inclinata **V** *B* inclinatas **E** *A G* || 15 copia **V** *B* copias **E** *A G* || 18 ex more *post* dato *add. dubit. Cl. c. c. in app. reiec. Hagend.* | in tentoria **V** *def. Hagend. Bae.* in *om.* **E** *B A G* | repetat *ex* repetit (*m2*) **V** repetit **E** *B A G def. Hagend. Bae.* repedat *Val.* (**H** *Cm2*) || 22 uetranioni **V** Vetranionis **E** *A* (Veter-) *Hadr. Val.* ueterani *B G* | pugnacies **V** pugnacis **E** *S B A G* || 24 postque **V E** *A G* post quae *Lind.* | indut[ii]s **V** || 28 et comitum – militum *om. B G* | imae *om.* **E** || 29 imperatori *B G* | cuppae diae **V** cuppedie **E** cupidine *S B* cupediae *A G*

diae ciborum ex regio more, sed sub columellis tabernaculi parcius cenaturo pultis portio parabatur exigua, etiam munifici fastidienda gregario, quidquid ad ministeria postulabatur, per contubernia paupertina sui securus egessit. ipse autem ad sollicitam suspensamque 3
quietem paulisper protractus, cum somno, ut solebat, depulso ad aemulationem Caesaris Iulii quaedam sub pellibus scribens obscuro noctis altitudine sensus cuiusdam philosophi teneretur, uidit squalidius, ut confessus est proximis, speciem illam Genii publici, quam, cum ad Augustum surgeret culmen, conspexit in Galliis, uelata cum
capite cornucopia per aulaea tristius discedentem. et quamquam ad 4
momentum haesit stupore defixus, omni tamen superior metu uentura decretis caelestibus commendabat relictoque humi strato cubili adulta iam excitus nocte et numinibus per sacra depulsoria supplicans flagrantissimam facem cadenti similem uisam aeris parte sulcata euanuisse existimauit horroreque perfusus est, ne ita aperte minax Martis apparuerit sidus.

Erat autem nitor igneus iste, quem diaissonta nos appellamus, nec 5
cadens umquam nec terram contingens. corpora enim qui credit caelitus posse labi, profanus merito iudicatur et demens. fit autem hic
habitus modis compluribus, e quibus sufficiet pauca monstrare. scin- 6
tillas quidam putant ab aetherio candentes uigore parumque porrectius tendere sufficientes exstingui uel certe radiorum flammas iniectas nubibus densis acri scintillare contactu aut, cum lumen aliquod cohaeserit nubi. id enim in stellae speciem figuratum decurrit quidem, dum uiribus ignium sustentatur; amplitudine uero spatiorum exinanitum in aerium soluitur corpus ad substantiam migrans, cuius attritu incaluit nimio.

1 mores et **V** more, sed **E***SBAG* | parius **VE** peruis *S* paruis *BA def. Harmon* parcius *G* || 3 parabatur *SBG* | contui cernia **V** contubernia **E***SBAG* | paupertina *om. SBG* || 4 egisset **VE** egessit *BAG* digessit *Pet.* || 6 suppellibus **V** | scribentis *G* | obscura **E** obscurae *BA* || 7 senius **V** senis **E***G* genius **E***m2 in marg.* sententiis *BA* sensus *Val. in adn.* | squalidus ♂ **V** || 8 proximi **V** proximis *G* | genu **V** Genii **E***SBAG* || 9 galiis **V** | uelato **E***A* || 9. 10 capite cum *tr. A* || 10 capite *om. BG* | cornu copiae **E***A* | t[rist]ius **V** | discidentem **V** discedentem **E***BAG* || 13 adulata **V** aduleta **E** adulta *SBAG* | et *om. BG* | nominibus **V** numinibus **E***SBAG* || 14 stellam *post* flagrantissimam *add.* **E** *post* similem *A* facem *G* | uisam *om. A* u. *post* partem *tr.* **E** | partem **VE** parte **E** *m2SBAG* || 17 dia is sontanos **V** diaissonta nos **E***G* *δίφον ὅλταν* nos *B* *διαίσσοντα* nos *A* || 18 corpora enim *ex* corporaem (*m2*) **V** || 20 de *add.* **E** *def. Blomgren* e *AG* || 23 sacris cintilla se **V** sacras scintillas e **E** sacri scintillas, et *SBA* acri scintillare *G* || 26 in aertum **V** in aereum **E** inertium *SB* iners tum *A* in aestum *G* in aerium *Val.*

7 Confestim itaque ante lucis primitias Etrusci haruspices accersiti / consultique, quid astri species portenderet noua, uitandum esse cautissime responderunt, ne quid tunc temptaretur, ex Tarquitianis libris in titulo de rebus diuinis id relatum esse monstrantes, quod face in
8 caelo uisa committi proelium uel simile quidquam non oportebit. quo etiam id inter alia multa spernente orabant haruspices saltim aliquot horis profectionem differri et ne hoc quidem sunt adepti imperatore omni uaticinandi scientia reluctante, sed exorto iam die promota sunt castra.

3 Hinc nos egressos Persae, cum saepe afflicti peditum stabiles pugnas horrerent, structis insidiis occulte comitabantur altrinsecus uiantes cateruas a celsis collibus explorando, ut id suspicans miles ad usque perpetuum diem nec uallum erigeret nec sudibus se communi-
2 ret. dumque teguntur firmiter latera et exercitus pro locorum situ quadratis quidem, sed laxis incedit agminibus, inuasa subito terga pone uersus arma cogentium principi indicatur etiamtum inermi ad
3 speculanda anteriora progresso. qua concitus clade oblitus loricae / scuto inter tumultum arrepto properans ultimis ferre suppetias / reuocatur alio metu, qui etiam antesignanos, unde discesserat, paria
4 perpeti nuntiabat. quae dum sine respectu periculi sui redintegrare festinat, ex alia parte catafractorum Parthicus globus centurias adoritur medias ac sinistro cornu inclinato acriter superfusus faetorem elephantorumque stridorem impatienter tolerantibus nostris contis et
5 multiplicatis missilibus decernebat. uerum principe uolitante inter prima discrimina proeliorum exsiliuit nostra succinctior armatura / auersorumque Persarum et beluarum suffragines concidebat et dorsa. /
6 quos cum Iulianus cauendi immemor diffluxisse trepidos elatis uociferando manibus aperte demonstrans irasque sequentium excitans / audenter effunderet semet in pugnam, clamabant hinc inde candidati,

2 que *om.* *SBG* || 4 demonstrantes *SBG* || 5 uisa *add.* V*m2 sup. lin.* | similem V simile E*SBAG* | oportebat ♂V oportebat *SBA* || 6 multa alia *tr.* *SBAG* | aruspices V || 7 et VE*A* *def. Pet. om. BG* set *uel* at Günther || 8 sententia reluctantes V*BA* sententias reluctante E sententiae r. *G* scientiae *Lind.* scientia *Her.* || 10 egressus V egressos E*SBAG* | stabilem pugnam *BG* || 11 horrent V*B* horrerent E*AG* || 12 cateruas *om.* *SBG* || 15 incidit V incedit E*BAG* | subita V*B* subito E*AG* || 16 etiam cum *SB* | inermia V inermi ad E *G* Meruma ad *SBA* || 17 spiculanda V speculanda E*SBAG* | luricae V || 18 abrepto V*BAG* arrepto E *Lind.* || 19 motu *SBG* | decesserat *SBAG* || 22 ad V a E*SBA* ac *G* | superfusos VE*B* superfusus *AG* || 23 elefantorumque stridorem VE*B* *def. Bae. Hagend.* Elephantorum, stridoremque *A* st. e. *G* e. atque stridorem *Haupt* || 24 decernebant V decernebat *G* || 26 auersarumque V*G* aduersorumque E auersorumque *A*

quos disiecerat terror, ut fugientium molem tamquam ruinam male compositi culminis declinaret, et, incertum unde, subita equestris hasta cute brachii eius praestricta costis perfossis haesit in ima iecoris fibra. quam dum auellere dextra manu conatur, acuto utrimque ferro 7
digitorum neruos sensit excisos et prouolutus iumento praesentiumque ueloci concursu relatus in castra medicinae ministeriis fouebatur. moxque ubi lenito paulisper dolore timere desiit, magno spiritu contra 8
exitium certans arma poscebat et equum, ut reuiso proelio suorum fiduciam repararet ac uideretur sui securus alienae salutis sollicitudine
uehementer astringi eo uigore licet in negotio dispari, quo Epaminondas ille dux inclutus letaliter apud Mantineam saucius et reuectus ex acie cura quaerebat sollicita scutum. quod cum uidisset propius, laetior ui uulneris interiit et, qui animam intrepidus amittebat, iacturam clipei formidauit. sed cum uires parum sufficerent uoluntati / 9
sanguinisque profluuio uexaretur, mansit immobilis ideo spe deinceps uiuendi absumpta, quod percunctando Phrygiam appellari locum, ubi ceciderat, comperit. hic enim obiturum se praescripta audierat sorte. reducto ad tentoria principe incredibile dictu est, quo quan- 10
toque ardore miles ad uindictam ira et dolore feruentior inuolabat, /
hastis ad scuta concrepans etiam mori, si tulisset fors, obstinatus. et quamuis offundebatur oculis altitudo pulueris et aestus calescens officeret alacritati membrorum, tamen uelut exauctoratus amisso ductore sine parsimonia ruebat in ferrum. contra animosius Persae sagit- 11
tarum uolantium crebritate conspectum sui rapiebant oppositis, quos
elephanti tardius praecedentes magnitudine corporum cristarumque horrore pauorem iumentis incutiebant et uiris. concursus itaque ar- 12

2 declararet **VE***B* declinaret *AG* | unde *add. Haupt def. Dederichs Gdt.* | subitae questris **VE** subit equestris *SBA* subita e. *G* || 3 has tacte **V** hastae acte **E** hasta et *BA* h. cute *G* | brachio eius praestricto *A* || 4 conatura coto **V** conatur acuto **E***AG* c. a toto *SB* || 7 desit **V***B* desiit **E***AG* || 8 exitum *SB AG* || 9 reppararet **V** | suis ♂ **V** || 10 epaminondas *ex* eqaminondas **V** Epaminundas **E***BAG* || 11 mantiniam **V** Mantineam **E***BAG* | reuersus *BG* || 12 cum quaerebat sollicitae **V** cum querebat solicite **E** conquirebat s. *BAG* cura quaerebat sollicita *Her. def. Hagend.* relictum q. sollicite *Walter* || 13 iactura ♂ **V** || 15 splendae inceps **V** *corr. m3* || 16 frigiam **V** || 18 sed *ante* reducto *add. Cl. reiec. Sey.* | dictum **V** dictu **E***SBAG* | quantoque **V** quanto **E***BAG* quo quantoque *Gdt.* || 20 hostes **V** hastas *G* hastis *Kießl.* | increpans *SBA* | mori *om. BA* | se **V** si *G* | mors **V** mox **E***SBA* fors *G* || 22 officeret (t *add. sup. lin. m2*) **V** | exauctu ratus **V** exauctoratus **E***SBAG* (-auto-) | misso **VE** amisso *BAG* || 25 elephantis: qui *G* | prae cedites **V** praecedentes **E** *Val.* gradientes *BAG* | cristarumque **V** *def. Fletcher* crustarumque *Her.* (*cf. 19, 2, 3*) stridorumque *Haupt* || 26 pauore momentis **V** pauorem iumentis **E***BAG*

matorum et cadentium gemitus, equorum flatus, tinnitus ferri procul audiebatur, quamdiu satietate uulnerum partibus fessis nox di-
13 remit certamina iam tenebrosa. quinquaginta tum Persarum optimates et satrapae cum plebe maxima ceciderunt inter has turbas Merena et Nohodare potissimis ducibus interfectis. obstupescat magniloquentia uetustatis diuersis in locis proelia uiginti Marcelli; Sicinium Dentatum adiciat ornatum militarium multitudine coronarum; miretur super his Sergium, qui uiciens et ter uulneratus est in uariis pugnis, ut fertur, cuius posteritatis ultimus Catilina claras gloriarum adoreas /
14 sempiternis maculis obumbrauit. deformabat tamen tristitia laetiores euentus. dum haec enim post discessum ducis ubique aguntur, exercitus cornu dextro defetigato et Anatolio interfecto, qui tunc erat officiorum magister, Salutius praefectus actus in exitium praeceps et opera sui apparitoris ereptus, Phosphorio amisso consiliario, qui ei aderat casu, euasit; et fugam ... palatini quidam militesque per multa discrimina occupato castelli uicini praesidio post diem denique tertium iungi exercitui potuerunt.

15 Quae dum ita aguntur, Iulianus in tabernaculo iacens circumstantes allocutus est demissos et tristes: „aduenit, o socii, nunc abeundi tempus e uita, impendio tempestiuum, quam reposcenti naturae / ut debitor bonae fidei redditurus exsulto, non, ut quidam opinantur, afflictus et maerens philosophorum sententia generali perdoctus, / quantum corpore sit beatior animus, et contemplans, quotiens condicio melior a deteriore secernitur, laetandum esse potiusquam dolendum; illud quoque aduertens, quod etiam dii caelestes quibusdam
16 piissimis mortem tamquam summum praemium persoluerunt. munus autem id mihi delatum optime scio, ne difficultatibus succumberem arduis neue me proiciam umquam aut prosternam expertus, quod dolores omnes ut insultant ignauis, ita persistentibus cedunt. /

1 ct *ante* tinnitus *add. Her. reiec. Blomgren* || 4 Murena *SBA* || 5 nouo dare **V** Nouodare **E** clare *S* Nonohalare *BA* Nohodare *G* || 6 mar culli **V** Marcelli **E***m2BAG* || 8 sergum **V** Sergium **E***SBAG* || 9 fer*tur (*fu.* i) **V** || 11 enim haec *tr. SBAG* | exercitius **V** exercitus **E***SBAG* || 12 defatigato **E***SBAG* || 13 Salustius *SB* Sallustius *AG* || 14 Fosforio **V** || 15 et fugam **V***BA* et fuga **E***G* palatini *Momms.* et pagani *Pet. lac. indic. Her.* et fugati palatini *Češka* | quidamque *G* | milites, quae *SBA* milites *G* || 16 uacui *Kell.* || 19 dimissos **V** **E***B* demissos *AG* | aduentio **V** aduenit o **E***BAG* || 21 opinantur *ex* opimatur **V** || 22 merens *ex* moriens (*ex* meriens) (*m3*) **V** | filosophorum **V** || 24 si cernitur **V***m3* || 26 in ortem **V** mortem **E***SBAG* || 27 delatu in **V** delatum **E***G* d. in *SBA* | opti nessione *S* optione *B* optio ne *A* || 29 insultanti **V** insultant **E** *AG* insultati *SB*

nec me gestorum paenitet aut grauis flagitii recordatio stringit; uel 17
cum in umbram et angustias amendarer, uel post principatum susceptum animum tamquam a cognatione caelitum defluentem immaculatum, ut existimo, conseruaui et ciuilia moderatius regens et examinatis rationibus bella inferens repellens, tametsi prosperitas simul utilitasque consultorum non ubique concordent, quoniam coeptorum euentus superae sibi uindicant potestates. reputans autem iusti esse 18
finem imperii oboedientium commodum et salutem ad tranquilliora semper, ut nostis, propensior fui licentiam omnem actibus meis exterminans, rerum corruptricem et morum, gaudensque abeo sciens,/ quod, ubicumque me uelut imperiosa parens consideratis periculis obiecit res publica, steti fundatus turbines calcare fortuitorum assuefactus. nec fateri pudebit: interiturum me ferro dudum didici fide 19
fatidica praecinente. ideoque sempiternum ueneror numen, quod non clandestinis insidiis nec longa morborum asperitate uel damnatorum fine decedo, sed in medio cursu florentium gloriarum hunc merui clarum ex mundo digressum. aequo enim iudicio iuxta timidus est et ignauus, qui, cum non oportet, mori desiderat, et qui refugiat, cum sit opportunum. hactenus loqui uigore uirium laben- 20
te sufficiet. super imperatore uero creando caute reticeo, ne per imprudentiam dignum praeteream aut nominatum, quem habilem reor, anteposito forsitan alio ad discrimen ultimum trudam. ut alumnus autem rei publicae frugi opto bonum post me repperiri rectorem."

Post haec placide dicta familiares opes iunctioribus uelut supremo 21
distribuens stilo Anatolium quaesiuit officiorum magistrum, quem

1 paeniter **V** poenitet **E** *S B A G* || 2 umbra **V** *def. Kießl. Michael* umbram *Eyss.* | angulias **V** angulis **E** *B A G def. Kießl. Michael* angustias *Btl.* (**N***m2*) | emendaret *S* emendarer **E** *B A G* || 3 quem *ante* tamquam *add. Val.* animum *Madv.* spiritum *Walter* || 5 repellens **V E** *def. Heilm. Blomgren reiec. Bae.* replens *S B* et repellens *A om.* b_2 *G* uel repellens *Her.* repellensque *Brakman* || 6 deconcordent **V** concordent **E** *B A G* || 7 superar*e (*fu.* a) **V** superae **E** *B A G* || 9.10 nostis minans **V E** n. ministrans *B A* propensior – exter- *add. G* || 10 adeo **V** abeo *Unger Kell.* || 11 me *add. Hadr. Val.* || 12 fortu iturum **V** fortuitorum **E** *B A G* || 13 didicisse **V***m3***E** || 14 fatia dica **V** *corr. m3* | semper iternum **V** s. eternum **V***m3***E** sempiternum *S B A G* | nomen **V** numen **E** *B A G* || 15 delicatorum *B A G* || 16 decelo ♂ **V** | merui** (ui *m2*; **fu.* ui) **V** || 17 et mundo **V** e m. **E** *A* e medio *S B G* ex mundo *Cl.* || 18.19 quid refugiat **V** *corr. m3* || 20 sufficiat *B A G* | reti cione **V** *corr. m3* || 22 in *ante* discrimen *add. A G* ad *Pet.* in *post* discr. *dubit. Bae.* || 23 publica **V** *corr. m3* | repperiri (p *pr. del.*) **V** || 25 suppremo **V** || 26 studio *B A G* | anatholium **V**

cum beatum fuisse Salutius respondisset praefectus, intellexit occisum acriterque amici casum ingemuit, qui † eletantem contempserat
22 suum. et flentes inter haec omnes, qui aderant, auctoritate integra etiam tum increpabat humile esse caelo sideribusque conciliatum lu-
23 geri principem dicens. quibus ideo iam silentibus ipse cum Maximo et Prisco philosophis super animorum sublimitate perplexius disputans / hiante latius suffossi lateris uulnere et spiritum tumore cohibente uenarum epota gelida aqua, quam petiit medio noctis horrore, uita facilius est absolutus anno aetatis altero et tricesimo, natus apud Constantinopolim, a pueritia usque parentis obitu destitutus Constanti, quem post fratris Constantini excessum inter complures alios turba consumpsit imperii successorum, et Basilina matre iam inde a maioribus nobili.

4 Vir profecto heroicis connumerandus ingeniis, claritudine rerum et coalita maiestate conspicuus. cum enim sint, ut sapientes definiunt, / uirtutes quattuor praecipuae, temperantia, prudentia, iustitia, fortitudo eisque accedentes extrinsecus aliae, scientia rei militaris, auctoritas, felicitas atque liberalitas, intento studio coluit omnes ut singulas.

2 Et primum ita inuiolata castitate enituit, ut post amissam coniugem nihil umquam uenerium † augis larens illud aduertens, quod apud Platonem legitur Sophoclen, tragoediarum scriptorem, aetate grandaeuum interrogatum, ecquid adhuc feminis misceretur, negantem id adiecisse, quod gauderet harum rerum amorem ut rabiosum quendam
3 effugisse dominum et crudelem. item ut hoc propositum ualidius confirmaret, recolebat saepe dictum lyrici Bacchylidis, quem legebat

1 salutus **V** Salutius **E** cuius Salustius salutis *S* cum Sallustio, Saluius *B* (Salust-) *A* Sallustius *G* || 2 eletantem **V** et laetanter **E** *A* et laetantem *B* elate ante *G* elata mente *Corn.* laetanter *Kießl. reiec. C. F. W. M. del. Her.* (*ut correct. uocis* auctoretatem) letum ante *Brakman* elate instantem *Walter* quietantem *Pighi* | contemperat **V** || 3. 4 auctor te integram etiam tum **V** auctoritate integra e. t. **E** auctores inter alia tunc *B A* (tunc *iam S*) auctoritate etiam tum integra *G* || 4 in crepabant **V** increpabat **E** *S B A G* || 8 petit **V** *B A* petiit **E** *G* || 9 anno* **V** | tricensimo (n *del. m2*) **V** || 15 diffiniunt *ex* definiunt (*m2*) **V** definiunt **E** *S B A G* || 16 praecipue **V E** *B* praecipuae *A G* || 17 eiusque **V E** eisque *B A G* | accidentes **V** accedentes *Btl. Wagn. in comm.* | scientiae **V E** *B* scientia *A G* | auctoritas *om. S B G* || 20 li uiolata **V** *corr. m3* || 21 uenereum **E** b_2 *G* | augis larens **V** *om.* **E** attingeret *B A G* agitaret *Hadr. Val.* attigisse fateretur *Corn.* a. eum constaret *Her.* gustaret *Nov.* usurparet *dubit. Cl. in app.* augusti uiserent lares *Walter* | auertens **V** *corr. m3* || 22 plat*onem (*fu.* i) **V** | sofo clent rago euarum **V** *corr. m3* || 23 eo quid **V** nunquid **V** *m3* **E** eo quod *S B* ecquid *A G* | museretur **V** *corr. m3* || 25 confirmareet (e *pr. del. m2*) **V** || 26 lirici bach illi dis **V** lyrici Bachilidis **E** *G* l. basilidis *B* l. Bacchilidis *A*

iucunde, id asserentis, quod ut egregius pictor uultum speciosum effingit, ita pudicitia celsius consurgentem uitam exornat. quam labem in adulto robore iuuentutis ita caute uitauit, ut ne suspicione quidem tenus libidinis ullius uel citerioris uitae ministris incusaretur, ut saepe contingit.

Hoc autem temperantiae genus crescebat in maius iuuante parsimonia ciborum et somni, quibus domi forisque tenacius utebatur. / namque in pace uictus eius mensarumque tenuitas erat recte noscentibus admiranda uelut ad pallium mox reuersuri, per uarios autem procinctus stans interdum more militiae cibum breuem uilemque sumere uisebatur. ubi uero exigua dormiendi quiete recreasset corpus laboribus induratum, expergefactus explorabat per semet ipsum uigiliarum uices et stationum post haec seria ad artes confugiens doctrinarum. et si nocturna lumina, inter quae lucubrabat, potuissent uoce ulla testari, profecto ostenderant inter hunc et quosdam principes multum interesse, quem norant uoluptatibus ne ad necessitatem quidem indulsisse naturae.

Dein prudentiae eius indicia fuere uel plurima, e quibus explicari sufficiet pauca. armatae rei scientissimus et togatae, ciuilitati admodum studens, tantum sibi arrogans, quantum a contemptu et insolentia distare existimabat. uirtute senior quam aetate; studiosus cognitionum omnium et indeclinabilis aliquotiens iudex; censor in moribus regendis acerrimus, placidus opum contemptor, mortalia cuncta despiciens, postremo id praedicabat turpe esse sapienti, cum habeat animum, captare laudes ex corpore.

Quibus autem iustitiae inclaruit bonis, multa significant, · primo

1 adserentes **V** asserentis **E** *BAG* asserentem *Hadr. Val.* || 3 rubore **V** robore **E** *G* lubrico *BA* || 4 ceteriores **V** secretioris **E** *G* citerioris *S Lind.* deterioris *BA* | incursaretur **V** *BA* incusaretur **E** *G* incusarent b_2 || 6 tẽ porerant hiae **V** *corr. m3 in marg.* | crescebat *om. SBAG* | immanis in naute *S* i. iuuit *BAG* || 8 uictus *om. SBG* | mensuram que **VE** mensarumque *SA Lind. Pet.* mensarum *BG* mensura atque *Hadr. Val.* (**C**) || 11 uisibatur **V** *corr. m3* | exiguam **V** exigua **E** *SBAG* || 13 seria **VE** *G* serias **V** *m3 SBA* | arces **V** *G* artes **V** *m3* **E** *S BA* | si doctrinarum **V** doctrinarum **E** *BAG* || 14 nocturnali imma **V** nocturna lumina **E** *SBAG* || 15 uoces ullae **VE** *m2 A* u. ille *S* u. illae *B* uoce ulla *G* | hoc **V** hunc **E** *BAG* || 16 quem quem **V** quem quidem **E** *Löfst.* quoque *B* quem *AG def. Blomgren* || 17 indulisse (♂) [n]aturae **V** || 18 primae quibus **V** prima q. **E** *BA* plurima, è q. *G* || 19 scientissimis **V** *B* scientissimus **E** *AG* | togatae *om. BG* || 22 censoriis **V** censor *G* censor in *C. F. W. M.* || 23 mortali[a] **V** || 24 dispiciens ♂ **V** | praedicebat **V** praedicabat **E** *AG* praedicat *B* || 25 caudas *ex* caudes (*m2*) **V** caudas **E** gaudia *BA* laudes *G*

quod erat pro rerum hominum distinctione sine crudelitate terribilis, / deinde quod paucorum discrimine uitia cohibebat, tum autem quod
9 minabatur ferro potiusquam utebatur. postremo ut multa praeteream,/ constat eum in apertos aliquos inimicos insidiatores suos ita consurrexisse mitissime, ut poenarum asperitatem genuina lenitudine castigaret.

10 Fortitudinem certaminum crebritas ususque bellorum ostendit et patientia frigorum immanium et feruoris. cumque corporis munus a milite, ab imperatore uero animi poscitur, ipse trucem hostem ictu confecit audacter congressus ac nostros cedentes obiecto pectore suo aliquotiens cohibuit solus regnaque furentium Germanorum excindens et in puluere uaporato Persidis augebat fiduciam militis dimi-
11 cans inter primos. castrensium negotiorum scientiam plura declarant et nota, ciuitatum oppugnationes et castellorum inter ipsos discriminum uertices, acies figura multiformi compositae, salubriter et caute castra metata, praetenturae stationesque agrariae totis rationibus
12 ordinatae. auctoritas adeo ualuit, ut dilectus artissime, dum timetur, ac si periculorum socius et laborum et inter concertationes acerrimas animaduerti iuberet in desides et Caesar adhuc sine stipendio regeret militem feris oppositum gentibus, ut dudum est dictum, allocutusque tumentes armatos discessurum ad uitam minaretur priua-
13 tam, ni tumultuare desistent. denique id pro multis nosse sufficiet: / exhortatum eum supplici contione militem Gallicanum pruinis assuetum et Rheno peragratis spatiis regionum extentis per tepentem Assyriam ad usque confinia traxisse Medorum.

14 Felicitas ita eminuit, ut ipsis quodammodo ceruicibus Fortunae aliquamdiu bonae gubernatricis euectus uictoriosis cursibus difficultates

1 rerum hominum **VE***G def. Heilm. Blomgren* r. omnium *SBA* r. hominumque *Val. Brakman* r. et hominum *Hadr. Val. def. Bae.* || 5 castigaretur **V** castigaret **E***BAG* || 7.8 crebritas — immanium *om. SB* || 7 et *om. Kell.* || 8 feruores quoque **VE***A* feruoresque *SB* feruoris quoque. *G* f. quamquam *Kell. def. Harmon* f. cumque *Pet.* || 10 conficit **V** confecit **E***BAG* | subiecto **VE** subito *SBA* obiecto *G* || 13 scientia **V** scientiam **E***BAG* | declarat **V** declarant **E** *BAG* || 16 castramenta (n *del. m3*) **V** castramenta **E***SBA* castra metata *G* | praetentura **VE** praetenturae *BAG* | totis **V** *restituimus* (*cf. 26, 4, 1. 27, 8, 9*) tutis *Val.* || 19. 20 et cesar — feris *add.* **V***m2 in marg.* || 20 [oppo]situm **V** || 21 sarmatos **V** armatos **E***G* Sarmatas *SBA* || 22 ne **V** sine **E** ni *BAG* | tumultuarie *S* tumultuari *BAG* | desisterent **E***SBAG* || 23 exortatum **V** | simplici *Val. reiecimus* | concione **V** | milite **V** militem **E***BAG* || 25 assiriam **V** || 26 [ita] **V** | [e]minuitu (e *m2*) **V** enituit ut **E** eminuit, ut *BAG* | ipsi **V** ipsis **E***m2G* ipse *BA* || 27 gubernatrices **V** gubernatricis **E***BAG* | euentus **VE** aditus *BA* euectus *G*

superstaret immensas. et postquam ex occidua plaga digressus est, / quoad fuit in terris, quieuere nationes omnes immobiles ac si quodam caduceo leniente mundano.

Liberalitatis eius testimonia plurima sunt et uerissima, inter quae indicta sunt tributorum admodum leuia, coronarium indultum, remissa debita multa diuturnitate congesta, aequata fisci iurgia cum priuatis, uectigalia ciuitatibus restituta cum fundis, absque his, quos uelut iure uendidere praeteritae potestates, quodque numquam augendae pecuniae cupidus fuit, quam cautius apud dominos seruari existimabat, id aliquotiens praedicans Alexandrum Magnum, ubi haberet thesauros, interrogatum „apud amicos" beniuole respondisse.

Digestis bonis, quae scire potuimus, nunc ad explicanda eius uitia ueniamus, licet dicta sint carptim. leuioris ingenii, uerum hoc instituto rectissimo temperabat emendari se, cum deuiaret a fruge bona, permittens. linguae fusioris et admodum raro silentis, praesagiorum sciscitationi nimiae deditus, ut aequiperare uideretur in hac parte principem Hadrianum, superstitiosus magis quam sacrorum legitimus obseruator, innumeras sine parsimonia pecudes mactans, ut aestimaretur, si reuertisset de Parthis, boues iam defuturos, Marci illius similis Caesaris, in quem id accipimus dictum:

οἱ βόες οἱ λευκοὶ Μάρκῳ τῷ Καίσαρι χαίρειν.
ἂν πάλι νικήσῃς, ἄμμες ἀπωλόμεθα.

Volgi plausibus laetus, laudum etiam ex minimis rebus intemperans appetitor, popularitatis cupiditate cum indignis loqui saepe affectans.

Verum tamen cum haec essent, aestimari poterat, ut ipse aiebat, /

1 supestaret **V** superaret **E** *BAG def. Corn.* superstaret *S Liesenberg* || 2 qui uere **VE** quieuere *SBAG* | omnes *om. SBG* || 3 mundana *Val.* || 6 diut[urni]-tate **V** || 8 praeteritate **V** praeteritae **E** *BAG* | quotque **V** quodque **E** *SBAG* || 10 alexandri **VE** Alexandrum *BAG* | magni **E** || 11 interrogato **V** interrogati **E** interrogatum *B AG* || 13 sunt *SBG* | lenioris *ex* lenitores (*m2*) **V** lenioris **E***SBA* lentioris **E***m2* (*in marg.*) *G* leuioris *Lind.* || 14 deuiareet ♂ **V** || 15 raro *ex* pari (*m2*) **V** || 16 sciscitatione* (*fu.* m) **V** sciscitationi **E***m2BAG* | nimia **V** nimiae **E***BAG prob. Bae.* nimium *Cl.* || 17 sacrarum **VE** sacrorum *BAG* | legimus **V** legum **E** legitimus *BAG* || 18 paecudes *ex* paetudens (*m2*) **V** || 19 marcullius **V** Marcelli **E** Marci illius *BAG* || 20 accepimus **E***BAG* || 21.22 *Graeca om. SB* || 21 ΟΙΛΕΥΚΟΙ ΒΟΕC **V** *οἱ βόες οἱ λευκοὶ Casaubonus Eyss.* | ΜΑΡΚΩΤΩ **V** | ΚΑΙ ΡΙΝ **VE** *Καίσαρι AG Καίσαρι χαίρειν Casaubonus Eyss. Gdt.* || 22 ΑΝ ΠΜ **VE** *τὴν A ἄν σν G ἂν πάλι Haupt* | ΝΙΚΗCΗΝ **V** ΝΗΚΗ-CΙΝ **E** *νίκησιν A νικήση G νικήσῃς Casaubonus Lind. Haupt* | ΜΕΙCΑ ΠΩ-ΛΟΜΕΘΑ **V** ΜΑΙCΑΠΛΩΜΕΘΑ **E** *μὴ καταπωλόμεθα A ἡμεῖς ἀπωλόμεθα G ἄμμες Casaubonus Eyss. Gdt. Haupt* || 23 Volci **V** Volgi **E** Vulgi *SBAG* || 24 adpetit*or (*fu.* i) **V** appetitor **E***A* et potior *S* et potiore *BG* | popularitatis ♂ **V** || 25—p. 364, 7 Verum tamen — cultum *om. A* || 25 aiebat *ex* aebat **V**

uetus illa Iustitia, quam offensam uitiis hominum Aratus extollit in caelum, eo imperante redisse rursus ad terras, ni quaedam ad arbi-
20 trium agens interdum ostenderet se dissimilem sui. namque et iura condidit non molesta absolute quaedam iubentia fieri uel arcentia / praeter pauca, inter quae erat illud inclemens, quod docere uetuit ma- 5
gistros rhetoricos et grammaticos Christianos, ni transissent ad numi-
21 num cultum. illud quoque itidem parum ferendum, quod municipalium ordinum coetibus patiebatur iniuste quosdam annecti uel peregrinos uel ab his consortiis priuilegiis aut origine longe discretos.
22 Figura tali situque membrorum: mediocris erat staturae, capillis 10
tamquam pexis et mollibus, hirsuta barba in acutum desinente uestitus, uenustate oculorum micantium flagrans, qui mentis eius argutias indicabant, superciliis decoris et naso rectissimo, ore paulo maiore, / labro inferiore demisso, opima et incurua ceruice, umeris uastis et latis, ab ipso capite usque unguium summitates liniamentorum recta 15
compage, unde uiribus ualebat et cursu.
23 Et quoniam eum obtrectatores nouos bellorum tumultus ad perniciem rei communis insimulant concitasse, sciant docente ueritate perspicue non Iulianum, sed Constantinum ardores Parthicos succendisse, cum Metrodori mendaciis auidius acquiescit, ut dudum rettuli- 20
24 mus plene. unde caesi ad indignationem exercitus nostri, capti militares aliquotiens numeri, urbes excisae, rapta munimenta uel diruta, prouinciae grauibus impensis exhaustae et ad effectum tendentibus minis cuncta petebantur a Persis ad usque Bithynos et litora Propon-
25 tidis. at in Galliis feruorum tenore gliscente diffusis per nostra Ger- 25

2 quadam **V** quaedam **E** *BG* || 5 illud *om. SBG* || 6 rhetoricos (h *ex* b) **V** | ne **V** ni *Val.* | erudissent *B* erudirent b_2 transirent *G* | à *add. G* ad *Rittershus. Val. reiec. Bae. Pighi restit. Bae. postea* || 7 cultu **V** *BG* cultum **E** *Val.* cultus *Rittershus.* | quod ferendum quod **VE** *B* ferendum quod **E***m2 AG* | mancipalium **V** municipalium **E** *BAG* || 10 talis utque **V** (ta *add. sup. lin.*) **E** t. utique *BAG* tali situque *Lind. in adn. Btl.* | medio eris ♂ **V** || 11 perquam *Gdt.* | pexisset **V** *AG* pexis et **E** *Gdt.* pinxisset *SB* || 12 angustias **V** argutias *Lind. in adn.* || 13 nasu **V** naso **E** *SBAG* || 14 dimisso **VE** diuiso *SBG* demisso *A* || 15 usque ad *BAG* || 17 obtrectatores (t *pr. add. sup. lin.*) **V** || 18 persp[icuae] **V** || 19 constantinum *ex* constantium **V** Constantium **E** *SBAG* || 20 auidus **VE** auidius *SBAG* | atquiescit **V** || 21 uindictae si **V** u. siti *G* unde caesi *Val.* | ad internecionem *Val.* | exercitus] excitum ubi *G* || 22 dirupta *SG* || 23 exhaute **V** exhaustae **E** *SBAG* | fectum **V** effectum **E** *G* affectum *SBA* || 24 appetebantur *Momms.* | ad *add.* **V***m2 sup. lin.* | bithinos **V** || 25 ueruorum **V** uernorum **E** uerborum *SBA* bellorum *G Corn. Damsté* aduersorum *Günther* feruorum *Piechotta Pet.* barbarorum *Momms.* barbarum *Heilm.* barbarico *Cl.* | tenore **V** *restituimus* feruore *Corn. Günther* terrore *Momms.* tumore *Her.*

manis iamque Alpibus ad uastandam Italiam perrumpendis nihil multa et nefanda perpessis hominibus praeter lacrimas supererat et terrores, ubi et praeteritorum recordatio erat acerba et exspectatio tristior impendentium. quae omnia iuuenis iste ad occiduam plagam specie Caesaris missus regesque pro mancipiis agitans ignobilibus / cuncta paene mira dictu celeritate correxit. itaque ut orientem pari 26 studio recrearet, adortus est Persas triumphum exinde relaturus et cognomentum, si consiliis eius et factis illustribus decreta caelestia congruissent. et cum sciamus adeo experimenta quosdam ruere im- 27 prouidos, ut bella interdum uicti et naufragi repetant maria et ad difficultates redeant, quibus succubuere saepissime, sunt, qui reprehendant paria repetisse principem ubique uictorem.

Nec fuit post haec lamentis aut fletibus locus. corpore enim curato 5 pro copia rerum et temporis, ut, ubi ipse olim statuerat, conderetur, / principio lucis secutae, quae erat quintum kalendas Iulias, hostibus ex omni latere circumfusis collecti duces exercitus aduocatisque legionum principiis et turmarum super creando principe consultabant. / discissique studiis turbulentis Arintheus et Victor et e palatio Con- 2 stanti residui de parte sua quendam habilem scrutabantur; contra Neuitta et Dagalaifus proceresque Gallorum uirum talem ex commilitio suo quaeritabant. quae dum ambiguntur, nulla uariante sen- 3 tentia itum est uoluntate omnium in Salutium eoque causante morbos et senectutem honoratior aliquis miles aduertens destinatius reluctantem „et quid ageretis", ait, „si id bellum uobis curandum / commisisset absens, ut saepe factum est, imperator? nonne posthabitis ceteris militem instantibus aerumnis eriperetis? id nunc agite et, si Mesopotamiam uidere licuerit, utriusque exercitus consociata suffragia legitimum principem declarabunt."

1 ad *ex* con (*m2*) **V** || 3 ubut ♂ **V** || 6 itaque] utque *Hadr. Val.* | ut *add. AG prob. Blomgren* || 7 recreareet (e *tert. del. m2*) **V** || 9 adeo experimenta **V** *restit. Pet.* a. experimento **E***m2* e. a. *BAG* adeo aduersus experimenta *Val. in adn. prob. Kell.* | ruere *ex* reuere (*m2*) **V** *restituimus* ridere *Meyer Spir.* || 10 uiciet **V** uicti **E** illiciant *B* uicti, et *AG* || 11 difficia ultates **V** difficultates **E***SBAG* || 12 principem *ex* pincipem **V** || 13 clamentis (e *ex* a) **V** lamentis **E***SBAG* || 14 ut *add. G* || 16 collecto d. exercitu *Pet. def. Damsté reiec. Blomgren* | que *del. Damsté reiec. Blomgren* || 18 discessisque **VE***G* discusis *B* discissi *A* discissique *Lind.* | Constantii **E***SBAG* || 19 scutabantur **V** scitabantur **E** scrutabantur *SBAG* || 20 Neuicta **E***SB* Neuita b_1b_2G || 21. 22 sentia itum **V** sententia ictum **V***m3* s. itum **E***SBAG* || 22 Salustium *SB* Sallustium *AG* || 23 honorator **V***A* honoratior **E** *Val.* honoratam *BG* || 24 et quid **V** *restit. Pet.* ecquid *Kießl.* | ageretis ageretis ageret **V** ageretis inquit **E** a. ageret *S* a. aieret *B* a. ait *AG* | nobis *SBA* | curandum *om. BG* || 25 nomine **V***B* nonne **E***AG* || 27 uirius quae **V** utriusque **E***SBAG* || 28 declarabant **V** declarabunt **E***BAG*

4 Inter has exiguas ad tantam rem moras nondum pensatis sententiis tumultuantibus paucis, ut in rebus extremis saepe est factum, / Iouianus eligitur imperator, domesticorum ordinis primus, paternis meritis mediocriter commendabilis. erat enim Varroniani notissimi comitis filius haud dudum post depositum militiae munus ad tran-
5 quilliora uitae digressi. et confestim indumentis circumdatus principalibus subitoque productus e tabernaculo per agmina iam discurre-
6 bat proficisci parantia. et quoniam acies ad usque lapidem quartum porrigebatur, antesignani clamare quosdam Iouianum audientes Augustum eadem multo maius sonabant; gentilitate enim prope perciti nominis, quod una littera discernebat, Iulianum recreatum arbitrati sunt deduci magnis fauoribus, ut solebat. uerum cum incuruus ille uisus et longior aduentaret, suspicati, quod acciderat, in lacrimas
7 effusi sunt omnes et luctum. quodsi grauis quidam aequitatis spectator in ultimo rerum spiritu factum criminatur improuide, nauticos idem iustius incusabit, si amisso perito nauigandi magistro saeuientibus flabris et mari clauos regendae nauis cuilibet periculi socio com-
8 miserunt. his ita caeco quodam iudicio fortunae peractis Iouianorum signifer, quos Varronianus rexerat dudum, cum nouo dissidens principe etiamtum priuato ut patris eius obtrectator molestus periculum ex inimico metuens iam communia supergresso discessit ad Persas / ac data dicendi copia, quae sciret, docet Saporem iam propinquantem exstincto, quem uerebatur, turbine concitato calonum ad umbram imperii Iouianum adhuc protectorem ascitum, inertem quendam
9 et mollem. hoc ille audito, quod semper trepidis uotis ... et inopina prosperitate elatus multitudine ex regio equitatu adiuncta his, qui

1 adtantorum **V** ad tantam rem *G* adtonitorum *Pet. Momms.* | pensato ♂ **V** || 2 tumulantibus *B* stimulantibus *G* | est factum saepe *tr. SBAG* || 3 quia nos **V** Iouianus **E** *BAG* || 4 uarroriani ♂ **V** || 5 haut ♂ **V** || 6 digressum **V** digressi *G* || 7 et auerna culo **V** e tabernaculo **E** *m2 AG* et e uernaculo *S* et e tabernaculo *B* || 8 paranti **V** *B* parabat **E** parantia *AG* | lapidum **V** lapidem **E** *SBAG* || 10 magis **E** *m2 SBAG* || 14 et] atque *SBG* | pectator **V** spectator **E** *Val.* praeuaricator *BAG* || 16 *amisso (*fu.* s) **V** si amisso *Pet.* | nauigandi *ex* mauigandi **V** || 17 quod *ante* clauos *add. BAG* | cuilicet **V** cuilibet **E** *BAG* | periculi *ex* periculo (*m2*) **V** || 18 quidam **V** quodam **E** *AG* quidem *S om. B* | peractos **V** peractis **E** *AG* rei peraguntur *B* || 19 uarianus **V** *A* Varronianus **E** *m2 G* Rhenanos *B* || 20 mobeatus **V** immoderatus **E** *G* commeatus *BA* molestus *Haupt* || 21. 22 atper sac data **V** ad Persas dataque **E** ad P. data *SBA* ad P. ac d. *G* || 23 binae **V** bene **E** prece *BA* turbine *G* || 25 illo **V** *B* ille **E** *AG* | uotis et **V** **E** *BA* u. optauerat (*add. in marg.*) et **E** *m2* u. expetebat et *G lac. indic. Eyss.* orabat *post* uotis *uel* sperarat *ante* trepidis *add. Brakman*

dimicauere nobiscum, celeri disposuit gradu agminis nostri inuadi terga postremi.

Quae dum ultro citroque ordinantur, hostiis pro Iouiano ... extis- 6
que inspectis pronuntiatum est eum omnia perditurum, si intra uallum remansisset, ut cogitabat, superiorem uero fore profectum. / proinde egredi iam coeptantes adoriuntur nos elephantis praeuiis 2
Persae, ad quorum faetorem inaccessum terribilemque equis inter initia turbatis et uiris Iouiani et Herculiani occisis beluis paucis / catafractis equitibus acriter restiterunt. dein legiones Iouiorum atque 3
Victorum laborantibus suis ferentes auxilium elephantos duo strauerunt cum hostium plebe non parua et in laeuo proelio uiri periere fortissimi, Iulianus et Macrobius et Maximus, legionum tribuni, / quae tunc primas exercitus obtinebant. hisque sepultis, ut rerum an- 4
gustiae permiserunt, prope confinia noctis, cum ad castellum Sumere nomine citis passibus tenderemus, iacens Anatolii corpus est agnitum, quod tumultuaria opera terrae mandatum est. hic et milites sexaginta cum palatinis recepimus, quos in munimentum † uaccatum confugisse rettulimus.

Secuto deinde die pro captu locorum reperta † est in ualle castra 5
ponuntur uelut murali ambitu circumclausa praeter unum exitum eundemque patentem undique in modum mucronum praeacutis sudibus fixis. hocque uiso e saltibus nos hostes diuersitate telorum et 6
uerbis turpibus incessebant ut perfidos et lectissimi principis peremp-

2. 3 postremique VE*A* Postremumque *SBG* postremi. Quae *Val.* || 5 ostiis V hostiis E*A* ostie *B* hostiae b_1b_2G | caesis *uel* mactatis *post* Iouiano *add. Corn. lac. indic. Cl.* | extique V extisque E*BA* extis *G* || 4. 5 si mitra uallum V si intra u. E*AG* sui interuallum *S* si per i. *B* || 6 iam *om. SBG* | odoriuntur ♂V *om.* E | elefantis V || 7 fraetum inaccessumque terribilem V fremitum inacc. t. E (in *del. m2*) *G* fretum incessumque t. *S* fremitum i. t. *BA* faetorem accessumque t. *Günther* inaccessum *adiect. restit. Her.* que *tr. Her. Cl.* adspectum incessumqueterribilem *Nov.* faetorem i. t. *Bae.* f. inaccessumque et t. *Walter* | quis ♂V || 8 exhirculiani V et Herculiani E*S* (Hirc-) *BAG* | uelbis V uel uulneratis E uel his *BA* beluis *G* | pauci *BA* || 9 et catafractis — dein *add.* V*m2 in marg.* e c. E ex cataphr. *BA* c. *G* et c. *def. Pet.* | resisterunt (-ant*?*) V*m2* restiterunt V*m3* E*SBAG* resistebant *Cl.* | Deinde *SBG* || 10 elefantos VE elephantes *SBAG* | duos trauerunt V duo* strauerunt V*m3* duos s. E*SBAG* || 15 recitis VE excitis *B* citis *AG def. Pet.* (*uel* trepidis) | inuentum *BG def. Bae.* || 16 terra emendatum V terrae mandatum E*BAG* || 17 recipimus VE recepimus *BAG* | uaccatum VE*AG* naccatum *S* denegatum *B* uacuum *Kell.* uacuatum *Pet.* cautum *Her.* cauatum *Brakman* || 18 reliquisse *add.* E confugisse *G* se coniecisse *post* rettulimus *Her.* | rectulimus ♂V || 19 inde *SBAG* | capta V captu E*BAG* | reperta est in ualle (*ex* ulle) V r. in ualle E*A def. Bae.* aperta in u. *BG* reperta conualle *Pet.* || 21 prae accutis V || 22 hosque E | uso e V usos E usu e *SB* uiso e *AG*

tores; audierant enim ipsi quoque referentibus transfugis rumore
7 iactato incerto Iulianum telo cecidisse Romano. ausi denique inter haec equitum cunei porta perrupta praetoria prope ipsum tabernaculum principis aduenire occisis multis suorum et uulneratis ui repulsi sunt magna.

8 Egressi exinde proxima nocte Charcham occupauimus locum ideo tuti, quod riparum aggeribus humana manu instructis, ne Saraceni deinceps Assyriam persultarent, nostrorum agmina nullus ut ante
9 uexabat. cumque hinc kalendis Iuliis stadiis triginta confectis ciuitatem nomine Duram aduentaremus, fatigatis iumentis uectores eorum nouissimi pedibus incedentes a Saracena multitudine circumsaepti protinus interissent, ni expeditiores turmae nostrorum opem laborantibus
10 attulissent. hos autem Saracenos ideo patiebamur infestos, quod salaria muneraque plurima a Iuliano ad similitudinem praeteriti temporis accipere uetiti questique apud eum solum audierant imperato-
11 rem bellicosum et uigilantem ferrum habere, non aurum. in hoc loco Persarum obstinatione tritum est quadriduum. nam progredientes nos sequebantur crebris lacessitionibus retrahentes; cum staremus ut pugnaturi, gradum sensim referentes moris diuturnis excruciabant. / iamque, ut solent extrema metuentibus etiam ficta placere, fama circumlata fines haud procul limitum esse nostrorum exercitus uociferans
12 immodeste dari sibi copiam transeundi Tigridis flagitabat. quibus oppositus cum rectoribus imperator tumentemque iam canis exortu sideris amnem ostendens, ne se periculosis committerent gurgitibus, exorabat nandi imperitos asserens esse complures simulque adiciens /
13 hostiles manus hinc inde margines superfusi fluminis occupasse. sed cum haec saepe congeminando refragaretur in cassum milesque con-

1 ipsis *BAG* || 2 cedisse ♂ V || 6.7 ideo uti quod VE dirutum *BA* ideo tutum, quod *G* tuti *Val.* || 7 aggeribus humanam andistructis V h. agg. and. *tr.* E a. humana an destructis *S* a. h. ui d. *BA* a. h. manu d. *G* structis *Haupt* exstructis *Nov. Harmon* instructis *Cl.* || 8 assiriam V || 9 his V hinc *Pet.* ipsis *Momms.* || 10 uictores V ductores E uectores *BAG* || 11 incidens V incedentes *EBAG* | circumspecti VE*BG* circumsepti *A* || 12 intepissent VE incepissent *S* ui cepissent *B* concidissent *A* interissent *G* || 13 asaracenos V Saracenos E*G* à Sarracenis *SBA* (Sarac-) || 14 iuliano V*BAG* a Iuliano E *Lind.* || 16 belli consumet V *corr. m3* belli conscium et E*B* || 17 qua triduum V || 20 solet V*BA* solent E*G* | extremam et uentibus E e. euentibus *S* extrema e. *B* | circumdata V circunlata *G* || 21 aut V haud E*BAG* || 22 copia V copiam E*SBAG* || 24 si V se E*BAG* || 25 exorabant VE*B* exorabat *AG* | inandi V nandi E*B AG* | esse complures adserens *tr. SBAG* || 26 magines V | occurasse V occurrisse E*SB* occupasse *AG* || 27 c*assum (*fu.* l) V

clamans magno contentionis fragore minaretur extrema, id impetratur aegerrime, ut mixti cum arctois armatis Galli amnem primi omnium penetrarent, ut his magnitudine fluentorum abreptis residuorum pertinacia frangeretur aut, si id perfecissent innocui, transitus fidentior temptaretur. electique sunt ad id negotium habiles, qui 14
maxima prae ceteris flumina transmeare in regionibus genuinis a prima pueritia sunt instituti, et cum latendi copiam nocturna quies daret, tamquam e transenna simul emissi spe citius ripas occupauere contrarias Persarumque conculcatis pluribus et truncatis, quos loca seruare dispositos securitas placido uinxerat somno, efficacis audaciae signum elatis manibus contortisque sagulis ostendebant. hoc longe 15
conspecto ardens ad transitum miles ea mora tantummodo tenebatur, quod utribus e caesorum animalium coriis coagmentare pontes architecti promittebant.

Quae dum uanis conatibus agitabantur, rex Sapor et procul absens 7
et, cum prope uenisset, exploratorum perfugarumque ueris uocibus docebatur fortia facta nostrorum, foedas suorum strages et elephantos, quod numquam se regnante meminerat, interfectos exercitumque Romanum continuis laboribus induratum post casum gloriosi rectoris non saluti suae, ut memorabat, consulere, sed uindictae / difficultatemque rerum instantium aut uictoria summa aut morte memorabili finiturum. ob quae reputabat multa et formidanda diffu- 2
sum abunde militem per prouincias leui tessera colligi posse expertus / et sciens populum suum post amissam maximam plebem ultimis ter-

1. 2 id imperator aegerrimae, ut mixti cum areto isarmaris **V** id i. egerrime ut m. cum arctois armatis **E***m2* id i. ut m. cum aceto Isermaris *S* edicit imp. ut sistatur agmen, et assueti nare *BAG* impetratum *Val.* impetratur *Kell.* Arctois (**W***m2*, *iam* **E***m2*) Sarmatis (**T**) *Val.* S. *def. Damsté Češka reiec. Miller* Germanis *Val. in adn.* || 2 omnium *add.* **V***m2 sup. lin.* || 3 is *SB* iis b_2G || 4 ut **V** aut *G* | perficissent inno transsitus **V** perfecissent (*lac. 4 litt.*) transitus **E** p. unio t. *S* p., unus t. *BA* p. innocui, t. *G* || 5 emptaretur **V** captaretur **E** tentaretur *BAG* || 8 emissis pe citius **V** emissi spe c. **E***G* emissis peritis *BA* || 11 saeculis **V** surculis **E** spiculis *BAG* sagulis *Val.* (**H***m2*) | hinc **V** hoc *G* || 13 è *add. G* et *Pet.* | corusco agmenta repentes **V** corrusco agmento r. **E** coruus coagmenta repetens *B* coriis coagmentare pontes *A* c. c. pontem *G* || 15 conantibus **V** conatibus **E***SBAG* | agitabantur **VE** *restit. Pet.* agitantur **V***m2SBAG* | re **V** res **E** rex *BAG* || 16 perfugatorumque **V** perfugarumque **E***G* profugarum *BA* || 17 elefantos **VE** elefantes *S* elephantes *BAG* || 18 quot *G* | regnantem **V***BA* regnante eo **E** rex ante *G* se regnante *Pet.* || 20 pectoris ♂ **V** imperatoris **E** pectoris *SBG* Rectoris *A* | consuleres et **V** consulere sed **E***AG* consulens et *B* || 22 firmidanda **V** formidanda **E***AG* fomidanda *SB* || 23 milite in **V** militem **E***SBAG* | prouinciales **V** prouincias *Hadr. Val.* || 24 ciens **V** sciens **E***SBAG*

roribus deformatum, simul comperiens in Mesopotamia relictum haud
3 multo minorem exercitum. quae super omnia hebetarunt eius anxiam
mentem, uno parique natatu quingenti uiri transgressi tumidum flu-
men incolumes custodibusque confossis reliquos consortes suos ad
similem fiduciam concitasse.

4 Haec inter cum neque pontes compaginari paterentur undae tor-
rentes, et absumptis omnibus, quae mandi poterant, utilibus ullis /
acto miserabiliter biduo furebat inedia iraque percitus miles ferro
5 properans quam fame ignauissimo genere mortis absumi. erat tamen
pro nobis aeternum dei caelestis numen et Persae praeter sperata
priores super fundanda pace oratores Surenam et optimatem alium mit-
tunt animos ipsi quoque despondentes, quos omnibus paene proeliis
6 pars Romana superior grauius quassabat in dies. condiciones autem
ferebant difficiles et perplexas fingentes humanorum respectu reli-
quias exercitus redire sinere clementissimum regem, si, quae iubet, im-
7 pleuerit cum primatibus Caesar. contra hos cum Salutio praefecto
mittitur Arintheus et, dum deliberatur examinatius, quid finiri de-
beret, dies quattuor sunt euoluti inedia cruciabiles et omni supplicio
8 tristiores. quo temporis spatio, antequam hi mitterentur, si exabusus
princeps paulatim terris hostilibus excessisset, profecto uenisset ad
praesidia Corduenae, uberis regionis et nostrae, ex eo loco, in quo
haec agebantur, centesimo lapide disparatae.

9 Petebat autem rex obstinatius, ut ipse aiebat, sua dudum a Maxi-
miano erepta, ut docebat autem negotium, pro redemptione nostra

1 simulque *dubit. Cl. in app. asynd. def. Heilm. Blomgren* | haut ♂ V || 2 hae-
baetarum VE hebetatum *B* hebetarunt *AG* | anxia V anxiam *AG* || 4 inco-
lomes V || 5 concitasse VE*A* *def. Hagend. Sey.* (*ut anacoluth.*) concitare *B*
concitantes *G* concitasse delati *Nov.* qui tumidum ... concitassent *Frassinetti* ||
6 unde VE undae *BAG* || 7 poterant mandi *tr. Cl. c. c.* (*cf. 31, 8, 4*) *reiec. Bae.* |
utilibus ullis V *def. Bae.* utilibus *G def. Pet.* sine ut. ullis *Her.* || 8 acto V *def.*
Pet. exacto *G* | mis*erabiliter (*fu.* a) V | inaediae raraque V inediae / Qua
re E inedia iraque *BAG* | feri V ferri E*SBA* ferro *G* || 9 ignouissimo V igno-
bilissimo E ignotissimo *SB* ignauissimo *AG* | absumerit V absumeret E*SBA*
absumi. Erat *G* || 10 nomen V numen E*BAG* || 11 priore V priores *G* | funden-
da VE*B* fundanda *AG* || 12 animosi (i *alt. add. m2 ?*) V animos E*SBAG* |
ipsis VE ipsi *BAG* || 14 f*ingentes (*fu.* r) V || 15 si *post* iubet *add. G ante* quae
colloc. Cl. || 16 Salustio *B* Sallustio b_2G || 17 mihi turarintheus V mictitur
Arintheus E mittitur A. *BAG* | dum *add. G* | fieri E*BAG* definiri *Cl. in*
app. reiec. Heilm. || 19 patio V spatio E*SBAG* | si] se *SBA* | exabusus VE
def. Löfst. Bae. eduxit *BA* abusus *G Her.* exacte usus *Corn.* ex ambustis *Pet.*
exusus *Heilm.* || 20 excessis sed V*BA* excessisset E*G* || 21 subsidia *SBA* | cor-
duanae V Corduenae E*BAG* | urbis E et uberes *SBA* et uberis *G* | regiones
V*BA* regionis E*G* || 22 contesimo ♂ V || 23 ipe V ipse E*SBAG* || 24 ereptam
V*BA* erepta E e., ut *G*

quinque regiones Transtigritanas: Arzanenam et Moxoenam et Zabdicenam itidemque Rehimenam et Corduenam cum castellis quindecim et Nisibin et Singaram et Castra Maurorum, munimentum perquam opportunum. et cum pugnari deciens expediret, ne horum quid- 10
quam dederetur, adulatorum globus instabat timido principi Procopii metuendum subserens nomen eumque affirmans, si redit cognito Iuliani interitu cum intacto milite, quem regebat, nouas res nullo renitente facile moliturum. hac perniciosa uerborum ille assiduitate 11
nimia succensus sine cunctatione tradidit omnia, quae petebantur, / difficile hoc adeptus, ut Nisibis et Singara sine incolis transirent in iura Persarum, a munimentis uero alienandis reuerti ad nostra praesidia Romana permitterentur. quibus exitiale aliud accessit et impium, / 12
ne post haec ita composita Arsaci poscenti contra Persas ferretur auxilium, amico nobis semper et fido. quod ratione gemina cogitatum est, ut puniretur homo, qui Chiliocomum mandatu uastauerat principis, et remaneret occasio, per quam subinde licenter inuaderetur Armenia. unde postea contigit, ut uiuus caperetur idem Arsaces et Armeniae maximum latus Medis conterminans et Artaxata inter dissensiones et turbamenta raperent Parthi.

Quo ignobili decreto firmato, ne quid committeretur per indutias 13
contrarium pactis, obsidatus specie uiri celebres altrinsecus dantur, / Nemota et Victor ex parte nostrorum et Bellouaedius, insignium numerorum tribuni, ex parte uero diuersa Bineses e numero nobilium optimatum tresque alii satrapae non obscuri. foederata itaque pace 14
annorum triginta eaque iuris iurandi religionibus consecrata reuersi itineribus aliis, quoniam loca contigua flumini ut confragosa uitabantur et aspera, potus inopia premebamur et cibi.

1 transtigritana asarzane Nam **V** transtygritana et Sarzane nam **E** transtigritanas Arzamam. nam *B* t., Arzamannam. nam *A* T.: Arzanenam *G* | mopsoenam **E** Moxenam *S* Mizeam *BA* | Rabdicenam *SBA* (Rh-) || 4 portunum **V** opportunum **E***AG* optimum *SB* || 5 deberetur **V** dederetur *G* || 6 si redit **V** *restit. Her.* nisi rediret *G* || 7 cum inacto **V** comminuto **E** cum aucto **E***m2 in marg.* cum Macto *S* Comato *BA* cum intacto *G* || 10 ut *add. G def. Blomgren reiec. Fletcher* | transire *SBA* | in *add. G def. Bae. reiec. Pighi* || 12 Romani *A reiec. Pet.* || 13 ine **V** ne **E***BAG* | persa **V** Persas **E***SBAG* || 15 cilio comum **VE** c. communi *S* Cilices c. *BA* Chiliocomum *G* | mandato **E***SB* *AG* || 16 et]ut *B* et ut *G* | inu aueretur ♂**V** || 18 artaxatae **V** Artaxata *G* || 19 parchi **V** Parthi **E***SBAG* || 21 pactus **V** pactis **E***AG* pactos *SB* | obsidatos **V** obsidatus **E***BAG* | celeres **V** celebres **E***BAG* | datur **V** dantur **E***BAG* || 22 Neuicta **E** Remota *SB* Nemora *A* Neuita *G* *lac. post* Nemota *indic. Her.* | bello uae clius **V** bellouedius **E** Bellonedius *SBA* Mellobaudes *G* || 23 bini se **V***B* bini e **E***A* Bineses è *G* || 24 obscur*i **V** | ita *G* || 26 confragosam **V** confragosa **E***SBAG*

8 Et pax specie humanitatis indulta in perniciem est uersa multorum, qui fame ad usque spiritum lacerati postremum ideoque latenter progressi aut imperitia nandi gurgite fluminis absorbebantur aut, si undarum ui superata uenirent ad ripas, rapti a Saracenis uel Persis, quos, ut diximus paulo ante, exturbauere Germani, caedebantur
2 ut pecora uel longius amendati sunt uenundandi. ubi uero transeundi amnis aperte signum dedere bucinae concrepantes, immane quo quantoque ardore temere rapiendo momenta periculorum semet quisque reliquis omnibus anteponens uitare multa et terribilia festinabat et pars ratibus temere textis iumenta retinentes hinc inde natantia, / alii supersidentes utribus, quidam diuersa in necessitatis abrupto uersantes undarum occursantium fluctus obliquis meatibus penetra-
3 bant. imperator ipse breuibus lembis, quos post exustam classem docuimus remansisse, cum paucis transuectus eadem nauigia ultro citroque discurrere statuit, dum omnes conueheremur, tandemque uniuersi praeter mersos ad ulteriores uenimus margines fauore superi numinis discrimine per difficiles casus extracti.

4 Dum nos pendentium aerumnarum opprimit timor, compertum est procursatorum indicio Persas pontem iungere procul e nostro conspectu, ut post firmatam pacem et foedera sopitis belli turbinibus incu-
5 riosius gradientes aegros et animalia peterent diu defatigata; uerum cum se proditos aduertissent, a conatu nefario destiterunt. hac etiam suspicione iam liberi properantesque itineribus magnis prope Hatram uenimus, uetus oppidum in media solitudine positum olimque deser-

3 adorbibantur **V** absorbebantur **E** *AG* odoriebatur *S* adoriebautur *B* sorbebantur *Nov.* (*cf. 18, 7, 5*) *Harmon c. c.* || 4 rapti *om. BG* | per eum **V** Persis *G* Persarum *Her.* || 5 dicimus **V** diximus **E** *SBAG* || 6 amandati *BAG* | transendi **V** transeundi **E** *SBAG* || 7 amnes **V** amnis *G* | dere **V** dedere **E** *SBAG* || 8 intem̃re (in *ex* m, ~ *m2*) **V** anteire **E** mature *BA* temere *G* temere *del. Her. ut correct. uocis* timere *l. 10* || 9 relinquentibus *SB* || 9.10 omnibus – ratibus *om. SB* | multae cterribilia **V** multa terribilia **E** m. et t. *AG* || 10 pas **V** pars **E** *AG* | cratibus **V** ratibus *Pet. Meurig-D.* e ratibus *Her.* | timeret extis **VE** *B* imminere textis **E** *m2* temere t. *AG* || 11 que uiduam **V** qua ui dum **E** *m2* -que **ut** uiduam *S* ut ui dominante *BA* quidam *G* | in necessitate si **V** n. in **E** in n. *BA* in necessitatis *G* | abruptu **E** abrupta *BA* || 13 lemuis p̊ quos post **V** lembis quos post **E** *AG* l. post quam *B* || 15 hones **V** omnes **E** *G* honestum *S* onusti *BA* | ueheremur *SBA* || 17 nominis **V** numinis **E** *SBAG* || 18 pendentium **V** *BAG restit. Heilm. Löfst. def. Pighi* impendentium **E** *C. F. W. M.* || 19 spectu **V** aspectu **E** conspectu *SBAG* prospectu *Walter* || 21 agros *SBA* | et si **V** ac si **E** *m2* et *SBAG* et simul *Eyss.* | si *post* animalia *tr. SB* || 22 haec **VE** hac *SBAG* || 23 properantis que **V** properantesque **E** *G* properatisque *SBA* | iteneribus ♂ **V** | hacram **E** batram **E** *m2 in marg.* atram *S* Aradam *B* Acram *A*

tum, quod eruendum adorti temporibus uariis Traianus et Seuerus principes bellicosi cum exercitibus paene deleti sunt, ut in eorum actibus has quoque digessimus partes. unde cognito per porrectam planitiem ad usque lapidem septuagensimum in regionibus aridis nec aquam inueniri posse praeter salsam et faetidam nec ad uictum aliquid nisi abrotonum et absinthium et dracontium aliaque herbarum genera ut tristissima uasa, quae portabantur, aquis impleta sunt dulcibus et mactatis camelis iumentisque aliis alimenta quaesita sunt licet noxia. 6

Et uia sex dierum emensa, cum ne gramina quidem inuenirentur / solacia necessitatis extremae, dux Mesopotamiae Cassianus et tribunus Mauricius pridem ob hoc missus ad Vr nomine Persicum uenere castellum cibos ferentes ex his, quos relictus cum Procopio et Sebastiano exercitus parcius uictitans conseruarat. hinc Procopius alter notarius et Memoridus militaris tribunus ad tractus Illyricos mittuntur et Galliarum nuntiaturi Iuliani mortem et Iouianum post eius obitum ad culmen augustum euectum. quibus id mandauerat princeps, / ut Lucillianum, socerum suum, post depositum militiae munus digressum ad otium morantemque eo tempore apud Sirmium oblatis magisterii equitum et peditum codicillis, quos isdem tradiderat, properare Mediolanum urgerent res firmaturum ancipites et, quod magis metuebatur, si casus noui quidam exsurgerent, opponendum. / quibus imperator secretiores addiderat litteras Lucillianum itidem monens, ut quosdam lectos exploratae industriae fideique duceret secum adminiculis eorum usurus pro incidentium captu negotiorum. prudentique consilio Malarichum ex familiaribus negotiis agentem etiam tum in Italia missis insignibus Iouino iussit succedere, armorum magistro per Gallias, gemina utilitate praespeculata, ut et dux meriti celsioris ideoque suspectus abiret e medio et homo inferioris 7 8 9 10 11

1 adorati **V** adorti **E** *BAG* || 2 delecti **V** deleti **E** *SBAG* || 6 aprotonum **E** abrotanum *BAG* | draconum *B* dracontion b_2*G* || 7 ut tristissima **V** *BA restit. Her.* et t. **E** t. *G* infestissima *Corn.* uel tristissima *Günther prob. Harmon* austerissima *Pet.* | ausaque **V** uasa quae **E** *BAG* || 12 ad ũr **V** ad durium **E** adiuit *SBA* ad Vr *G* | uenire **V** *BA* uenere **E** b_2*G* || 13 cibus **V** cibos **E** *SBAG* | sabastiano **V** Sebastiano **E** *SBAG* || 15 Memorius *G* | ylliricos **V** || 16 nuntiatur **V** nuntiatum **E** nuntiatur interea *BA* nuntiaturi *G* | mors *BA* || 17 id]ut **V** *om. G def. C. F. W. M.* et *Eyss.* id *Löfst.* || 20 codicillos **V** codicillis **E** *BAG* || 22 quidam noui *tr. SBAG* || 23 per **V** *om. G* super *Pet.* imperator *Her.* || 24 quodam **V** quosdam **E** *SBAG* || 27 misis sin signibus **V** missis insignibus **E** *SBAG* | succendere **V** succedere **E** *SBAG* || 28 gemma **V** gemina **E** *SBAG* | et ut *tr. S* et *B* ut *G* || 29 adiret **V** *A* abiret **E** *G* adire *SB*

spei ad sublimiora prouectus auctoris sui nutantem adhuc statum stu-
12 dio fundaret ingenti. iussum est autem ad implenda haec perrecturis / extollere seriem gestorum in melius et rumores, quaqua irent, uerbis diffundere concinentibus procinctum Parthicum exitu prospero terminatum additisque festinando itineri noctibus prouinciarum militiaeque rectoribus insinuare noui principis scripta omniumque sententiis occultius sciscitatis remeare uelociter cum responsis, ut comperto, quid in longinquis agatur, principatus corroborandi matura consilia quaerantur et cauta.

13 Hos tabellarios fama praegrediens index tristiorum casuum uelocissima per prouincias uolitabat et gentes maximeque omnium Nisibenos acerbo dolore perculsit, cum urbem Sapori deditam comperissent, cuius iram metuebant et simultates, recolentes, quae assidue
14 pertulerit funera eam saepius oppugnare conatus. constabat enim orbem eoum in dicionem potuisse transire Persidis, ni illi haec ciuitas habili situ et moenium magnitudine restitisset. miseri tamen, licet maiore uenturi pauore constringerentur, spe tamen sustentari potuerunt exigua, hac scilicet uelut suopte motu uel exoratus eorum precibus imperator eodem statu retinebit urbem, orientis firmissimum claustrum.

15 Dum gestorum seriem ubique rumores diffunditant uarii, in exercitu absumptis commeatibus paucis, quos aduectos praediximus, in corpora sua necessitas erat humana uertenda, ni iumentorum caro caesorum aliquatenus perdurasset; unde effectum est, ut et armorum pleraque proicerentur et sarcinarum. adeo enim atroci tabuimus fame, ut, si usquam modius unus farinae fuisset repertus, quod raro contigerat, aureis decem mutaretur ut minus.

1 prodectus ♂V | notantem V*BA* nutantem E*m2G* || 3 breuis VE breui *BA* breues *G* breuiis *Val. in adn.* uerbis *Hadr. Val.* || 4 continentes *BA* concinentes *G* | procintum V || 6 insinuarent V *def. Blomgren* insinuare *G* || 7 suscitatis♂V || 8 roborandi *SBAG* | consili[a]V || 10 hoc V*B* hos E*G* Hac *A* | tabellarius *SBA* | progrediens *SBA* | tristitiorum V tristiorum E*S Hadr. Val.* tristium *BAG* | uelocissime *BAG* || 12 perclusit V perculsit E*SBAG* | arborem V cum urbem E*G* cum Abderam *BA* | dedita V deditam E*BAG* || 13 ira V iram E*SBAG* || 14 funere am V funeream E*A* funeriam *SB* funera eam *G* || 15 persidines. nihil V*B* persidis nisi E*G* P., ni *A* ni illi *Cl.* || 16 omagnitudine V magnitudine E*SBAG* || 17 patuerunt V potuerunt E*SBAG* || 18 uelut] quod uel *AG def. C.F.W.M. Kell. Reiter Nov.* uel *Btl.* ut uel *Löfst.* || 24 et *om. SBG* | arma *BG* || 25 proiecerentur (e *ult. ex* u) V proic- E*SB* proiic- *AG* | et sarcinarum *om. SBG*

Profecti exinde Thilsaphata uenimus, ubi Sebastianus atque Pro- 16
copius cum tribunis principiisque militum sibi ad tuendam Mesopotamiam commissorum, ut poscebat sollemnitas, occurrerunt; et sequebantur benigne suscepti. post quae itinere festinato Nisibi cu- 17
pide uisa extra urbem statiua castra posuit princeps rogatusque enixe precante multiplici plebe, ut ingressus palatio more succederet principum, pertinaciter reluctatus est erubescens agente se intra muros urbem inexpugnabilem iratis hostibus tradi. ibi tunc uespera te- 18
nebrante raptus a cena Iouianus, primus inter notarios omnes, quem in obsidione ciuitatis Maozamalchae per cuniculum docuimus euasisse cum aliis, ductusque ad deuium locum et praeceps actus in puteum siccum obrutus est saxorum multitudine superiacta hanc profecto ob causam, quod Iuliano perempto ipse quoque nominatus a paucis / ut imperio dignus nec post creatum Iouianum egit modeste, sed susurrans super negotio quaedam audiebatur inuitabatque ad conuiuia subinde militares.

Postridie Bineses, unus ex Persis, quem inter alios excellere dixi- 9
mus, mandata regis complere festinans promissa flagitabat instanter / et principe permittente Romano ciuitatem ingressus gentis suae signum ab arce extulit summa migrationem e patria ciuibus nuntians luctuosam. et uertere solum extemplo omnes praecepti manus ten- 2
dentes flentesque orabant, ne imponeretur sibi necessitas abscedendi, ad defendendos penates se solos sufficere sine alimentis publicis affirmantes et milite satis confisi affuturam iustitiam pro genitali sede dimicaturis, ut experti sunt saepe. et haec quidem suppliciter ordo et populus precabatur, sed uentis loquebantur in cassum imperatore, ut fingebat alia metuens, periurii piacula declinante. tum Sabinus for- 3

1 Thisalphata *SBG* || 2 principibusque b_2G || 4 festinationi sibi **V** festinato Nisibi *G* || 5 statio acastra **V** statiua castra **E***m2G* statio, castra *BA* || 6 palatio **VE** *restit. Val. def. Pet.* palatium *BAG* | succideret **V***B* succederet **E***AG* || 8 tradit **V***BA* traditam **E** tradi *G* || 9 primos **V** primus **E***BAG* || 10 in *om. BAG* | maiozamalchae **VE***G* maiore Malchae *S* (-che) *B* Maozamalchae *A* || 11 ad demum *S* demum ad *B* deuium ad *tr. G* || 12 superiecta *SAG* subperiecta *B* || 14.15 setdsusurans (t *add. sup. lin.*) **V** sed susurrans **E***SBAG* || 15 inumbatque **V** inuitabatque **E***G* muniebatque *SBA* | communia *BA* || 17 Euieses *SB* | et **V** e **E** ex *SBAG* || 20 submigratione **V** emigrationem e **E** subinde migrationem *BA* commigrationem è *G* submigrationem e *Val.* subitam migrationem e *C. F. W. M.* sublime m. e *Corn.* subeundam m. e *Her.* summa, m. e *Cl.* submigrationem *notau. ut hapaxleg. Langen Georges* || 21.22 manus tendentes que **V** m. t. **E** *BAG* manusque t. *Eyss.* manus t. flentesque *Günther* || 22 abscendendi **V** abscedendi **E***SBAG* || 23 se *ex* so (*m2*) **V** || 25 haec] hic *SB* sic *G* || 26 loquebatur *SBG*

tuna et genere inter municipes clarus ore uolubili replicabat Constantium immani crudescente bellorum materia superatum a Persis interdum deductumque postremo per fugam cum paucis ad Hibitam stationem intutam panis frusto uixisse precario ab anu quadam agresti porrecto, nihil tamen ad diem perdidisse supremum et Iouianum inter exordia principatus prouinciarum muro cessisse, cuius obice iam
4 inde a uetustate innoxiae permanserunt. cumque nihil promoueretur, iuris iurandi religionem principe destinatius praetendente, cum oblatam ei coronam aliquamdiu recusans coactus denique suscepisset, / Siluanus quidam causarum defensor confidentius exclamauit: „ita", inquit, „imperator, a ciuitatibus residuis coroneris." quo uerbo exasperatus intra triduum omnes iussit excedere moenibus detestantes rerum praesentium statum.

5 Appositis itaque compulsoribus mortem, si qui distulerit egredi, minitantibus moenia permixta sunt lamentis et luctu et per omnia ciuitatis membra una uox cunctorum erat gementium, cum laceraret crines matrona, exsul fuganda laribus, in quibus nata erat et educata, / orbataque mater liberis uel coniuge uiduata procul ab eorum manibus pelleretur et turba flebilis postes penatium amplexa uel limina lacri-
6 mabat. exin uariae complentur uiae, qua quisque poterat dilabentium./ properando enim multi furabantur opes proprias, quas uehi posse credebant, contempta reliqua supellectili pretiosa et multa; hanc enim reliquerunt penuria iumentorum.

7 Tu hoc loco, Fortuna orbis Romani, merito incusaris, quae difflantibus procellis rem publicam excussa regimenta perito rei gerendae ductori consummando iuueni porrexisti, quem nullis ante actae uitae insignibus in huiusmodi negotiis cognitum nec uituperari est aequum
8 nec laudari. illud tamen ad medullas usque bonorum peruenit, quod, dum extimescit aemulum potestatis dumque in animo Gallias et Illyricum uersat quosdam saepe sublimiora coeptasse, famam aduentus sui praeuenire festinans indignum imperio facinus amictu periurii

4 intotam ♂ **V** || 5 suppremum **V** || 7 in da **V** inde a **E** *G* inde *SBA* | innoxia **V** *BA* innoxiae **E** *m2 G* || 8 iuri **V** *B* iuris **E** *AG* || 10 quidem **V** quidam **E** *SB AG* || 19 potestes **V** postes **E** *SBAG* | penatum *BAG* || 20 conplectur **V** complentur **E** *AG* complectitur *S* complectuntur *B* || 22 contempnare liqua (a *ult. ex* i *m2*) **V** contempta reliqua **E** *G* condemnari liquet *S* conclamata licet *BA* | supplectili **V** supellectile **E** supellectili *SBAG* || 23 relinquebant *BAG* | penurita (i *add. m2*) **V** penuria **E** *SBAG* || 25 excusa **V** excussa **E** *AG* || 26 acte *ex* aetate (*m2*) **V** actae **E** *SBAG* || 27 cognita **V** cognitum *G* || 29 per *ante* Gallias *add. Val. in adn. reiec. Blomgren* | ylliricum **V** || 30 quos dum **V** **E** quas dum *BA* quosdam *G*

fugiendi commisit Nisibi prodita, quae iam inde a Mithridatici regni temporibus, ne oriens a Persis occuparetur, uiribus restitit maximis. numquam enim ab urbis ortu inueniri potest annalibus replicatis, 9 ut arbitror, terrarum pars ulla nostrarum ab imperatore uel consule hosti concessa, sed ne ob recepta quidem, quae direpta sunt, uerum ob amplificata regna triumphales glorias fuisse delatas. unde Publio 10 Scipioni ob recuperatas Hispanias, Fuluio Capua post diuturna certamina superata et Opimio post diuersos exitus proeliorum Fregellanis tunc interneciuis hostibus ad deditionem compulsis triumphi sunt denegati. id etiam memoriae nos ueteres docent in extremis casibus 11 icta cum dedecore foedera, postquam partes uerbis iurauere conceptis, repetitione bellorum ilico dissoluta, ut temporibus priscis apud Furcas Caudinas sub iugum legionibus missis in Samnio et per Albinum in Numidia sceleste pace excogitata et auctore turpiter pactionis festinatae Mancino dedito Numantinis.

Proinde extractis ciuibus et urbe tradita missoque tribuno Constan- 12 tio, qui munimenta praesidiaria cum regionibus Persicis optimatibus assignaret, cum Iuliani supremis Procopius mittitur ea, ut superstes ille mandarat, humaturus in suburbano Tarsensi. qui ad exsequen- 13 dum profectus confestim corpore sepulto discessit nec inueniri usquam potuit studio quaesitus ingenti, nisi quod multo postea apud Constantinopolim uisus est subito purpuratus.

His hoc modo peractis discursisque itineribus Antiochiam ueni- 10 mus, ubi per continuos dies uelut offenso numine multa uisebantur et dira, quorum euentus fore luctificos gnari rerum prodigialium praecinebant. nam et Maximiani statua Caesaris, quae locata est in uesti- 2 bulo regiae, amisit repente sphaeram aeream formatam in speciem poli, quam gestabat, et cum horrendo stridore sonuerunt in consistorio

1 proditaque **V** prodita quae **E***A* perdita: quae *BG* | amthridatici **V** amitridatici **E***S* à Mithridatici *BAG* || 4 partes ullas *BAG* || 5 concessas et **V***B* *AG* concessa sed **E** *Val.* || 6 triumphalis **VE***B* triumphales *AG* | gloria **V***B* glorias **E***AG* || 7 hispanias (a *alt. add. sup. lin.*) **V** | fluuio **V** Fuluio **E***BAG* || 9 internicuus ♂**V** | detionem **V** deditionem **E***SBAG* || 11 de[d]ecore (*fu.* ti *?*) **V** ductore *BG* || 13–15 per – festinatae *om. B* || 14. 15 sceleste – Mancino *om. S* || 14 pax cogitata **VE***A* pace c. *G def. Heilm. Stangl* excogitata *Cl.* || 15 numanitinis **V** Numantinis **E***SBAG* || 16 urbi **V** urbe **E***SBAG* | misso qui **VE** missoque **E***m2SBAG* || 18 Iuliano *BA* | suppremis **VE** supremus *SBA* supremis *G* || 19 suburbio *SBG* || 24 nomine ♂**V** || 26 que locuta est **V** l. est **E** locata est *B* quae l. est *A* l. *G* || 27 repente (e *ult. del. m2 ?*) **V** que **E** repente *SBAG* || 28 consistrio ♂**V**

trabes et uisa sunt interdiu sidera cometarum, super quorum natura
3 ratiocinantes physici uariant. quidam enim eos hoc nomine ideo existimant appellari, quod tortos ignes spargunt ut crines in unum stellis multiplicibus congregatis. alii eos arbitrantur ex halitu sicciore terrarum ignescere paulatim in sublimiora surgentes. quidam ... currentesque radios solis densiore nube obiecta degredi ad inferiora prohibitos splendore infuso corpori crasso lucem uelut stellis distinctam / mortali conspectu monstrare. sedit quorundam opinioni hanc speciem tunc apparere, cum erecta solito celsius nubes aeternorum ignium uicinitate colluceat, uel certe stellas esse quasdam ceteris similes, / quarum ortus obitusque, quibus sint temporibus praestituti, humanis mentibus ignorari. plura alia de cometis apud peritos mundanae rationis sunt lecta, quae digerere nunc uetat aliorsum oratio properans.

4 Moratum paulisper Antiochiae principem curarumque ponderibus diuersis afflictum exeundi mira cupiditas agitabat; proinde nec iumento parcens nec militi flagrante hieme die profectus signis, ut dictum est, uetantibus plurimis Tarsum urbem Cilicum nobilem
5 introiit, cuius originem docuimus supra. exindeque egredi nimium properans exornari sepulchrum statuit Iuliani in pomerio situm itineris, quod ad Tauri montis angustias ducit, cuius suprema et cineres, si qui tunc iuste consuleret, non Cydnus uidere deberet, quamuis gratissimus amnis et liquidus, sed ad perpetuandam gloriam recte factorum praeterlambere Tiberis intersecans urbem aeternam diuorumque ueterum monumenta praestringens.

6 Deinde Tarso profectus extentis itineribus uenit oppidum Cappadociae Tyana, ubi ei reuersi Procopius notarius et Memoridus tribunus occurrunt gestorumque aperiunt textum hinc, ut ordo poscebat, exorsi, quod Lucillianus Mediolanum ingressus cum Seniaucho et Valentiniano tribunis, quos duxerat secum, cognito, quod Malarichus

2 fisici **V** || 3 per *ante* tortos *add.* b_2G | sparguntur **V** BG spargunt **E** s., ut A || 4 congregatos **V** **E** BA congregatis b_2G | alitu *ex* altu (*m2*) **V** || 5 *lac. indic. Cl.* | currentes quosdam **E** currentes BAG || 6 obtecta **V** BA obtectos **E** obiecta G | digredi **V** degredi *Btl.* || 7 stellas SBA | distincta **V** distinctam **E** G distinctas BA || 8 sed id **V** **E** sed SBA sedit G || 9 erecta **V** **E** A *def. Pet.* tracta SBG || 12 comentis ♂ **V** || 13 uetant **V** uetat **E** $SBAG$ || 14. 15 ponderibusque diuersis B d. ponderibus *tr.* G || 15 adflictum (i *ex* u) **V** || 16 flagranti $SBAG$ | hiemedie **V** hiemis die **E** hyeme, die BA h. inde G h. media *Pet.* die *restit. Her.* | propectus **V** profectus **E** $SBAG$ || 19 im **V** | iteneris ♂ **V** || 20 suppremа **V** || 21 cidnus **V** || 23 praeter labuerit (u *del. m2*) **V** praeterlabens **E** praeterlaberet SB praeterlabere A praeterlaberetur G praeterlambere *Val.* || 24 perstringens **E** $SBAG$ || 25 iteneribus ♂ **V** || 26 tiana **V** || 28 seniaueho **V** *m3* **E** Sanianeo SB Sianianco A | ualentiniano (ni *add. sup. lin.*) **V**

recusauit suscipere magisterium, effuso cursu petierat Remos. et 7
tamquam in alto gentis silentio extra calcem, ut dicitur, procurrebat
et intempestiue — parum etiamtum firmatis omnibus ... ex actuario
ratiociniis scrutandis incubuit, qui fraudum conscius et noxarum /
ad militaria signa confugit finxitque Iuliano superstite in res nouas
quendam medium surrexisse, cuius fallaciis turbo militaris acerrime
concitus Lucillianum et Seniauchum occidit. Valentinianum enim
paulo postea principem trepidum et, quo confugeret, ambigentem /
Primitiuus hospes tutius amendarat. his ita tristibus laetum aliud 8
addebatur missos a Iouino milites aduentare, quos capita scholarum
ordo castrensis appellat, nuntiantes aequo animo Iouiani imperium
amplecti exercitum Gallicanum.

Quibus compertis Valentiniano, qui cum isdem redierat, regenda 9
Scutariorum secunda committitur schola et Vitalianus domestico-
rum consortio iungitur, Herulorum e numero miles, qui multo postea
auctus comitis dignitate male rem per Illyricum gessit, confestimque
mittitur in Gallias Arintheus ferens litteras ad Iouinum, ut constanter
ageret suum obtinens locum, cuique mandatum est, ut animaduerte-
retur in concitorem tumultus auctoresque seditionis ad comitatum
uincti transmitterentur. post quae, ut uidebatur expedire, disposita / 10
apud Aspona Galatiae municipium breue Gallicani militis uisa prin-
cipia ingressique consistorium post audita gratanter, quae per-
tulerant, munerati redire iubentur ad signa.

Et cum introisset Ancyram imperator, paratis ad pompam pro 11
tempore necessariis consulatum iniit adhibito in societatem trabeae
Varroniano filio suo admodum paruulo, cuius uagitus pertinaciter
reluctantis, ne in curuli sella ueheretur ex more, id, quod mox accidit,
portendebat.

2 genti V gentis E*G* geniti *SBA* | dicetur V dicitur E*BAG* || 3 *lac. indic. Cl., qui putau. fortasse unum uersum excidisse* | ex acturio V*G* exacturus E exacturis *BA* ex actuario *Lind.* || 6 fallacis VE fallaciis E*m2BAG* | a*cerrimae (*fu.* e) V || 8 ambientem VE ambigentem *BAG* || 9 amendaret VE emendaret *SB* amandarat *AG* | itaque *G* || 10 misso V missos a *G* | Iouio *BA* || 11 iouianum perium V *corr. m3* || 13 iisdem E his *SBAG* || 14. 15 consortio domesticorum *tr. SBAG* || 15 iugitur V iungitur E*SBAG* | aerulorum V || 16 au*ctus (*fu.* i) V | dignitatem VE*B* dignitate *AG* | illiricum V | cessit V gessit E*AG* processit *B* || 17 furens V ferens E*BAG* | iouianum V Iouinum *G* || 18 cuique V *def. Blomgren* eique *G* || 20 uidebantur V uidebatur E*SBAG* || 21 Aspuna VE*G* asperrima *S* Agrizamam *B* Agrizama *A* | milites E*BAG* | uisi principi V*G* missi p. E cum principe *BA* uisa principia *Her.* || 24 cum *add. AG* | anciram VE Ancyriam *S* Anchialam *B* Ancyram *AG* || 25 necessitatis *SB* necessitatibus b_2*G* | adhibeto V | trauea VE Trabea *S* Trabeum *B* trabeae *AG* || 26 pa[r]*uolo V paruolo E paruulo *SBAG* || 27 reluctans *BAG* | in V id E*BAG*

12 Hinc quoque Iouianum celeri gradu praescriptus uitae finiendae dies exegit. cum enim uenisset Dadastanam, qui locus Bithyniam distinguit et Galatas, exanimatus inuentus est nocte. super cuius obitu
13 dubietates emersere complures. fertur enim recenti calce cubiculi illiti ferre odorem noxium nequiuisse uel extuberato capite perisse succensione prunarum immensa aut certe ex colluuione ciborum auida cruditate distentus. decessit autem anno tricensimo aetatis et tertio. / cumque huic et Aemiliano Scipioni uitae exitus similis euenisset, / super neutrius morte quaestionem comperimus agitatam.
14 Incedebat autem motu corporis graui, uultu laetissimo, oculis caesiis, uasta proceritate et ardua, adeo, ut diu nullum indumentum regium ad mensuram eius aptum inueniretur. et aemulari malebat Constantium agens seria quaedam aliquotiens post meridiem iocari-
15 que palam cum proximis assuetus. Christianae legis itidem studiosus / et nonnumquam honorificus, mediocriter eruditus magisque beniuolus et perpensius, ut apparebat ex paucis, quos promouerat iudices, electurus; edax tamen et uino uenerique indulgens, quae uitia impe-
16 riali uerecundia forsitan correxisset. dicebatur autem Varronianus pater eius monitu cuiusdam somnii dudum praescisse, quod euenit, idque duobus amicis commisisse fidissimis illo adiecto, quod ipsi quoque deferetur trabea consularis. sed impetrato uno adipisci non potuit aliud. audita enim filii celsiore fortuna, antequam eum uideret, fatali
17 praeuentus est morte. et quia huic nomini amplissimum magistratum portendi per quietem praedictum est seni, Varronianus nepos eius, infans etiamtum, cum Iouiano patre declaratus est, ut supra rettulimus, consul.

1 celere **VE** celeri *SBAG* || 4 dubitationes *BG* | emergere **V** emerxere **E** emersere *BAG* || 5 militi **V** illiti **E***BAG* | nequiuise ♂ **V** || 6 pruinarum **V** prunarum **E***BAG* | collubione (l *pr. add. m2*) **V** colluuione **E***SBAG* || 7 tricesimo *SBAG* || 9 supernae utrius **V** super neutrius **E***b*$_2$*G* superne uteris *S* super neutris *B* s. neutri *A* || 10 incidebat **V** Incedebat **E***BAG* | mo*tu (*fu.* r) **V** || 14 proximimis ♂ **V** | eidem **V** idem **E***AG* iisdem *S* isdem *B* itidem *Cl.* || 15 et] ei ♂ **V** aut *SB* || 21 defertur **V***BG* deferretur **E***A* deferetur *Kell. Nov.* || 24 nepus **V** nepos **E***SBAG* || 26 consuli **V** consul **E***BAG* | AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM. EXPLICIT LIBER XXV. INCIPIT LIBER XXVI FELICITER. **V** AMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER. XXV. INCIPIT. XXVI . **E**